

DE PLANTIS
 Epitome vtilissima,
 PETRI ANDREAE
 MATTHIOLI SENEN-
 SIS, MEDICI EXCEL-
 lentissimi, &c.

*NOVIS ICONIBVS ET DESCRI-
 ptionibus pluribus nunc primum dili-
 genter aucta, à*

D. IOACHIMO CAMERARIO ME-
 dico inclytæ Reip. Norbergensis.

ACCESSIT CATALOGVS PLANTARVM,
 quæ in hoc compendio continentur, exactiss.



M. D.

LXXXVI.

Cum gratia & privilegio S. Cæsareæ Maiestatis ad hoc specialiter concessis.
 FRANCOFVRTI AD MOENVM.

ILLVSTRISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO
DN. MAVRICIO, LANTGRAVIO

Hafsia, Comitū in Catzenelnbogen, Dietz, Zi-
genhan & Nida, &c. Domino suo
clementissimo,

S. D.

ILLVSTRISSIME Princeps, Domine
clementissime, Quanquam iam dudum
nihil prius neque antiquius habuerim,
quam (sicut multis receperam) Latinum
opus Botanologicū collectum à me nō exi-
guis laboribus & sumptibus, tam ex inchoatis lucubrati-
onibus Medici & Philosophi praestantiss. D. Conradi Gesne-
ri, p. m. quā meis observationibus proprijs quamplurimis,
tandē elaborando perficere atq; in publicū dare: hoc tamen
meum institutum huc vsq; varia occupationes multaq; al-
ia causa retardarunt & quominus id ad optatum finem
perduceretur, impediuerunt. Cum vero imprimis, Illu-
striss. princeps, D. parens vester, Dominus meus clemen-
tissimus, pro sua Celsitud. singulari erga rem barbariam,
affectione, cuius ut est peritiss. ita etiam amantissima &
benignissima in me voluntate, quam nunquam satis pra-
dicare animo subiectissimo possum, me hac in parte muni-
fica liberalitate non parum adiuuerit, ac simul etiam ali-

Epistola

quoties à me postulauerit, ut in cepto opere sedulo pergerem, illudq; omnibus modis urgerem, erubescō profectō nonnihil, ut verum fatear, quod nondum ipsius Celsi uel aliorumq; expectationi, quod tamen non mea culpa sed alijs remoris nonnullis subinde interuenientibus accidit, satisfacere potuerim. Interea autē, ne videar plane malum nomen (quod sane cupio à me esse longissimum) promissi huius admonere me ipsum, & illius loco, hoc aliunde desumptū specimen, Epitomen uidelicet plantarū olim ab Excelentiss. Petro Andrea Matthiolo p.m. editam, & nunc rogatu amicorum & typographi à me pluribus in locis auctam nouisq; typis exornatam, ad V. Ill. CL. mittere statui, submisisse orans ut V. Ill. CL. quam in sua ineunte iam aetate, quemadmodum ad omnes liberales artes & praecleara studia, ita quoq; ad utilissimam cognitionem stirpium, aliarumq; rerum naturalium peculiari quadam inclinatione ferri & exemplo paterno duci omnes norunt, mihiq; est perspectum, meo nomine apud Illustriss. principem Dominum parentem Vestrum, Dominum meum clementiss. intercedere, ipsiusq; Celsi persuadere non grauetur, me, quod dicitur, omnem lapidem moturum esse, ut primo quoq; tempore promissum opus, Deo adiuuante, absoluatur atq; in lucem prodeat. Praeterea etiam ab V. Ill. CL. submisisse peto atq; contendo, ut hanc exiguam meam opellam hilari benignoq; vultu accipere & me sua benignitatis fauore, sicuti hucusque Clementiss. fecit, imposterum quoq; complecti ac me sibi commendatum habere non dedigne-

digne-

Dedicatoria.

dignetur. Quod superest, ego Deum opt. max. dies noctesq. orare non desinam, ut V. Illustr. & praclariss. indoli suo spiritu semper asit, & laudatiss. cursum uniuersa uita una cum illustriss. principe Domino patre suo, Domino & meccenate meo clementiss. ac cateris illustrissima Domus Hassiaca principibus saluam & incolumem in omni prosperitate conseruare quam diutiss. velit. Bene valeat V. Ill. CL. Norimb. Cal. Martij Anno Christi. 1586.

V. Ill. CL.

deditiss.

Ioachimus Camerarius M.D.

)(3

SERENIS-

SERENISSIMO PRINCIPI
FERDINANDO ARCHIDUCI
AVSTRIÆ, DUCI BVRGVNDIÆ,
*Æc. Comiti Tyrolis, Æc. Domino
suo clementissimo.*



AMETSI ingrauescente iam ætate decreuissem SERENISS. PRINCEPS, omissis studijs ac lucubrationibus, quod vitæ reliquū erat, in otio atq; animi, & corporis tranquillitate transigere, cū tamen ab ipsis primordijs is à natura sim factus, qui semper putē, si tantum possem, studiosam iuuare posteritatem, non potui meam non immutare sententiam, nec multorum precibus non indulgere. Nam cū non pauci, qui discendæ medicæ materiæ, magno ac feruenti tenentur desiderio, me sæpe rogarent, vt in eorum gratiam atq; vsum Compendium conscriberem, in quo plantarum icones cum nominibus, & compendiosa earum historia extarent, vt eo duce quæcunque loca vbi stirpes proueniant, tutò ad eas noscendas indagandasq; adire possent, ne de sua ipsorum in me confidentia frustrarentur, Compendium hoc in eorum vsum conscribere decreui, quod quamuis succincto ac Laconico sermone conscriptum videatur, erit tamen (ni fallor) & gratum, & perutile, non solum ijs, qui indagandis, noscendisq; simplicibus medicamentis, nauant operam, sed ijs quoque, qui hanc facultatem iam adepti, publicè morbis omnibus passim medentur. Siquidem in hoc plantarum Compendio non solum earundem omnium nomina, diuersarum nationum idiomate conscripta spectabuntur, & historiæ, ac qui-

bus o-

bus oriatur in locis, ut à me studiosi postulabant. Sed etiam qualitates cum primæ, tum secundæ, ac tertiæ & omnium quoque vires, ac singularia quædam nostra auxilia compendiosè descripta sunt. Cæterum ubi quispiam plura, melioraq; legere concupierit, ad nostra amplissima in Dioscoridem commentaria se confertè poterit, ubi (ut spero) quæ desiderabit, inueniet. Atqui cum in adeo magnam molem opus illud excreuerit, ut haud commodè hinc inde circumferri possit, non sanè absque ratione rogarunt me studiosi, de quibus diximus, ut Compendium conscriberem: quod cum rectè factum iri cognouerim, eò quoq; libentius ad eum conscribendum me appuli, ut noscat futura posteritas quot modis Matthiæ illam iuuare cõtenderit. Verùm quoniam apud omnes scriptores mos inualuit, ut sub magnorù Principum, Heroumq; nominibus, & auspicijs, sua scripta quicq; in lucem producant, cum ego quoque id ipsum institurum sim semper sequutus, haud alijs iustius, & rectius compendium hoc meum consecrare potui, quàm tuæ Amplissimæ Celsitudini, quòd iam in sextum decimum annum in eius corporis cura (quæ sua est clementia, & optima de me opinio) primarij Medici munere fungar. Huc accedit, quòd quicquid est meæ substantiæ, & facultatum, id sanè omne tuæ Celsitudini acceptum referre possum. Quin etiam eiusdem liberalitate, beneficentia ac dilectione foueor, sustentor, & alor. Siquidem hæc me multis modis, si haud ad reponendam gratiam, saltem ad declarandam gratitudinem, vel gratitudinis conatum me reum statuunt: quare cum Celsitudini tuæ meæ hæc, qualiacunque sint, ei iure debeantur, eam suppliciter peto, ut hæc meas lucubrationes, & plantarum veluti manipularem libellum alacriter ac be-

nignè excipere, meq; in hac laboribus confecta ætate, suo patrocinio, gratia, & favore prosequi, ac tueri non desinat. Vicissim ego, quæ fidelem seruitorem, & Clientem decent, summa fide, ac voluntate, pro virili mea usque ad occasum vitæ meæ me præstiturum polliceor, meq; totum tuæ Celsitudini dedo, ac voueo: quam Deus Opt. Max. incolumem, & modis omnibus florentem quàm diutissime conseruet.

E. Sereniss. Celsitud. tuæ

Fidelis & humilis Seruitor

Petrus Andreas Matthiæus.

BENE-

BENEVOLO LECTORI IOACHIMUS
Camerarius Medicus, S. D.



SINGULARIS amor & innata quadam propensio ad cognitionem rerum naturalium, imprimis verò erga studium rei herbaria, ex quo non solum liberalis admodum oblectatio, & ingenue voluptas percipi, sed etiam utilitas atque fructus non exiguus ad Medicum imprimis peruenire solet, me incitarunt, quo semper nullis laboribus aut sumptibus pro ratione mearum facultatum parcendo studuerim, hoc tam praeclarum inuidiàque prosequi, excolere, atque etiam pro virili illustrare. Quae causa fuit, ut ante aliquot annos, opera & humanitate eximia Cl. V. D. Caspari VVolsij Medici Tigurini doctissimi, cōsecutus fuerim Opus istud amplum & laboriosum (quamuis solummodo adhuc inchoatum & sparsim minutioribus in cartis quamplurimis annotatum) quod seculi nostri (ut verè quidam vir doctus illum nominare consuevit) alter Plinius, Doctiss. vir D. Conradus Gesnerus p. m. iam dudum in manibus habuit. Idè, in ordinem redigere, elaborare & proprijs meis obseruationibus additis, tandem ad utilitatem communem in publicum dare iam pridem constitui, à quo meo proposito, accidentibus praesertim amicorum multorum, qui editionem hanc expetunt, quotidianis adhortationibus, me nullis alijs rebus auocari patiar.

Cùm verò hac in parte varia occupationes & longiores nonnullae meae superiorum annorum peregrinationes, non parum impediementi mihi obiecerint, quo minus extremam manum huic operi imponerem, in ista autem bibliotheca herbaria D. Gesneri aliquot plantarum icones partim iam sculptas, partim solummodo delinatas reperissem: quidam non solum artis Medicae peritiss. sed etiam nonnulli magni nominis viri quatuordecim, à me postularunt, ut reliquam partem typorum, etsi profecto maximè pars adhuc cōtinuanda restabat, eodem modo curarem parari, atque interea dum alterum volumen, de quo superius dixi, absolueretur, hanc Epitomen Excellentiss. Medici Petri Andreae Matthioli, &c. (cum illius exempla apud nos pauca inuenirentur, & typographi ideo ea recudere cuperent) anteam prodire in lucem sinerem.

Quaquam verò in eiusmodi scriptis aliorum excolendis, certis de causis non libenter verser, atque in illa multum temporis mihi insumendum non existimem (neq. mihi aliorum de illis ignota sunt iudicia) sed potius ad proprias lucubrationes, qualescunq. sane illa sint, elaborandas me convertere totis viribus studeam: tamen alijs hanc editionem à me requirentibus honestè hoc officium denegare non potui, omnino mihi persuadens, beneuolum lectorem candido animo, dum meliora, volente Deo, consequantur, hosce meos labores accipiturum,

pturum, meq; pro sua humanitate ad reliqua qua in manib. habes recte absol-
uenda, libenter esse adiuturum, quod equidem, ut faciat, illum magnopere ro-
gatum velim.

Quam assidua autem diligentia & accurata inspectione opus sit, in pictori-
bus & sculptoribus recte instrucndis, qui (ut hoc & simile genus artificum so-
let) praeter alia mirifica ac saepe numero permolesta vitia, potissimum idio, & im-
puro quadam laborant, & ego ad fastidium usque iam pridem sum expertus, &
norunt alij, quibus eum eiusmodi ingenij aliquid fuit negotii. Nisi enim quis-
piam continuo illis astit, eosq; instiget, urgeat atq; instruat, ne elegantia nescio
quam, nimirum qualem ipsi somniant, affectet potius quam genuina proprie-
tas istis spiritum animum aduertant, vel negligentius etiam saepe numero tractet,
atq; peruertant omnia, facillime aliquid depravari & naturalem gratiam atq;
formam amittere solet.

Cum vero aliorum negotiorum multitudo, & crebra ad exteros auocatio-
nes me illis praesto semper esse minime permiserint (quamuis ante operis absolu-
tionem, nam initio mecum esse non illi fuit concessum, perdoctus & diligens
admodum iuuenis M. Ioach. Iungermannus mea sororis filius ad hanc partem
Medicinae illustrandam plane natus, mihi ut plurimum usus fuerit) non cau-
eri ideo potuit, quin interdum, ubi praesertim medicamentis examinare peritiores
singula voluerint, aliquid desiderari vel etiam reprehendi queat, quemadmo-
dum, exempli causa ingenua quadam confessione ipsemet quadam hic breuiter
indicare non dubitavi. Acori folia mucronata a magis esse par erat. Phumaius
caule altiore indiget. Flores Ismini quinque plerumq; folijs ornantur. Cedri ma-
toris conu calum spectare perhibentur. Chamacerasti folijs vivunt ac crenas abo-
lenit sculptor. Siliqua Ceratia fructus binos ternos aut plures saepe numero con-
iunctos producit. Sycomori 2. folia nimis acuminata pinguntur. Sesami effi-
gies nusquam accurata inuenitur, eius folia inferiora tripartita: serè herbana
cannabinam amulantur, flores nonnihil cum digitali & antirrhino commu-
ne habent, ut nuper obseruavi in facie Syriaeae Clariss. viri Domini D. Leon-
barði Rauwolfii, quae ipsemet pro singulari nostra amicitia liberaliter mihi
communicauit. Flores Zyl non exquisitè picti pleniores esse debebāt. Auricule
muris folia iusto tenuiora & acutiora sunt, totius plantae iconem aliquando me-
liorem exhibebimus. Melanthium hylustre alterum cornicula plerumq; gracili-
ora, & curuosa, & vix unquam profert. Oblongam capsulam semi-
num Canna Indica, qualis pingitur, nondum vidi, triplicem enim, qualem
Ricinum, ut plurimum gignit, & quasi spinosam, sed non pungentem. Flores
stramoniae utriusque pentagoni tantum visantur, & potissimum in altera spe-
cie, quam Naturam vocant, plures tam fructus quam flores desiderantur, &
erde

ordo foliorum ramulorumq; turbatus pictoris incuriam arguit. Eiusdem negligentia argumenta sunt in Ricino omiffi geniculi. Et si qua sunt alia.

Horum omnium nomine confido beneuolum lector em facile me habiturum excusatum, vel etiam meam qualemcumq; diligentiam esse approbaturū. Quod si Deus Opt. Max. vitam mihi & plusculum temporis quam hucusque factum est, atq; alia rē diuina largitus fuerit, nihil in me laboris, studij aut opera desiderari patiar, ut promiffa reliqua in hoc genere primo quoq; tempore à me expediantur & cum alijs communicentur.

Videbit autem mediocriter in cognitione barbaria versatus, plantarū icones, quantum fieri ob commemoratas causas potuit, nos studuisse, imitari in hoc CL. V. D. Conradi Gesneri institutum, non solum integras, quod ab alijs quoq; antea saepe est factitatum, sed praecipuas quoq; earum partes, ut sunt radices, candidices, caules, cortices, folia, flores, semina, fructus tam exterius quam interius ante oculos quasi per anatomiam quandam proponere. Utinam verò plures typi essent nonnihil grandiores à D. Gesnero facti. Sed cum id à me postea mutari non potuerit, in ceteris eadem forma necessario fuit sequenda. Ceterum ubi nota asterisci est apposta, de meo id esse additum profiteor. Omitti verò etiam quasdam stirpes, cum descriptionibus suis contigit, partim quod nobis vel nondum visa, vel ad manus non essent, ideoq; exactè pingi non possent. Partim quo caueremus ne nimium auctus liber modum excederet. In animo tamen habemus alteram quoq; partem concinnare, in qua illa, quas modo excludi necesse fuerat inter alias plures, locum inueniēt suum. Interea hac ipsa beneuolus lector aequi boniq; consulere & meos conatus in posterum promouere & ab obrectatoribus quibus rē mouēdę potius quam rē mouēdę cordi est, moribus defendere ut velit, etiam atque etiam peto. Vale.

[IRIS, Græcè ἴρις.] Arabicè, *Asucianini, & Aierfa.*] Italicè, *Giglio celeste, & Giglio pa-*
nono.] Germanicè, *Blau gilgen, Veilwey, und Himmel Schwertel.*] Hispani-
 nicè, *Liris Cardens.*] Gallicè, *Gl-yéal, & Flambé.*] Boemacè, & Polonicè, *Kofatec.*

IRIS.



GENERA.

Alterum domesticum, alterum sylvestre. MATT.
 Illius tres numerantur species, *versicolor,*
lutea, candida. Huius tantum duæ, *Maior, &*
Minor.

FORMA.

Folia *gladios referunt, flotes versicolores Idem.*
Iridis celestis modo habentur, caules lxxes,
cnbrales, radices albicantes, solidæ, genicu-
late, numerosis inferna sede agnatis.

LOCUS.

Nascitur in hortis, & Viridarijs.

QUALITATES.

Escalfacit, & siccat ordine secundo. Inci-
dit, abstergit, trahit, aperit, concoquit, deij-
cit, emollit. Sarcotica est, acris, amata, & o-
dorata.

VIRIS.

Radix ex aceto pota, Serpentium morfi-
bus aduersatur. Recens ex melle subdita par-
tus extrahit: cocta, & illita strumas, vereresq;
duritias emollit: cum rosaceo autem, & ace-
to capitis dolores mulcet. Ex melle illita cum
albo veratro, maculas in facie delet. Huius
succus potus aquas extrahit, quin etiam bi-
lem crassam, & pituitam, ex hydromelite se-
ptem drach. pondere potus. Eiusdem deco-
ctum tinea ventris pellit, menses, & vrinas
ciet, dentium dolores mulcet, & pectus ex-
purgat. - Aridæ farina, cum cinisamomi, & MATT.

Anethi pondere dimidio, & croci momento, testium tumores, doloresque
tollit, vbi coccineo panno, albo meraco infuso excipiarur, & calidum appona-
tur. Hæmorrhoidas fori eijcit. Radicis succus naribus infusus cerebrum à pi-
tuita mirificè purgat. Potum radicis decoctum obstructiones aperit, præser-
tim vbi crassa fuerit impacta materia. renum calculos eijcit. Datur potandum
commodissime Ictericis & aqua intercutem laborantibus. Eadem in passo de-
coctæ & cum hordeacea farina illitæ, parotidas bellè discutiunt.

IRIS Sylvestris maior, Græcis, *Ἴρις ἄγρια*, *ἰρις ἄγρια*.] Italis, *Giglio a Turro*, *Salsatico*.] Germanis, *Wildblau*, *Blüthen*.] Gallis, *Flambe Sauvage*.

IRIS SYLVESTRIS
MAIOR.

FORMA.

MATT. Folia, caules, flores, radix, perinde ac in domestica habentur, verum minora, & rudiora.

LOCVS.

Idem. Nascitur in saxosis collibus, & asperis locis.

QUALITATES.

Idem. Excalfacit, & siccat, valentius tamen quam domestica.

VIRIS.

Idem. Eisdem cum domestica vires habet, sed acriores, ac etiam valentiores.



IRIS

NOMINA.

3

IRIS Sylvestris minor, Græcis [*ἰρις ἀγρομικρὰ*] Italis, *Giglio azzurro piccolo.*] Ac quidam falso Iridem Illyricam vocant.

IRIS SYLVESTRIS
MINOR.



FORMA.

Folia habet Gladioli pen- MATT.
lo longiora, radicem tenuem, subrufescentem, inodoram, & graminis fere modo repentem, caulem breuem, florem cæteris minorem; odore Armenici mali, purpureum, & aureis quibusdam lineis varium.

LOCVS.

Nascitur in montibus, col- Idem.
libus, & pratis.

QUALITATES.

Excalfacit, & extenuat or- MATT.
dine primo, aut secundo inchoante.

VIRIS.

Prestat eadem, quæ cæte- Idem.
ra Iridis genera, minori tamen efficacia. Fit è floribus

oleum, quo quidam vtiliter vtuntur, ad tumentes ex partu mammæ, & ad testium inflammationes.

* CHAMÆIRIS vel Iris humilis, Græce χαμαίρις.

CHAMÆIRIS.

F O R M A.

Longiora & angustiora
Gladiolo ferèq; graminea
habet folia, radicem nodo-
sam, tenuem, utq; reliquæ
Irides, repentem, flores par-
vos pulcrevariegatos, odo-
re pruni maturi, sine caule
ferè, inter folia eminentes.

L O C U S.

Passim in partibus Austriae
ad radices montium sicis
provenit, & propter venu-
sitatem floris in hortis ali-
tur.

Q U A L I T A T E S.

Calore cæteris non ce-
dit & potissimum foliorum
vrendi vis insignis est.

V I R E S.

Et hæc cum præcedenti-
um viribus conveniunt. Sed
caute est agendum, propter
vim nimiam causticam.*



ACORVM, Gichtis *L.*] Mauritanis, *Fage, aut Fgi.*] Italis, *Acero*, vulgè *perperam calamo Aromatico.*] Germanis, *Kalmus.*] Boemis *Pras Furore.*] Polonis, *Tatarsky, Tiele.*

ACORVM.

FORMA.



Folia habet Iridis, angustio- DIOSC.
ra tamen: radices non dissimi-
les complicatas, nõ in rectum,
sed obliquum actas, & summo
cespite sparsas, geniculis inter-
ceptas. gustu acres, amaraq;
odore haud ingrato.

Numerosis infima sede ca- MATT.
pillamentis.

LOCVS.

Nascitur in Ponto, Colchi- DIOSC.
de, & Galatia.

QUALITATES.

Radix exsiccatur, & siccat Aukera.
ordine tertio, incidit, aperit,
prouocat, & acris est, amara,
atq; etiam odorata.

VIRVS.

Pota radix vrinam, menses, DIOSC.
& secundas trahit: lateris do-
lores tollit: locinorosos, & lie-
nosos inuat: Pectori quoq; pro-
dest: vrinæ stillicidijs, & à ser-
pente demortis mirificè auxi-
liatur, hocq; præsertim nomi- MATT.

rum mirificè commendat: decoctæ radice vapor hianti ore exceptus tussim
sanat.

CENSURA.

Proculdubio aberrant, qui Acorum calamum odoratum esse existimant, MATT.
quemadmodum & qui Galangam Acorum faciunt.

ACORVM falsum, Græcis *Ψευδοακων*] Italis, *Giglio giallo*, & *Acoro bastardo*.] Germanis, *Geel Iulien*.] Gallicis, *Flembe de Rumeret*.] Boëtais, *Esfates* *Ψευδοακων*.] Polonis, *Miac* & *Kuuz Kor* *Zent*.

ACORVM FALSVM.

FORMA.

MATT. Folijs est Iridis longioribus, quemadmodum & caulibus, & floribus, qui tamē haud verticillares, sed lutei spectantur, differunt tamen facie, quippe quod minores sint, & angustioribus folijs. Radice nititur Iridis maiore durioreq̃, subrubente, & inodora.

LOCVS.

MATT. Nascitur in palustribus, & aquis.

QUALITATES.

Radix, cuius tantum est visus, exiccat, sed non nisi patum exalfacit. Nulla enim est acridine prædita: attenuat, roborat, & soluit.

VIRIS.

Constat multorum experimento, valere pseudoacorum, propria sua ipsius vi, ad omnes nervorum, & cerebri affectus.



MEVM, Græcis Μένιον.] Arabicis, MM.] Italis, Imperatrice.] Germanis, Weirwur.]

MEVM.



FORMA.

Folij & caule anetho simi- DIOSC.
lis est, binum ferme cubito-
rum altitudine attollitur, spar-
sis in obliquum rectumq; ra-
dicibus, longis tenuibus, odo-
ratis linguamq; excafacientibus.

LOCVS.

Nascitur in montibus, & MATT.
collibus apricis. Optimum af-
fertur ex Gargano Apulix mō-
te. In Hispania & Macedonia
copiosum.

QUALITATES.

Excafacit ordine tertio, & Gal. lib. 7.
siccat secundo, incidit, dige- simp. ma.
rit, aperit.

VIRES.

Radix ventriculi flatu dis DIOSC.
cutit, istis à serpentibus miri-
ficè subuenit. Feruescita radix

ex aqua, vel trita citra coctionem preclusos renes, & factam quoque pituitosis excrementis, vesicam, atque vrinae difficultatem expedit: quin etiam ventriculi flatu discutit. Tormibus, vterinis affectibus, articulorumq; cruciatis bus medetur. Auxiliatur quoq; pectoris fluxionibus ex mellè delincta: Menfes pellit in defensionibus addita. Infantium pubi illita vrinam mouet: caput attramen dolore afficit, vbi copiosius sumatur.

* *MUTTELINA*, Meum alpinum, vel Caros alpinus, alijs Sefeli Creticum, J Helvetijs Mussy vel Ruttiren.

MUTTELINA.

FORMA.

Folia profert non ita tenuia vt Menm, nec tam lata vt Caros, sed medio quodam modo se habentia, nata ex radice quandoque minimi digiti crassitiem æquante, vt plurimum tamen minore, superiore parte barbata odorata & cum acrimonia dulci, vt Mei vel Danci cretici. umbellam gerit florum ex albo purpurascens.

LOCVS.

Nascitur in alpib⁹, in monte Glarona & alibi in Heluetia.

QUALITATES ET VIRES.

Facile coniectu fuerit ex calfacetè huius plantæ radicem, aromatica cum sit. Condiunt ea lactarij Colostri & recoctam suam Glaronenses & Valesij. Eius pabulo in montibus vaccæ plurimum & optimum lac reddunt.*



CYPERVS, Radix oblonga, Plinio Cypetis, Græcis *αλμυδο*, *αγυλοαυδο*, [Afris Saheade.] Italis, *Cipero*.] Germanis, *Wilder Galgan*.] Hispanis, *Juncis avelanada*.] Gallis, *Soubier*.] Boemis *Galgan planty*.

CYPERVS.



* G E N E R A .

Duo genera Cypeti habentur, quorum differentia prior in radice, Dioscorides tertium addit, quod curcuina putatur.

F O R M A

Cyperus planta est, quæ porraceis ferme provenit folijs, longioribus ramen & exiliioribus, caulem edit cubitalem, & nonnunquam maiorem, angulosum, alba intrus medulla, ut in tunco, in cuius cacumine folia sunt minora, stellarum modo radiantia, inter quæ semen prodit spicatum herbacei coloris. Radices illi sunt subnigræ, coherentes, oblongis oleis similes, aliquando etiam longæ galangæ modo, quo fit ut hoc cypeti genus à nonnullis appelletur *sylvestris galanga*.*

MATT.

L O C U S .

Nascitur hoc cypeti genus prope Timavi fontes, in lapidiz sinibus.

Q U A L I T A T E S .

Radix absque morfu exsiccatur, & exsiccat, quin etiam roborat, & adstringit ac simul incidit & aperit. Eupolitica est, & odorata.

Galen. 7. simp. int.

V I R E S .

* Radices ulceribus quæ præ nimia humiditate cicatricem difficulter admittunt, mirifice profant, ulceribus item oris conveniunt, & calculo vexatis congruant, & utinam mensesq; prouocant.*

* **CYPERVS rotundus**, Græcis *ἀλκυόνη* *εὐθυσσάκη*,] Germanis *Wunder kraut* *Salgant*.] Æthiopicis nostro tempore Arabico vocabulo *Sesed* dicitur.

CYPERVS ROTVNDVS.

FORMA.

DIOSC. Folis fert porracels proxima, sed longiots & exiliots, Caulem odorati iunci cubitalem aut maiorem, angulosum, in cuius cacumine minuta folia cum semine exoriuntur. Ra dices contiguas inter se oleis oblongis rotundisq; similes, nigro colote, suavi odore, amaro gustu.

L O C V S.

In lacunosis & palustribus nascitur.

Q U A L I T A T E S.

Et huic calidavis inest.

V I R E S.

Venarum spiracula laxat, urinam ciet, Ad calculos aquamq; subterreantem vtilissime bibitur. Aduersus Scorpionum ictus remedio est. Per frigerationibus vuluæ & præclusionibus foru prodest, Pellit menses, Contra vlcera oris etiam si depascant vorentq; farina eius efficax est. Malgmatibus calidantibus & vnguentorum spissamentis adijci solet. *



CARDAMOMVM, Græcis Καρδάμουρον.] Mauritanis, Cardamoni.] Italis, Cardamomo.] Germanis, Cardamontim.] Hispanis, Grana de paraíso.] Officinis, Melogeta, & grana paradisi.

CARDAMOMVM.

GENERA.

Triad nos afferuntur genera: Maius, Medium, & Minus. MATT.

FORMA MAIORIS.


Majoris capitulum siccum, seu pyri faciem refert: semine intus subrufescente, angulosoque: Medium folliculo contingitur oblongo, triquetro, striatoque, in quo semen est oblongum, colore minus rufescente. Minus minore constat capitulo, ipsoque triangulari semine subrotundo, alperiu folliculoque: semen omnibus acce & odoratum: maioris tamen acrius, & odoratius. Minus, ut medium acridinis vehementia superat, ita, & odoris fragrantia.

LOCVS.

Afferitur in Europam ex Alexandria Egypti, ac etiam a Lusitanis ex India Orientali.

QUALITATES.

Semen facultatis est admodum calida, non tamen visque adeo, ut nasturtiis, sed quanto



suavis, magisque fragrans est, tanto imbecillior ei calida facultas est: quin etiam quiddam amaritudinis respicit. Ceterum hæc Galenus de suo scribit Cardamomo.

VIRIS.

Datur ex aqua comitialibus, Ischiadicis, vasis, resolutis, torminosisque, & contrahat ventris tinea: ex vino verò renum affectibus, vrinæ difficultatibus, scorpionum: stibus, ac interorum venenosorum animalium, auxiliatur: Idem cum radicis lauri drachma potum, calculos comminuit.

CENSURA.

Cum in vulgati Cardamomo, quo passim utimur, nihil sit amaroris, nec eius odor caput feriat, nec semen fractu contumax sit, affirmare quidem non ausim, hoc nostrum, esse illud, cuius antiquiores meminerunt.

NARDVS Indica sine spica Nardi. Græcè *Nárdos*, *Nárdos edýss.*] Mauritaniis, *Stumbel*, sine *Senbel*.] Germanis, *Spitzenarde*.] Italis, *Spica*, & *Spiganardo*.] Hispanis, *A Zumbat*, aut *Éssige fl.*] Gallis, *spis de vltre mer.*] Boëmis, *Nardu Indiamsky*.

F O R M A.

DIOSC. Spica non est, quæ in cul-
Gal- morum summitate oritur: Sed
MATT. radix quæ spicæ figuram habet.
 Complures enim ab vna basi
 oriuntur spicæ, perinde ac in
 lilij aut allij radice, verùm ca-
 pillaceæ, & comosæ, colore
 ferrugineo, pluribus in a par-
 te capillamentis, odore haud
 inuicundo.

L O C U S.

DIOSC. Nascitur in India in monti-
 bus, & circa Gangem fluium.

Q U A L I T A T E S.

Gal. & Excalfacit ordine primo, &
Imp. me. siccit secundo completo: Ad-
 stringit, exergit, & aperit.

V I R E S.

DIOSC. Potæ vrinas elicit, & aluum
 silit, cohibet subposita vteri
 quascunq; fluxiones. Præstat
 ad ventriculi erosiones, & flatus. Medetur splenicis, & locinorosis, atque et-
 iam isætericos iurat. Auxiliarur eius decoctum in defæctionibus, vteri inflam-
 mationibus: præstat & ad glabras oculorum genas, siquidem densiore pilo eas
 cohonestat. Additur in antidotis: & vritur in sictuli nouo ad ocularia medica-
 menta.

NARDVS INDICA.



CELTICA NARDUS, siue Spica Celtica, Græcis, Νάρδος κελτική.] Italis, Spica Celtica.] Germanis, Celtischer Nardus.] Gallicè, Nardus Gaulois.] Boëmis, Celtick Nardus.

NARDUS CELTICA.

F O R M A.



Exigua planta est, folijs oblongis, colore flauo, sed languido, floribus luteis. Caule tenui, & imbecilli, radice squamosa, Spicæ faciem referente, è qua tenues, & numerozæ prodeunt fibræ.

DIOSC.
MATT.

L O C U S.

Nascitur in Liguria montibus, in Istria, & in Carinthia, & Styria alpinis.

MATT.

Q U A L I T A T E S.

Excelscit magis quàm Indica, minus vero licet.

Gal lib. ʒ.
Imp. ma.

V I R E S.

Eadem omnia præstat quæ Indica, & Syriaca: sed vehementius urinam cit, & stomacho utilior est, auxiliatur locinoris inflammationibus, & felle suffusa. Bibitur ex ab-

DIOSC.
Gal.

linthij decocto ad ventriculi inflammationes, & ex meraco aduersus lienis, renam, & vesicæ vitia, & venenatos ictus.

*SPICA

* *SPICA* Celtica fastigiato flosculorum ordine à præcedente differens. Appellatur etiam Hireulus est & alia quæpiam cognata planta.

F O R M A.

Differt à superiore, quod cauliculi non ut illi glabri sint, nec flosculi in umbellam congesti, sed ramuli aliquot, & ad horum exortus foliola adnascuntur, ita ut còmmuni serie superiora longitudine superata ab inferioribus una cum insidentibus flosculis frequentibus, tendant in fastigium. Radix non discrepat, sed squamosa quoque est, transuersa, ultima parte veluti abrupta sicut præmorsa, ab eius infima parte tantum fibræ deorsum tendunt alias simplici ordine, alias duplici triplicine, quod rarius est, & tunc ordine perturbato.

DIOSC. * Hireulus huic vere similis est sed odore graui, herba candidior sine cauliculo. minoribus folijs, radice neque amara neque odorata.

† Cognata est Planta Spicae Celticae odore, sapore & foliorum figura. sed radix còspicua in tantilla plantula ad minimi digiti crassitudinem accedit sine squamis, fibræ in ima tantum eius parte subsunt.



L O C U S.

Nascitur hæc Celticae Nardi species in montibus prope Sedunum & alibi. Hireulus cum Celtica Nardo qui eo adulterari solet, apportatur. Plantula autem peculiaris illa à Calceolario quondam pro vero Folio missa est.*

NARDVS montana, Græcis Νάρδος Ἰσωνία.] Italis, *Nardo Montana.*

NARDVS MONTANA.



F O R M A.

Folia habet maioris Phu, MATT, sed minora: caulem spicamæ longitudine, umbellam puniceo colore. Radices duas Antoræ, aut *testiculi modo, * & interdum plures * subnigriscantes, ac fibratas, odore Phu, aut Afari.

L O C U S.

Nascitur in Dalmatiæ montibus, & Cilicia. DIOSC. MATT.

Q U A L I T A T E S.

Excalfacit, & siccat, sed cæteris longe minus. Gal. lib. 2. simp. me.

V I R E S.

Iisdem cum cæteris viribus DIOSC. pollet. Sed illis quoq; ad cætera est imbecillior. Gal.

* NARDVS

*NARDVS MONTANA longius radicata. Græcis Νάρδος ἰσχυρὸν μακροβύχης.

Habetur differentia quædam huius montanæ Nardi in radicibus potissimum, quæ interdum oblongæ visuntur, vt ex hac icone ex ipsa veritate desumpta patet.*



PSEUDO-

PSEUDONARDUS, seu *Nardus Italica*. [*italis, Spijs.*] *Gallis, Apic.*] *Boemis, Spigward domach.*

PSEUDONARDUS SIVE NARDUS ITALICA.



GENERA.

Alterum mas, alterum foemina, quæ propriè *Lauendula* vocatur.

FORMA.

Mas folio constat latiore, longiore, robustiore, albidiorèq; quam femina. Tota planta fruticosa est, ac lignosa rosmarini modo, folijs numerosis, longiusculis, cauliculis tenuibus, angulosis, & durante longioribus, spicatos flores gerentibus, purpureos, & odore fragrantibus, verùm adeo acuto, ut nares feriat.

LOCVS.

Nascitur in collibus, & locis saxosis, à Sole illustratis, & feritur in hortis.

QUALITATES.

Excalfacit, & siccat ordine secundo completo: Aperit, attenuat, resolvit, concoquit.

VIRES.

Confert omnibus frigidis cerebei affectibus. vtericulum roborat, & lecurab infarctu liberat.

Lienosos iuuat, vterum calefacit, & menses ciet. Flores ex vino decocti, & illiti vrinam pellunt, & fluxus dissolunt. Eorundem decoctum iſtericis auxiliatur, à iocinoris infarctu affectis, additis Marrubio, & Fœniculi radicibus. Stillacitiam florum aqua pota, amissam reddit loquelam: Præstat eadem ad animi deliquia cum pota, cum naribus, & arterijs admota. Oleum quod è floribus distillat, illinitur vbi excalfacere sit opus.

CENSURA.

Qui hanc plantam, aut lauendulam, Cneoron album esse contendunt, omnino hallucinantur.

PSEUDONARDVS Fœmina sine Lavendula.] Italis, *Lavanda*.] Germanis, *Es-
pindel*.] Gallis, *Lavande*.] Boemis, *Leuendula*.

PSEUDONARDVS FœMINA
SIVE LAVENDVLA.

FORMA.

MATT. Planta est fruticosa, pseudo-
nardo similis, sed folijs angu-
stiorib⁹, brevioribus, tenuio-
ribusq;. Floribus pariter pur-
pureis, atque spicatis, sed pa-
rentioribus, & semiore satis o-
dore, ac magis grato.

LOCVS.

Idem. Oritur sponte in collibus
saxosis, & apricis, sed plerum-
que in hortis, & vicinarijs co-
litur.

QUALITATES.


Idem. Exalfacit, & extenuat, mi-
n⁹ tamen quàm pseudonar-
dus.

VIRES.

Idem. Ea omnia potest, quæ mas
Pseudonardus. Atqui pecu-
liariter vestibus interposita, eas à tinctarum rosione vindicat, & odoratus red-
dit.


CENSURA.

Ridendo tenentur errore, qui Lavendulam Cneoron album esse fatentur.



ASARVM, Græcis, *Asafes*, ac etiam *Népe*, *égyptia*.] Arabibus, *Asaron*.] Italis, *Asaro*, & *Baccara*.] Germanis, *Hafstrum*.] Hispanis, *Asera baccera*.] Gallis, *Cubaret*.] Boemis, ac pariter Polonis, *Kopytnik*.

ASARVM.



FORMA.

Folijs est hederaceis, rotundioribus tamen, ac minoribus, p̄tlongis nitentibus pediculis, floribus purpureis, cyrini effigie, semine vinaceorum nucleis simili, cauliculis angulosis, radicibus numerosis, geniculatis, tenuibus, & odoratis.

LOCVS.

Provenit in umbrosis montibus. In sylvis, alijsq; opacis locis.

QUALITATES.

Excalscit ordine secundo, Mel. & siccat tertio, aperit, attenuat, resoluit, incidit. acris est, subamara, & odorata.

VIRES.

Vtinam cir, hydropicos, & ischiadicos iuvat. Pota ahañ, Mel. & vomitiones ciet. piritam;

& bilem delicit. Facit quoq; ad iocinoris, & lienis infarctus & ad scyrthosos tumores. Confert quoq; diurnis febribus ab obstructionibus provenientes. Radices senis drachmis ex mulso potæ menses trahunt. Oleum in quo Asarum dia fuerit infolarum, vna cum Ladano spinæ dorsii illitum sudores prouocat.

CENSVRA.

Decipiantur, qui Asarum, & Baccharum nihil inter se differre contendunt.

ASARINA, Græcis *Αζαρίνα*] Italis, *Asarina*.

ASARINA.

F O R M A.

MATT. Folijs provenit Asari, rotundioribus tamen; scabris, leuiter circumferratis, humi accubantibus; cauliculis hirsutis: Floribus melinis anthemidis modo, sed minoribus. Radices mittit, rennes, longasq; summa tellure vagantes, acuto gustu, quadam cum leuiscula amaritudine.

L O C U S.


Idem. Provenit in montibus.

Q U A L I T A T E S.

Idem. Escalfacit, & siccat, quin etiam attenuat, incidit, aperit, & modicè abstergit.

V I R T U S.

Idem. Herba ipsa, cum radicibus pota drachmæ pōdere ex mulla, siue oxymelite, alium exolvit, ducitq; crassam pituitam, & acres humores: quare præfertur rei herbarie peritis ad Gallicæ lois dolores, & articulares morbos: Datur quoq; commode hydropicis, & istericis: Sunt etiam qui ad comitiales eam commendent, & ad nervorum resolutiones. Cir vrinam, & menses, & intestinorum animalis necat.



PHY,

PHU, Græcis *φύλλον* aut *Αγία Νάσσα*.] Mauritanis, *Fa.*] Italis, *Valeriana.*] Hispanis, *Yerna benedicta.*] Germanis, *Waltrian.*] Boënis, *Koffyk.*] Gallis, *Valerienne.*] Polonis, *Kostek.*

P H U.

G E N E R A.

Genera habentur tria, Ma- MATT.
ius, Minus, Minimum.

F O R M A.

Maius folia fert olus atris seu DIOSC.
Elaphobosci: caulem cubita- MATT.
lem, aut proceriorem, lanem,
cauum, & putrascentem ge-
niculatumq; . umbellâ ex put-
puta albicantem, radicem mi-
nimi digiti crassitudine, adna-
tis inferiori parte fibris, subla-
uo colore, odore graui, simul
& iucundo, nardum æmulan-
tibus.

L O C U S.

Nascitur in montibus, ac et- MATT.
iam campis, vlginoso solo.

Q U A L I T A T E S.

fiecit secundo completo. Apetit, attenuat, concoquit, & prouocat.

Gal. hb. 3.
simp. me.
Auscena.

V I R E S.

Phu maioris radix vrinam, & mentes cit, hausta flatus pellit, auxiliatur late- DIOSC.
ris compunctionibus. Præstat quoque aduersus stranguriam, veterem tussim, MATT
& asthma, cum dulci radice, vuis passis, & Aniso decocta. Miscetur Antidoris,
quodd venenatis bestijs, & pesti resistat: oculorum claritatem adiuvat, vbi vi-
num, in quo decocta fuerit, guttatim instilletur. Additur quoq; in potionibus
internorum vulnerum.



PHYMINUS, Græcè *φύμιον*.] Italis, *Valeriana minore*.] Germanis, *Scitlin* Wolf-
 dtian.] Hispanis, *Terna benedicta*.] Gallis, *Valeriane des pré*.] Boëmis, *Kapitnik*.

PHYMINUS.

FORMA.

MATT. Folijis provenit Fraxino,
 aut Sorbo similibus, nigri-
 cantibus, humi stratis; cauli-
 bus maiori similibus, sed lon-
 gioribus. Umbella etiam si-
 mili, aut paulo minore: radi-
 cibus numerosis albicanti-
 bus, odore cum quadam gra-
 vitate iucundo.

LOCVS.

MATT. Nascitur humecto solo.

QUALITATES

Mem. Excalfacit, & siccat valen-
 tius, quàm maius.


VIRIS.

Mem. Radix viribus omnibus
 prædita est, quibus & maior,
 gustu tamen actior est: quo
 fit, ut maiori aperiendi, arte-
 nuandi que sit facultate. Nam
 & venenis magis resistit. Peculiariter autem valent eius radices ad testium tu-
 mores à frigiditate, aut flatu genitos: si invicò decoquantur: & vapore fumi sus-
 fiantur testes.



PHY minimum, siue *Valeriana montana* aut *palustris*.] *Italica*, *Valeriana minima*.]
Germanis, *Stein Valerian*.

P H Y M I N I M U M.



F O R M A.

Folio est maioris effigie, sed *MATT.* admodum minore, cauliculis angulosis, & drantalibus, folijs vtrinq; per intervalla emergentibus. Umbella in cacumine exigua, colore subpurpurea. Radice tenui, præ longa ramem, & numerosis capillamentis fibrata, jucundi odoris.

L O C U S.

Nascitur in montibus & planicie vliginose solo. *Idem.*

Q U A L I T A T E S.

Excalfacit, & siccat, sed exteris minus. *Idem.*

V I R E S.

Vires sunt illi, quæ ceteris eodem, sed longè imbecilliores. *Idem.*

B 4

*PHY

* *Phu peregrinum*. Valeriana rubra, alijs Polemonij species, nonnullis Boen rubrum, vel Ocymastrum Valerianthon.] Parisiensib. *Poa latifolium*.] Germ. fremder Valerian. Gespöretter Valerian.

PHU PEREGRINUM.

FORMA

Caulib. oritur ab eadem radice, quæ crassiuscula est, alba & odorata, pluribus, duorum dodrantum altitudine, aut maioribus, lævibus, geniculatis, subcandidis, folijs latis, oblongis, in acutum desinentibus, pulcre virentibus. Flosculi oblongi, tenues, rubres eleganti purpura, caudati in caulicem sagittijs racematim diggetuntur stipanturque dense admodum, è quibus semina fiunt plumosa vt in cæteris Valerianis.

LOCVS.

Circa Pisam Italiæ in ædificijs antiquis oritur, nec non in mænijs. Apud nos non nisi in hortis visenda.

QUALITATES.

Radix odorata dulcis cum grata acrimonia aliquæ ac minima ferè amaritudine calida est in secundo gradu, sicca in primi sine.

APPENDIX

Non desunt, qui putent esse Narcissum Virgilij in Georg. & Columellæ in hororum cultu, cui Dioscorides Flores Phu comparauit.*



CASSIA solutina, sine *Aegyptia* Siliqua.] *Officinis, simpliciter Cassia.*] *Italica, Cassia.*] *Gallis, Caste laxative.*] *Boemica, Cassia.*

CASSIA SOLUTIVA.



FORMA.

Arbor qui Cassiam profert, MATT. ptoceca est, folio siliquæ acutiore, solida, ac compacta materie, pullo intus colore, cortice cinericio, radicibus magnis. Siliquas profert, sesquicubitales, teretes, ligneo putamine, sed tenui, ac fragili; colore in rubrum nigricante. nigra, pingui, dulciq; intus medulla, semine siliquæ omnino simili.

LOCVS.

Prouenit in *Agypto*, sed pri MATT. mastenet, quæ circa *Cayrum* habetur.

QUALITATES.

Pulpa exalfacit, & humef. Met. Etat ordine primo, resoluit, & e dat dolores.

VIRES.

Sanguinem mundat, bilisq; feruorem extinguit, aluum item commodissime citat, vrinæ difficultatibus mirifice auxiliatur. Bilem & pituitam excernit, pectus, & fauces mulect. Renes expedit, addita præsertim dulci radice. Frequenter deuorata, calculos in renibus renasci ptohibet. Auxiliatur biliosa febre affectis, salicibus tamen operatur addito Hietz paluere. Exterius illita Erysi pelas extinguit, & ecz tenas, quæ cute tenus habentur inflammationes. Sumenda parum ante cibum. Nam si secus sumatur, facile in nutrimentum transit.

*CASIA poëtica Monspeliensium.] Hispanis *Guerdaloba*.

CASSIA MONSPELIENSIVM.

F O R M A.

Parvus est frutex Sparticeule stristo, folijs Lini, succulentis, colore nigricante, qui tamen nonnunquam ad sesqui cubiti altitudinem atollitur. Fert flosculos multiplices herbaccos flavescentes, olei floribus similes, ad foliorum exortus prodeuntes, & fractum deinde asparagi marini æmulum, in tres floris appendices desinētem, qui maturescit autumno, & rotundior fit, Augusto mense rubescens, pulpa glutinosa, sapore & odore ingrato. Radix cortice crasso, fusco vel subrusso prædita est.

L O C U S.

In Romano, Narbonensi agro ubere provenit, oritur, & alibi passim in Galloprovincia iuxta sepes & oliuctorum margines. Nec non in Hispania vulgaris est.

Q U A L I T A T E S.


Nihil sere aromatici habet, sed radix valide astringit.

V I R E S.

Quidam utuntur radicis cortice in obstructione iecoris.*



Costi Radices.



Varia radicū genera pro costo ad nos afferuntur, quorum quidam hic appingere libuit. A. Costus est amarus pharmacopolarum, levis, alb^o intus, medulla per medium magna, lineis in cortice trāsfectis, ingrato admodum & vitioso sapore, medicato tamen. B. Costi radix dodrēstalis serē, dura, insipida, subdulcis, inodora, gravis, solidissima, tortuosa, inæqualis, rugosa nonnihil, fuscaq; foris, serra si seces, intus levis, plana politaq; est, similis serē rhaënticæ vulgo dictæ, id est, centaurei maioris, cui cognatam plantam esse crediderim. In medio partem modice crassam & in ea materiam alienam & terreum aliquid inuenire est, nescio an secundum naturam, vel potius vitio quodam. Radix certe mihi inutilis & afferri indigna videtur. Ne vsta quidem olet, cum saccum reddit, præ duritie cultro fragilis est, minime

autem tenax. Macerata in aqua breui mollis euadit, & colore pallida. D. Costi pharmacopolarum species maior, solida, ponderosa & crassa radice, lineis à centro radicis ad superficiem ductis apparentibus multis, species videtur centaurei maioris, etiam odorem eius non habet, saporem vero subdulcem. E. Costus Lusitanicus qui in idem redoler, digiti crassitudine, aut paulo crassior, superficies è ruffo ad fuscum tendit, aliquando subalbicat, substantia intus alba, laxa raraq; est & friabilis. F. Costi caulis pars infima, canna si rari foris, intus multa medulla alba infarcta. G. Costus Arabicus. Omnino Zinziberi cognata radix videtur substantia & figura, habet & filamenta intus, sed maior crassiorq; est & minus acris ac subamara, & suum quendam peculiarem saporē inter mandendum ostendit, color foris fuscus serē, intus albicat, & ad luteum inclinat. Terebines etiam vt Zinziber sentit. *

COSTVS vulgaris, Officinis, Costus, sed perperam.] Italis, Costo bastardo, & Costo di Puglia.

FORMA

MATT. Folijs exit pastinacæ domesticæ maioribus, dèffloribusq; crispis, & asperiusculis, humi protubentibus, caule cubitali, rotundo, genicularo, ramo soq; Umbellas in summitate gerit, floribus melinis. Semine nudo, ac subrotundo. Radice nititur vegeta, cortice crasso, ac carnoso, colore subalbicante, nō sine splendore,

LOCVS.

Idem. Nascitur in Apulia, monte Gargano.

QUALITATES.

Idem. Excalfacit, & siccat ordine secundo completo. Aperit, abstergit, incidit, attenuat. Amara est, & caeteris.

VIRES.

Idem. Prestant (vt referunt, qui ad nos comportant) Pseudocostis radices ad omnes cerebri, & neruorum frigidos affectus, ad pectoris vitia, & ad ventriculi cruciatus, & viscerum omnium obstructions, & ad renum, vesicæ, & vteri morbos. Ideoq; auxiliantur diutino capitis dolore affectis, vertiginosis, comitialibus, stupidis, veterosis, conuulsis, resolutis, asthmaticis, ruffientibus, ietericis, & hydropicis. Eadem flatus pellunt, vermes necant, vrinam ducunt, calculos pellunt, menses, & partus ciēt. Infunduntur earundem decocta, ad coli cruciatus, & coxendicum affectus.

PSEUDOCOSTVS.



IUNCUS odoratus, Græcis, *Σχοδόσ ἀρωματισ.*] Arabibus, *Adcher.*] Italis, *Squin-*
ento.] Germanis, *Camelschero.*] Hispanis, *Pays de meque.*] Gallis, *Squinanthum,*
É paisure de Camely.] Boëmis, *Sich Vuone.*

IUNCUS ODO RATVS



FORMA.

Folia profert caricis vel zææ
 robustiora, tamen sursum spe-
 ctantia, & sese stipantia. Cul-
 mos edit zææ modo, genicu-
 latos, & flores in summitate
 odoratos. Radicē habet ima
 parte villosam, odoratamq;.

LOCVS.

Nascitur cum in Arabia, & Theoph.
 Syria, tū in campestribus, &
 pascuis, tum eris vbi stagnan-
 tes aquæ siccantur.

QUALITATES.

Modicè exalfacit, modi-
 cèq; adstringit, nec plane à re-
 nuitatis natura alienus est. A-
 perit, digerit, pellit, incidit,
 excoquit, modicè adstringit.

VIRIS.

Cit vrinam, & menses, fla-
 tus resoluit, & venarum spiracu-
 lula laxat. Epori flores meden-
 tur cruenta expuentib⁹, quin
 etiam ventriculi, pulmonis,
 ictericis, renum, & vteri do-
 loribus. Radix adstringenti-
 or est. Datur eadem vtiliter a-
 liquot diebus potanda cum

pipere, hydropicis, atque consulis. Decoquitur ex gallinæo iure tota plan-
 ta, sitq; hinc potus admodum vtilis fœminis, quæ vteri doloribus in puerperijs
 laborant. Miscetur antidotis.

CENSURA.

Manifesto tenentur errore, qui contendunt *Schizanthum*, quo vrimur, ef-
 se supposititium.

CALAMVS ODORATUS, *Citricis radicis de quatuor, Italici, Calami aromatici.*

CALAMVS ODORATVS.

F O R M A

DIOSC. *Melior est fulvus, dense geniculatus & qui assulose frangitur, lentus in mandendo cum aliqua acrimonia.*

L O C V S.

Theoph. Nascitur in India, quin etiam in Iudza,
DIOSC. trans Libanum montem.

Q U A L I T A T E S.

Gal. lib. 2. Modicè excalfacit, modicèq; adstringit,
simp. mc. nec planè à tenuitatis natura alienus est. A-
perit, incidit, ac pellit.

V I R E S.

DIOSC. Urinam potu ciet, quart-decoquitur ad
potiones cum apij semine ad hydropem re-
num vitia, & vrine stillicidium. Menfes tum
potus: tum in deflectionibus additus pellit
suffitur vtiliter tussientibus, cum per se,
tum cum resina Terebinthina, haulto per
arundinem, aut infundibulum fumo. Ex-
petitur ab vnguentarijs ad eorum odora-
menta, nam & suffusionibus odoratis, & vn-
guentis adijcitur.

C E N S V R A.

MATT. Acoti radices sunt, quæ in Myropolijs calami odorati vicem præstant. Siqui-
dem odoratus calamus iam diu petijt: verùm eisdem Acoti radices rectè admo-
dum eius loco supponi possunt.

* A P P E N D I X.

Hæc frustula Calami odorati, quæ appinxi, cum palcè conuenirent Diosco-
ridis descriptioni, à doctissimo viro Bernardo Paludano Frisio, ex Syria & Egyp-
to reduce mihi & domino C. Clusio liberaliter communicata sunt.*



MYSCVS, Græcis, *Ἐλεὼς ἢ ἀράχνη*.] Aphris, *axroeb*, aut *Vfaca*.] Italis, *Mofco*.] Germanis, *Wocff*.] Boemis, & Polonis, *Msch*.

MYSCVS ARBOREVS

F O R M A.

Capillacea est materia, ex MATT. annosis plerumq; arboribus dependens, colore subalbicante, ac incano.

L O C V S.

Nascitur in quercubus, populo, cedro, picea, pinu, abiete, larice, & alijs quandoq; arboribus. MATT.

Q U A L I T A T E S.

Refrigerat, sed parum, & Galen. & propinquum est fere medijs. *simp. ma.* Adstringit, digeritq;.

V I R E S.

Huius dilutum ex vino pluribus diebus paratum, & haustum somnum inducit, ventriculum roborat, vomitiones, & alium cohibet. Recens decerptus, & oleo rosaceo imbutus capitis dolores Gal. Scrup. MATT.

à calore extortos mitissime mulcet. Sanguinem è vulneribus, manantem compescit impositus arctèque adalligatus. Expetitur quernus, lariceus, ac etiam abiegnus vnguentarijs ad pulveres odoratos parandos, quos Cyprios vocant.

MVSCVS terrestris.] *Italis, Mosca terrestris.*] *Germanis Dictiop.*

MVSCVS TERRESTRIS.

F O R M A.


MATT. Longas viticulas, funiculi instar gignit, oblongis numerosissimisque, foliolis vndiq; stipatis, quae saepe ad septem, octoq; vinarum longitudinem protrahuntur, compluribus vtrinque adnatis ramulis. Serpit humi, nititurq; radicibus capillaribus plurimis, ex ipsis viticulis prodeuntibus, hederæ modo. Gignit quoq; Iunio mense in ramusculorum cacumine lulos, Corylaceis ferè similes, subflauo colore.

L O C U S.

Idem. Nasçitur in syluis, subulosis, & in ijs locis, inter saxa.

FACULTATES ET
VIRES.

MATT. Præstat eius decoctum ex albo meraco paratum, ad frangendos, educendosq; renum calculos. Decoctus in aqua, & deinde contusus, mulcer ad motus, & inflammationes, & earum dolores: proindenon defunt qui hoc auxilium vsurpent ad calidam podagram. Superioris ætatis Pharmaco-pœi diu hac planta vti sunt, manifesto errore, Celticæ Narcivice.



CROCVM, sine Crocus, Grecis, *Κροκός*.] Arabis, *Zabzafaran*, sive *Zafaran*.] Italis *Zaffarano*.] Germanis, *Saffran*.] Hispanis, *Azaffran*.] Gallis, *Zaffran*.] Boemijs *Sfran*.] Polonis, *Szaffran*.

CROCVM.



FORMA.

Comosus provenit folijs, MATT. longis, angustis, capillaceis, planis, non rotundis, Trago-pogoni modo: Floribus purpureis, Colchico similibus, tubentibus intus staminibus, inter aureas quosdam ligulas exortis: Radice nititur bulbosa.

LOCVS.

Scratur in campis, & hortis, Idem. bulbis tantum transpositis.

QUALITATES.

Excalfact excessu secundo, Gal. & exicat primo, quin etiam simp. ma. frigidi, terreisq; nonnihil ob- DIOSC. tiner. Aperit, pellit, digerit, roborat, & emollit.

VIRES.

Elegantem colorem præ- DIOSC. stat. ex passo potum crapulam arceat. Ex humano lacte illi-

tum oculorum fluxiones cohibet. Additur in portionibus, quæ interancorum causa temperantur, ad vuluæ etiam, se disq; cataplasmata vtiliter inditur. Venere stimular, vtile & aurium collectionibus. Lactiam affert, ob id additur vtiliter medicamentis ad cor facientibus. Sunt qui scribant exitiosum esse crocum tribus drachmis in aqua potum, Urinam mouet radix ex passo pota. MATT.

Hæc est facies croci vbi defloruit. Folia enim ipsius confestim longiora fieri incipiunt, nec amplius erecta consistunt, sed circumcites in humum funduntur, atq; sic per totam hyemem delitescunt sub niuibus, donec æstate ingruente subinde contabescant.

Approximus hic quoq; radicem hirsuto involucre exutam, vt gemini sibi inuicem insidentes bulbi appareant.*



HELENIUM, Græcis, *ἡλίανθος*.] Arabibus, *ἡλίανθος*, *ἡλίανθος*.] Vulgò officinis, *Enola compacta*.] Italis, *isola Enola*, *ἡλίανθος*.] Germanis, *Blunt*.] Hispanis, *Rai* & *de Alla*.] Gallis, *Aulford*.] Boëmis, *Paumen*.] Polonis, *Omas*.

HELENIUM.

FORMA.

MATT.



Folia habet Verbasco maiora, latiora, longioraq; hirsuta, & in acutum desinentia: caulē proferit magnum, hirsutū: flores aureos Chrysanthemi modo, sed maiores; semen verbasci simile, tactu pruriturum faciens. Radice nititur magna, vegeta, crassaq; intus alba, & exterius nigricante, subacti, & amato sapore.

LOCUS.

Idem.

Loca amat Vliginosa.

QUALITATES.

Escalfacit, non tamen primo gustatu: verum calida, & siccus est, tum recte mentis humiditate. Aperit, prouocat, concoquit, incidit.

Gel. lib. a. simp. mo. MATT.

VIRIS.

DIOSC.

Potum radice decoctum menses, & vrinas ciet. Auxiliatur omnibus pectoris affectibus in eclegmate sumpta, ob idq; datur asthmaticis, & suspiriosis: Eadem statur pellit, & demorsos à serpente iuuat. Stomacho quoq; vtilis est in passo condita. Precordijs medetur, & ventris tinea necar, illinuntur cum radice, cum folia, ad coxendicos affectus. Aqua à radicibus destillata, maculas in facie delet, & cutis nitorem conciliat.

MATT.

GELSIMINUM, vel Isminum, Arabibus, *Zambach*, *sive Zambach aur lefemin*.] Italis, *Gelsimino*.] Germ. *Wächterbeu*.

GELSIMINUM.

F O R M A.

MATT. Viticulosa, farmentosaq; est planta, & copiaro operi, umbraculisque contexendis peridonea. A radice viticulæ oriuntur longæ, flexiles, lentæ, viridesq;: è quibus oblonga procedunt folia, septena exvno pediculo, mollia, & in acutum desinentia, flores mittit modo cædidos, modo cæruleos, modo flavos, lilij parvi effigie, odoris perquam iucundi sentiq;.

L O C U S.

Idem. Amat amœnos, & calidos tractus, habeturq;: in viridarijs, & hortijs.

Q U A L I T A T E S.

Idem. Flores excalfaciunt, & fiçant ordine secundo.

V I R E S.

Scrap. Præstat oleum, quod in solatis in eo floribus paratur, ad omnes frigidos dolores, excalfacit enim & laxat. Mel. MATT. Illinitur quoq;: vtiliter mulieribus, ad frigidos uteri cruciatus, frigidosq;: quocunq;: nervorum, & articulorum affectus.

C O N S Y D A.

Aberant, qui putant Isminum unguentum antiquis parari solitum, ex nomine Gelsimino.



* *GELSIMINUM* Catalanicum. Vel Chamægelminum grandiflorum peramericanum.] Germ. Fremde Weichweiden oder Jasminen mit grossen Blumen.

GELSIMINUM CATALONICVM.

F O R M A .



Humilis est & nequaquam scandit, sarculosis ramulis vix cubito vel sesquicubito longioribus, folijs Jasmini vulgaris minoribus, nigrioribus & rotundioribus, floresque fert grandiores vulgaris quadruplo maiores & rariore, superne candidos, inferne parum subrubentes, a dote acriori & suaviori, floret autumno & ferè per totam hyemem. Ineri solet in vulgare, & sic commode propagatur.

L O C U S .

Alitur studiose in vrcis pensilibus.

STYRAX, Grecis, *Σύραξ*] Arabibus, *Melo fisti Astarach.*] Officinis, *Storacis edamisa.*] Italis, *Storace.*] Hispanis, *Esforaque.*

STYRAX.

F O R M A.

MATT. *Syracis* planta coronæ malo similis est, folijs tamen minoribus solidis, robustis, subrotundis, lentis ramorum surculis. Flores habet albicantes, Auratiæ mali haud longè difsimiles. Baccas longis pediculis nitentes, albicante lanugine obductas, prominente anteriore parte tacumine.

L O C U S.

DIOSC. Nascitur in Syria, Iudicæq; circa Gabalæ, & Marathunta, quin etiam Pifidiam, Ciliciam, & Cassium Seleuciæ montem. Nascitur quoq; in Romano agro circa Tybur.

Q U A L I T A T E S.

Gal. s. Excalfacit *Syracis* lachryma ordine secundo, & deficcatur prima. Emollit concoquit, resoluit.

DIOSC.




V I R E S.

DIOSC. *Syracis* lachryma medetur tussi, de stillationibus, raucedini, granedini, & veteri præclusionibus, duritiæbusq; Menses cit, cum illita, tum pota, alnum quoque emollit, si exiguum cum Resina Terebinthina, catapotij modo denoretur. Cum autem sit odorata, suffitur odoris gratia, & vnguentarijs expeditur ad odoramenta. Oleum ex ea paratum, hæc omnia valentius præstat.

Pinus, Græcè Πῖνος.] Arabicè, *Soncher.*] Italicè, *Pinus.*] Germanicè, *Ziſtenbaum.*]
 Hispanicè, *Pino.*] Gallis, *Pin.*] Boemis, *Beromice.*] Poloniis, *Syſana.*

PINUS.



GENERA.

Domestica, Montana, MATT.
 Maritima.

FORMA.

Domestica pinus, numeroſos fundit ramos, ſuperioraq; caudicis parte, circumſurgentes, comolis, ac robuſtis folijs, longis, anguſtis, numeroſis, & in cacumine aculeatis. Nuces edit magnas, ponderoſas, compactas, ſolidasq; oblongis in- tus nucleis, duro craſſoq; putamine obductis, guſtu dulci, ac incundo. Idem.

LOCUS.

Copioſa habetur, in agro Raevinate, non longe ab Adriatici maris litore. Habetur etiam & in alijs Italiae locis, & præſertim in Cœnobiorum hortis, & viridarijs. Idem.

QUALITATES.

Cortex exicat: folia refri-
 gerant, refina aurem exalfi-
 cis, diſcutit & purgat. emollit. DIOSC.

VIRES.

Tuſa, & ſilicia folia inflam- DIOSC.

mationes præhibent. Suffusus cortex partus, & secundas eijcit, potus vero alium sistit, & vrinæ ciet: Foliorum ex aceto decoctum, vtiliter colligitur in dentium dolore; præstat idem, & nucis cortex, quin etiam ligni ipsius radæ. Virides aciculæ contritæ, & ex mero potæ, cordis dolorem sedant. Nuclei boni, crassiq; succi sunt, & multum nutriunt, sed non faciliè concoquantur. Impingunt, Venerem sollicitant, rabidos, resolutos, & stupidos inuant, & rennum, & vesicæ vlcera sanant.

Gals. de
 facult. ali-
 ment.

PINVS sylvestris, Græcè, *ελτρον άγρια*.] Italicè, *Pinus sibirica*.] Germanis, *Waldst-
tendbaum*.] Gallicè, *Pin sauvage*.

PINVS SYLVESTRIS MONTANA.

G E N E R A.

MATT. Alterum montanum, al-
terum maritimum : Huius
duæ habentur species: illius
autem tres.

F O R M A P R I M A.

Idem. Primæ in montano gene-
re eadem ferè, quæ domesti-
cæ facies est, coma tamiè bre-
uiori, folijs rudiioribus, & ac-
turiioribus. Nuces edit Cu-
pressinis paulò crassiores,
longiores, & in acutum desin-
entes, resinofas, autumno
dehilcentes.

L O C U S.

Idem. Nasçitur in montibus, &
clinofis locis.

Q U A L I T A T E S.

Idem. Cortex, sicciorè præstat
facultate, vt refina, calidiorè
quam domesticæ.



V I R E S.


Idem. Folia, cortex, refina, nuces eadem præstare possunt, quæ in domestica dixi-
mus, ac etiam valentius. Nucleum recentiorum succus, vulvam à gustiore m re ddit
infusus, & mammæ, nimis in virginibus extuberantes, cohibet. Idem præstat
stillaticia earum aqua, sed non adeò valenter.

C O N S Y D E R A.

Non defunt qui pinum montanam hanc, Dioscoridis pictam esse conten-
dunt, sed procul dubio hallucinantur.

Hanc Ananienfes in Tridentino agro appellant Mugo. Latinis, Pinus Sylvestris repens dicitur. at Græcis, quod stipite careat, rectè *σπίς ἀνάης* vocari poterit.

PINUS SYLVESTRIS ALTERA,
MUGO DICTA.



FORMA.

Caudicem nullum edit, sed MATT.
humo tenus ramos à radice
fundit, qui longo tractu repunt.
Fructum profert prædictæ si-
milem, vegetiorè tamen pau-
lò, resinofum, nec inodorum,
nullo intus nucleo, qui mandi
possit.

LOCVS.

Nascitur plurimum in sum-
mis montium cacuminibus.
nos eam primùm vidimus in
Ravenna, Ananienfium mon-
te.

Idem.

QUALITATES.

Huic eadem font qualita-
tes, quæ cæteris pini geneti-
bus.

Idem.

VIRES.

Iisdem quoq; viribus pol-
ler, quibus cætera pinorum genera. Incolæ ramis vruntur ad vasa vinaria cin-
genda, circulis inde patatis.

Idem.

PLINIVS PINVM Tarentinam appellat, Ananientium & Rhericorum sylvani homines Cembro, & Cermelo.

PINVS SYLVESTRIS
CEMBRO.

F O R M A.

MATT.

Speciosa adolefcit proceritate, facie alijs haud abfimili, fpiiliori tamen, ac tenuiori coma: Strobilis piceis craffitudine fimilibus, brevioribus tamen fubpurpufcentibus, fragilibusque: Nucee concludit triquetras, domefticis longè minores, fractu faciles, vt potè quæ dentibus facillè rumpuntur. Ineft his nucleus pulillus, dulcis, albicans, fubruffus eò rectus membrana, non ingratus efl. Resinam esudex fundit albam, & odoratam.

L O C U S.

Idem.

Nafcitur copiofa in Tyrolenfi Comitatu, ac alijs circumftantibus montibus in Vulturenz alpbis.

Q U A L I T A T E S.

Idem.

Qualitate à exteris Pini generibus non variat.

V I R E S.

Idem.

Eadem profecto quæ cæteris: Tabulis ex ea paratis ad hypocausta circumcinda maximè vruntur Germani, odoris gratia: ac etiam ad alia ædium ornamenta.



PINUS Maritima, Græcis *βαλάνια πίπυρ*. Italis, *Pino marina*.

PINUS MARITIMÆ PRIMUM GENUS.



FORMA.

Folia habet angusta, præ-MATT. longa, rarâq; in capillamenti modum protensa, squamosis vbiq; ramis, lulis factum spectantibus. Conos edit cæteris sylvestribus longiores, crassioresq; præduros, nucamentis in acutum extuberantibus, in quibus inanes concluduntur noces.

LOCVS.

Provenit in Maritimis Italiae, Agro cum Pisano, tum Senensi, & (vt audio) apud Calabros.

Idem.

QUALITATES.

Cortex eius mitis exsiccat minusque resina excalfacit quam cæterorum sylvestrium.

Idem.

VIRUS.

Eadem quæ cæteris illi sunt facultates. materię ad nocturnas faces.

Vruntur incolæ pinguissima eius

Idem.

Eadem

Eadem quæ alteri.

PINVS MARITIMÆ SECUN-
DVM GENVS.

FORMA.

MATT.

Comosior huic opaciorq;
quàm alterius, sed breviori-
bus capillamentis. Strobilos
profert maiores, lōgiores, du-
riores, ac pulchriores, promi-
nentibus vndiquaq; nucamen-
tis, vacuis inrus nucibus, ac su-
peruacuis.

LOCVS.

Idem. Nasçitur haud longè à ma-
ri, iisdem ferè vt altera locis.

QUALITATES.

Idem. A cæteris qualitate haud
differe videtur.

VIRES.

Idem. Viribus ab alijs minime dif-
crepat.



LARIV.

LARIX, Græcis *Αδελφ*] Italis, *Larice*.] Germanis, *Lärchenbaum*.] Gallis, *Melze, fleur Melze*.

LARIX.

FORMA.



Arbor est ætæniæ procerita. MATT. tis. materie æterna, cortice perquam crasso, in rimas dehiscente, & inrus rubente: Ramos emittit circa caudicem ferè rotam: extremitatibus foliis modo lentis, sublaræo colore: odore nõ inlacundo: folijs gregatim circum ramulos prodeuntibus, densis, oblongis, mollibus, comosis: Conos edic Cupressinis emulos, molliores tamen, flores purpureos, & odoratos. Resinam fundit liquidã, ac copiosam, quin etiam Agaricum gignit.

LOCVS.

Prouenit in montibus, & clinosis locis. Larice abútant Tridentinæ alpes: & circumstantia loca.

Idem.

QUALITATFS.

Cortex siccat pins modo: MATT. Resina exalfacit, arqui minus quàm pinæ, & abiegnæ.

VIRIS.

Resina aluom ducit, abstergit. prouocet, aperit, glurinat, attrahit, Suppuratos, & tabidos inuaz, delineta purulenta extrahit. Renes, & vesicam expurgat, calculos expellit: deuorara arnicolorum dolores lenit. Gonorrhæam fistis addito succino, & corallio, sur capuræ momento, oleum ex ea distillatam cum ad plura uile, tam maximè vulneribus glurinan dis, & neruorum affectibus.

Idem.

CENSURA.

Qui Laricem nostratem non esse legitimam dicunt hallucinantur: & qui Virumio, & Cæsar's commentarijs addicci, Laricem igne hand qua que comburi posse negant. cum tamen eius materie resinofior cæteris resiniferis plantis habeatur. antiquorum omnium testimonio qui de ea scripserunt.

MATT.

Vt accuratius indicarentur ramorum tubercula à quibus confectum emittuntur folia, non inutile putamus fore, separatim ramulum hic appingere, cum depicta præcedens ebor, ut propertio non violaretur, necessario illud in speciem angustius contractum exhibeat oblectum.*



• PICEA

PICCA, Græc. *πικρα*. [Itali. *Picchia*.] Germanis, [Stor Dammbaum.] Hispanis, *pinagris*. Galis. *Pice*. Pictis. *far Carpate*.

PICCA.



FORMA

Facie est Abietis adrogna. MATT.
la, ut Sylvanos quandoq; fal-
la. Ed tamen agrioribus foli-
is, laevibus, leucisibus,
mellocibusq;, ac minus acu-
latis. Hec tamen circum-
quaq; velut aeq; opent. Co-
nos edit Spithamæ longitu-
dine fragili incrementorum
congenis, in quibus semen
concluditur omnino inuale.

LOCVS.

Nascitur in montibus, & Mts.
hym.

QUALITATES.

Siccus cortex, adstringit, DIOSC.
Pummodo, its resina particu-
litate excolfacit.

VIRES.

Ea omnia praestat, que pi- DIOSC.
nus, est Resina ignobilior MATT.

Pinus sylvestris L. f. Martius cum ad edina, namqueque fibræ, tum ad vasa
et ad hanc resina tenella et officina habetur. Cortex eorumq; expentur
identitate, etc.

ASIN

ABIES Græcis, *Isáon*.] Italis, *Abiet*, *Abete*, & *Abeto*, *Ant. 70*, *Abedia*, *Cronat*.] Germanis, *Dannenbaum*, *weiß Danner*.] Gallis, *Sapin*, *Sap*, *Yergno*. Hispanis, *Abeto*.

ABIES.

FORMA.

MATT. Piceam tota facie æmulatur, angustioribus tamen folijs, & aduersa parte candidantibus. Resinam fundit liquidam, larignæ similem, quam lachrymam abiëgnam vocant splendidiore tamen, & gustatu amariorem, ac odoratiorem multò. Gignitur lachryma intra corticem exsiccato tumore, quo resecto, collachrymat. Annose arbores incanz spectantur, ob dependentes vndiq; musci comas.

LOCVS.

MATT. Nasctur in altis montibus, inter latices, & Piceas.

QUALITATES.

MATT. Cortex exiicat Piceæ, & Pinus modo. Lachryma verò magis quàm Larigna exalfacit, & eadem præstat valentius glutinat misicet recentia vulnera, & præsertim calnariz, vbi tamen cerebeli membrana hand detecta appareat. Inuat sumpta semuncie pondere Ischiadicos, podagricos, ac calculosos: quin & Asthmaticos, suspiciosos, ac purulentos.



* ABIETIS PARTICULÆ.



Particulas hæcæ separatim exhibere volui ut abundè satisfieret herbariæ rei studiofis. A. Ramulus est eum folijs veteribus & novis, & squammulis quoq; circa initia sæculorum novorum. B. Flores crocei, bicolores, qui paulò ante solstitium emetgüt. C. Conus novellus & imperfectus. D. Con^o perfectus, qui sursum versus cre seie, minime pendulus, aperiturque vere, decidit vetò rursus ex arbore quando folia incipiüt emergere. E. Coni seapus à laminis nudus. F. Laminæ coni, item lingu læ, nucleus, & semen. *

LENTISCVS. Græcis *Ξυφισ*.] Mauritanis, *Dern*.] Italis, *Lenticfo*.] Hispanis, *Marta* aut *Arceva*.] Gallis, *Lentisc*.] Germanis, *Waffybanum*.

FORMA.

MATT. Folijs est Myrto proximis, ostionis ex uno processu, prodeunibus, saturatè virentibus, ac perpetuis: cortice subrufo. Fructum profert racemosum, rubentemque in vno modum, è quo oleum elicitur: corniculos quoque gignit, in quibus liquor est limpidus, pusillis refertus culicibus. Resinam quoque fundit, quam Mastichen vocant, grumofam, duramque, sed omnium prestantissimam.

Locvs.

Mem. Nascentur plurima in Chio, Creta, Cypro, & alijs Aegæi maris insulis: quin etiam in Italia, & præsertim in Hætruria, & Campania.

QUALITATES.

Gal. li. 7. Planta exicat secundo ordine completo, aut tertio incipiente: in caliditate autem & frigiditate differentia, in medium tenet, adstringit, roborat, resoluit. Resina hæc omnia potest, et præter hæc emollit, & exalfacit.

DIOSC. Lentiscus auxiliatur sanguinem rejicientibus, dysentericis, mensium profuuijs sedisque & vteri procidentijs. Idem caua viscera explet, ossa ferruminat, vitinam pellit, dentes commotos firmat. Oleum è bacis pressum adstringit, & præscripta omnia potest. Resina autem præter hæc pænestriker tussi veteri medetur, stomachicos iuuat, & durities emollit. Eadem commansa pituitam elicit, & halitum commendat. Articulorum frigidos dolores tollit atque mulcet, si cum cumino, salnia, & Lauri bacis illinatur.

MATT.

LENTISCVS.



VIRIS.

TEREBINTHVS, Græcis [*quercifol.*] *Ambibus, Barea, Bertia, aut Albertia.*] Italis, *Terebinta.*] Gallis, *Terebentin.*

TEREBINTHVS.



FORMA.

Folijs est fraxini, crassio- MATT. ribus, pungulioribus, & rotundioribus, Corino proximis: materie Lentisco hand absimili, perinde ac cortice. Floret oleę modo, & fructus rubentes, racemososque gerit: cornicula quoque edit rubentia, caprnis haud minora, liquore quodam, & culicibus referta: vt in Lentisco. Resinam fundit liquidam & odoratam, Languæ aut Abiegnæ similem, exterisque præstantiorem, Lentiscina excepta.

Locvs.

Prouenit in Syria, Cy- DIOSC. pro, Lapidia, & multis Italię MATT. locis: habetur & Romæ, in antiquarum domorum ruinis. Nascitur & in Tridentinis montibus: saxosa enim & calida amat loca.

QUALITATES.

folia, cortex, & fructus Galen. r. exsiccant, & siccant ordine secundo, adstringunt, roborant, repellunt, con- sim. med. strahunt. Resina verò exsiccant, extrahit, emollit, abstergit, deijcit. MATT.

VIRES.

Aridæ baccæ potæ vrinam cient, & lienosos iuuat. Resina huius vneis pon- Gal. dere renes expedit, & vesicam, & articularum morbis auxiliatur. Medetur ca- DIOSC. dem delinçta ruffientibus, rabidis, sup puratisque, crassa, purulentaque expectorant: scabiem & lepram sanat, aluum emollit, vrinã cit, vniuersa & vicia purgat, & carne replet. Additur in antidotis.

CYPRESSVS, Græcis *κρημύκη*.] Arabibus, *Sera, sive Sere*.] Italis, *Cipresso*.] Gal-
lis, *Cypres*.] Germanis, *Cipressen*.] Hispanis, *Cipres*.] Boëmis, *Cypiji*.

GENERA.

Duum est generum. Mas
alterum, alteram Formina.
Hæc fastigiato est culmine.
Illa ramos in latum spargit.

FORMA.

MATT. Vitaq; procerarecta&que,
caudice glabro, & ramos in
summitate tantum habens.
Folijs vitæ perpetuis, Sabinæ
baccifere proximis. Conos
gerit Laricis æmulos,
solidiores tamē compactio-
res&que, in quibus minurum
concluditur semē. Resinam
fundit liquidā sed modicam,
odore haud ingrato. Ligni
materies solida, spectabilis,
& suaviter odorata.

LOCVS.

Idem. Plurima in Creta sponte
nascitur, aquosos odit tra-
ctæ, & colles, & mœres amat.

QUALITATES.

Galēn. 7.
simp. mot. Coni folia & germina ex-
siccant, absq; insigni acrimo-
nia, & per quæ moderatè ex-
calfaciūt. Adstringit Cupres-
sus omnib. suis partibus, ro-
borat, glutinat, & resolvit.

Diosc. Folia ex passlo & mirrhæ exiguo pota, vesicæ rheumatismis, & vrinæ difficul-
tati auxiliantur: pilulæ autem ex vino tuse dantur commo dissimè potandæ dif-
ferentis, tussientibus & orthopnea affectis, sanguinemq; reiicientibus. En-
terocellas tam potu, quam illitu reprimunt. Pilulæ, cum arboris coma suffic-
culices abigunt: folia trita & imposta vulnera conglutinant. Sanguinē suppri-
munt: trita ex aceto capillum tingunt. Illinuntur per se, aut cum hordeacea fa-
rina, ignibus sacris, vlceribus, quæ serpunt, carbunculis, & oculorum inflam-
mationibus: admota cum cerato stomachum corroborant. Pilularū decoctum
ex aceto paratum dentium rheumatismos cohibet. Earundem & mulorum
vngulam cinis oleo myrrino exceptus opilularur illius capillorum desilijs.

MATT.

CYPRESSVS.



VIRES.

IVNIPERVS, Græcis, *Ἰβανισ*. Sic.] Arabibus, *Arconas*, sine *Archencher*.] Italicis, *Ginepro*.] Germanis, *Wachholzer* / siue *Kramerbaum*.] Hispanis, *Enebro*.] Gallis, *Genévre*.] Boëmis, *Jelauvec*.] Polonis, *Zolanvec*.

IVNIPERVS.

GENERA.

Duo eius genera: Alterum DIOSC. maius, alterum minus.

FORMA.

Folio vitæq; est aculeato, MATT. longiusculo, & angusto: ligni materies dura, compactaq; ac odorata: Baccæ editæ cæruleas, copiosas, crui magnitudine, odore haud ingrato: Resinam quoq; fundit mastiche haud absumilem, quam Arabes Sandarachem vocant.

LOCVS.

Nascitur in collibus, ac etiam in montibus, arido præsertim tractu. Pl. lib. 16. cap. 18.

QUALITATES.

Excalfacit & siccat ordine tertio: Baccæ tamen siccant ordine tantum primo. tenuat, aperit, digerit, resolvit, adstringit, roborat. Galen. 6. simp. mo. MATT.

VIRES.

Bibantur folia, aut eorum succus vitæ. MATT.

succus vitæ contra Viperatum mortuus. Earundem decoctum menses elicit, & vtinas: Baccæ stomacho vitales: Præstant eadem contra pectoris vitia, tussim, inflationes que. Resina suffita, aut aspersa de stillationes sistit; hausta verò mensuram abundantiam cohibet, tinea ventris necat, resolutis nervis medetur. & sanguinis excretionem supprimit, quin etiam fluentes hæmorrhoidas; In solutionibus dentium addita dolorem mulcet, quod & baccarum decoctum ex vino efficit. Carbores è Iuniperi ligno paratos, & suo ipsius cinere sepultos, integro anno ignem fouere Chymistæ promittunt.



*JUNIPERUS maior, in Galloprovincia Cade vocata.

JUNIPERUS MAIOR.

FORMA.

Folio est alterius Juniperi maiore, acuto, pungente, bacca triplo maiore, resinosa. Lignum suavis est odoris, & liquorem exodat, Oleum de Cade dictum.

LOCUS.

Vulgarissima est in Galloprovincia, necnon in pluribus Italiz locis.

QUALITATES
ET VIRES.

Pollentisidem quibus precedens.

APPENDIX.

MATT. Pauci admodum sunt, qui non putent Oxycedrum esse Juniperum maiorem, adeo ut plerique vulgare illam ab hac nesciant distinguere.*



SABING

SABINA, Græcis, *Σπάδω*] Arabibus, *Abel, Abebel, fœve Alborar.*] Italis, *Sabina, & Sabina.*] Germanis, *Schenbaum.*] Hispanis, *Sabina.*] Gallis, *Savinier.*] Boëmis, *Klasterk-schnaegke.*] Polonis, *Szawina.*

SABINA.

GENERA.

Genera duo: Alterum fructiferum, alterum sterile. DIOSC. MATT.

FORMA.

Fructifera folijs exit Myrti, et crassioribus, minimè aculeatis. Differentia in baccis. In altera enim caeruleæ, in altera rubentes spectantur. DIOSC. MATT.

LOCVS.

Scratur in apricis, & collibus, in hortis, & viridarijs, ac etiam sponte per se prouenit. MATT.

QUALITATES.

Tenuium maximè est partium: Exaëscat, & siccat or-
dine tertio: gustu acri & amaro, & adstringente. Digerit, resoluit, aperit, prouocat, abstergit, penetrat, sitim accendit. Gale. R. c. Gal. ibid. MATT.



VIRES.

Vrinam sanguinolentam ducit, menses elicit: fortum interficit, ac etiam expellit, cum pota, tum suffita. Vtriusque folia nomas cohibent, vlcera in capitis, & granedinem excutit. Ex butyro & melle delincta, asthmaticis medetur. Nigra & sordida vlcera cum melle purgat. Additur quoque multis in antidotis. DIOSC. Gal. ibid. MATT.

CENSURA.

Qui Sabinaam bacciferam non concedunt, apertè delirant!

SABINA Sterilis, Græcis, *Ἰσάβου στεφανιάς*. Italis, *Savina sterile*.

FORMA.

MATT. Vulgaris est notitiæ, folijs cupressi ferè similibus, sed acuto pungentique cacumine, grauius olentibus, amarifculis, feruentibusque.

LOCVS.

Idem. Nascitur in apricis, & feritur quoque in hortis & viridarijs.

QUALITATES
ET VIRES.

Idem. Non adèdè multum differt à baccifera, verùm tum acrior est, tum quoque grauiolentior: Excalfacit, & siccat tamen valentius. Digerit, resoluit, sperit, abstergit, prouocet, & parumper adstringit.



CEDRVS

CEDRVS, Græcis, Κεδρίαις.] Arabibus, Serbin.] Italis, Cedro.] Resina autem eius Latinis, Cedria, Græcis, Κεδρία.] Arabibus, Kitran, Sar, al Kitran.] Italis, Cedria.

CEDRVS.



GENERA.

Duum generum est: Maius MATT. videlicet & minus. Maioris generis duo, quemadmodum & minoris.

FORMA.

Proceris arbor est, Abietis Idem. perquam similis. Quæ in maioris genere floret, fructum non fert. Altera verò contra, nunquam floret, sed conos tamen profert cupressi longè maiores. Resinam fundit laudatissimam. Lignimateries æterna.

LOCVS.

Maior in Syria, Indræque MATT. provenit, & præsertim in Libano monte.

QUALITATES.

Vtraque est calidæ, siccæ Galen. 7. simp. me. que temperaturæ, tertio quodammodo ordine secundum vtranque: At Cedria quantum ferè gradum attingere videtur, abundè esalida simul, & tenuium partium. Eadem at- MATT.

tennat, digerit, resoluit, expellit, putrefacit.

VIRES.

Cedria infusa defuncta corpora conseruat, & viua putrefacit: additur oculis DIOSC. medicamentis, magno inuamento. Vermes aurium necat: canis dentium indita eos frangit, & dolores leuat. Concepsum impedit inuncto ex ea genitæ ante coitum: pediculos illita enecat: pulmonum vlcera purgat, & obesos extenuat.

CEDRVS PHOENICIA, Græcis, *ἀφένδρον*.] Italis, *Cedre minore*.

CEDRVS PHOENICIA.

FORMA.

Gale II. 7. Arbor est Innipero per omnia similis. Sed maioribus folijs aculeatisq; baccis quadruplo maioribus, colore aureo rufefcente, sapore dulci, efui haud ingrato.

LOCVS.


MATT. Nascitur in Iapidie montibus, non longè à Pefino oppido.

QUALITATES.

Gal. lib. 7. Excalfacit, & ficcat ordine ſimp. mc. ferè tertio. Aperit, prouocat, refoluit, digerit.

VIRIS.


DIOSC. Baccæ ſtomacho aduerſan tior auxiliantur tamen tuſſientibus, conuulſis, & vrinx ſtillicidio laborantibus. Eadem cum pipere potæ menſes dant. Sumuntur quoque contra leporem marinum, ex vino. Inunctæ toti corpori ex ceruina medulla, aur adipe: à ſerpentibus hominem tutum reddunt. Ideo que bellè adduntur in Antidota.



LYCIA

LYCIA Cedrus, Græcis, *Κύπρος ἀβαλα*.] Italis, Cedro Lycio.

LYCIA CEDRUS.



VIRIS.

Eadem ferè omnia præstat quæ Oxycedrus, sed non adeo valenter.

Idem.

FORMA.

Folij cõstat Phœnicia lon MATT. gè minoribus, frequentioribusque longè minus aculeatis, ita vt Juniperum parvam quadamtenus referat. Eadè, si digitis atterantur non insuavem spirant odorem, talis enim habentur, qualis ferè in pinorum strobilis percipitur. Cortice caudex obducitur subrufo: tamos emittit lentos, vitilium instar: baccas gerit alacrius, minores, tubentesque, amaro sapore: odore non ingrato.

Locvs.

Nascitur in quibusdã Montibus Idem.

QUALITATES.

Excalfacit & siccat, minus Idem, tamen quàm Oxycedrus.

LAVRVS,

LAVRVS, *Ger. cis, Δάφνη.*] *Arabibus, Gar, sive Gar.*] *Ital. Laurus.*] *Germanis, Lor-
berbaum.*] *Hispanis, Laurel, sive Laurero.*] *Gallis, Laurier.*] *Boëmis, Boleck.*

LAVRVS.

GENERA.

DIOSC. Laurus quedam tenui folio constat, altera latiore.

FORMA.

MATT. Vtraque folia habet oblonga, lara, in acutum definita, solida & odorata: flores utriusque tenues, muscosique: Baccae oleis haud dissimiles: è quibus Laurinum fit oleum.

LOCVS.

Idem. Nascitur in apricis non longe à mari, & circa amenos laeas, quòd frigoris & algoris fit impariens. In Italia copiosa in hortis, viridarijs, & collibus feritur, ac etiam per se nascitur.

Gale. li. 6.
simp. me.

QUALITATES.

Folia & baccae exsiccantur, & siccat vehementer, atque haec quoque magis quam illa. Radicis autem cortex nonnihil adstringit, & minus a-

MATT. cris est, & minus calida. Laurus attenuat, aperit, prouocat, incidit, emollit, digerit, flatus pellit.



VIRES.

DIOSC. Opitulatur foris omnes laevi partes vuluae, & vesicae vitijs. Baccae trita, & melle, aut passo exceptae, delinctorumque, auxiliantur omnibus thoracis rheumatismis. Dantur contra Scorpionum ictus. Illius vitiligines emaculat. Eandem succus vtilissimè aurium dolori, & grauitati instillatur, cum vino vetere, & rosacco. Radicis cortex pora, calculos rumpit, & partus necat. Septem lauri baccae à pregnantibus propediem parituris, cum se dormitum recipiunt deuocatae, facilem, foelicemque partum praestant.

MATT. cras est, & minus calida. Laurus attenuat, aperit, prouocat, incidit, emollit, digerit, flatus pellit.

* **TINVS.** *Laurus Sylvestris*, Catoni *Laurus Syluatica*. Græcè *ἄδρα δῶπλα*.] Italis, *Lauro saluatica*, *Lauro regia*, *Lentagine*.] Brutijs, *Maleſſo*.] Hispanis, *Fus de perro*, *Felada*, *Durillo*.

TINVS.



VIRBS.

Nemo veterum harum meminit, nec recentiorum quispiam.*

FORMA.

Est cerulea bacca. Vuarū granulis simili in Corymbacea umbella copiosè disposita, sapore acerbo, tenui pericarpio, tenui quoq; crusta seminis, quam præcedit flos ex albo purpurascēs, ramulorum summitates obtrinnens. Ipsa stirps lauro humilior est, in alas diuisis ramis longiusculis articulatis, quibus adnascuntur folia ordine distincta eo, vt semper gemina sibi inuicem opponantur, Laurina fere, nicētia, inodora tamen & lata, lanugine tenuissima pubescentia.

Plin.

LOCVS.

Peregrina nobis hæc stirps est, in paucorum hortis conspicua. Italiæ ac Hispaniæ agri & alię forte regiones huius feraces sunt, in primis verò ea sylux Hetruriciæ abundant.

PLATA-

PLATANVS, Græcis, *πλατανος*.] Arabibus, *Dulb*.] Italis, *Platano*.] Gallis, *Plat.* *f. de Plane*.

FORMA.

MATT. Procerâ, ramosaque arbor Platanus est, folio virigineo, crassiore, infetna parte albicante: Cortice vestitur crasso, subcandicante. Flosculos edit tenues, pallidosque; baccis rotundis, scabris: longo à pediculo dependentibus.

LOCVS.

Plin. Amat flumina & fontes, et si vini irrigatione platinum gaudet.

QUALITATES.

Cole. li. 8. Platanus humidioris, frigidiorisque essentia est, non ita multò quam symmetra: Atqui cortex, & pilulæ magis exsicant.

VIRIS.


Tenera folia prohibet, resoluunt, reprimunt, & phlegmonas nascentes adiuvant: in vino autem decocta & illita, oculorum fluxiones sistunt: corticis decocto extracto parato vtiliter colluuntur in dolore dentes: Virides pilulæ in vino post serpentium moribus auxiliantur. Exceptæ autem adipe igni ambusta sanant.

PLATANVS.



* *ACER* maior, nonnullis *Platanus Germanica*, alijs *Carpinus Plinij*. Græcis, *ετιλιακον*.] Germanis, *Ahorn* [*Baldeihorn*.] Gallis, *Platan*.

ACER MAIOR.



earis doloribus efficacissime imponitur.

Si Larva innumeris morbis tentaret acuta,

Aceris radicem tandem & vena

*cum vino capiat, hoc presens medicina habetur.**

GENERA.

Tria sunt *Aceris* genera Theophrastus Sphendammos dicitur, minor *Glinos*, & tertium genus est *sambucus*.

FORMA.

Maior pulchra arbor est & proceræ, cortice mediocriter leui, materia interiore tenera & tractabili, ramos expandit plures, quibus folia lata, viridinea, pediculo rubete annectuntur, flores confertim dependent ex viridi flavescentes, quibus succedunt fructus alari gemelli vni pediculo ex aduerso adherescentes.

LOCVS.

Montib. gaudet, sed & planis & campetribus affuecit.

FACULTATES & VIRE.

Aceris radix contusa loci-Plin.

Sere, Sam;

FRAXINVS, Græcis, *μαϊα*.] Italis, *Fraxino*.] Germanis, *Eßbaum*.] Hispanis, *Fraxino*.] Gallis, *Fraxin*.] Bœhmis, *Gelin*.] Polonis, *Zefien*.

GENERA.

Theophr. **Genera** cius duos: Excelsum
lib. 2. c. 11. alterum, ac procerum. Alte-
de hist. rû humilius, & minus austile.
plant.

FORMA.

Idem. Excelsum lignû habet can-
didum, crassius, nervu-
tum, mollius, enodius, ac cri-
spius. Humile verò scabrius,
durius, & flavius. Vtraque so-
lijs est laurinis haud ablimilis,
angustioribus tamen, & sen-
sim per ambitum sciratis, for-
bimodo prodeuntibus. Fru-
MATT. ctum fert in siliquis linguis a-
nicularum similem, subru-
brum, & gustu amariuscûlo,
ac medicato.* Præter fructum
alia quedam fert, vt mûscos in
globum coactos specie pillu-
larum.*

LOCVS.

MATT. Nascitur in montibus & cli-
uosis syluis.

QUALITATES.

Idem. Excalfacit & siccât, adstrin-
git, resolat, abstergit, aere-
nuat.

FRAXINVS.



VIRES.

Diosco. Folia, aut earum succus ex vino pota, viperarum moribus medentur. Sps-
MATT. ma è viridi ligno manans dum incenditur, addito cyclamini, & rutæ succo: o-
mnibus simul parumper calefactis surditati auxiliantur, si in aurem sanam in-
fundantur, dum se cubitum recipit æger. Corticis recentis decoctum potum
lienem absumit. Fructus datur vtiliter porandus in lateris dolore, & ad vi-
nam ciendam. Idem venerem excitat, & in furo siccat, potusque calculosis
auxiliatur.

POPULVS alba, Græcis, *Alom*. Arabibus, *Haur*. Italis, *Populo bianco*. Germanis, *Wellen Poppelbaum*. Hispanis, *Alamo blanco*. Gallis, *Peuplier*.

POPULVS ALBA.



GENERA.

Tria populi sunt generæ: MATT. Alba de qua nunc sermo est, Nigra, & Lybica, siue Alpina.

FORMA.

Alba arbor est proceræ, etas *Idem*. so cortice, sed lævi. Folia sunt illi vitiginea, inferna parte maximè albicantia, ac lanuginosâ. Infrugifera arbor est.

LOCVS.

Nascitur circa flumina, & *Idem*. vilginoso tractu.

QUALITATES.

Mistæ quodammodo tem- *Gale. li. 7.* peraturæ est, ex aqua tepida, & *simp. me.* terrena extenuante essentia, quin etiam abstergentis facultatis est particeps.

VIREB.

Cortex vnicæ pondere potus subuenit Ischiadicis, & vrinæ stillicidio: eam DIOSC. malinosene haustus, sterilitatem inducit. Idem præstant etiam folia à purgatione ex vino pota: Infillatur vtiliter foliorum succus in aurium doloribus. Gemmæ quæ primo foliorum partu extruberant, ex mellis illitæ hebetes oculos iuuant. Tam albæ quàm nigræ cortex particulatim incisus, & sulcis sic reoratis obrutus, quocunque anni tempore edules fungos profert. Idem præstat MATT. alba populus humor tenuis lecta, & aqua calida, quæ fermentum excipit, petrus infra quadriduum enim fungos dabit, et sui quàm gratissimos.

POPULVS NIGRA, Græcis, *σφύρα*. Arabibus, *Haurami*. Italis, *Poplo nigra*. Germanis, *Affen/line* Popel Weiden. Hispanis, *Alano*, *Nigriglis*. Gallis, *Tremble*.

FORMA.

MATT. Nigra albâ proceritate superari: folio est hederacco, nõ tamen vt in alba dissecto, sensim per ambitum serrato, apice in acutum desinente. Fructum fert racemosum, baccis Erui magnitudine, in quibus copiosi, albaque lanugo concluditur. Cortex est illi cæreus, crassusque: Materie alba ac contumaci, ad ædium & vitensilium fabricas idonea.

LOCVS.

MATT. Nascitur in fluviorum ripis, & serotium æggetibus.

QUALITATES.

Gal. & e. Flores exsiccant ordine primo, in desiccando verò & humectando, parum temperatis, & medijs ad siccius deflexerunt. Verùm subtilis potius quàm crassarum sunt partium. Folia autem quodammodo floribus similia sunt, verùm imbecilliora: Flores & folia digerunt, resoluunt, & attenuant: quæ omnia efficacius præstare sinit.

VIAS.

DIOSC. Folia recentia ex aceto illita podagricosiuant. Baccæ ex aceto potè comestibus auxiliantur. Prima crumpentia germina odorata sunt, & glutinosa conciliant eadem espillorum nitorem, ijs contusis cum recenti baryo, infolitis, & illitis.



POPVLVS Lybica, ficut Alpina, Græcis, *αργύρα*. Italis, *Popolo montana*.

POPVLVS LYBICA.



F O R M A.

Folio est cæteris tenuiore, MATT. rotundiore, angulosoq; punctim-albis notis consperso, tenuiq; pediculo appenso, continuo ferè se mouente, etiam si nullus in aëre spiritus sentiat. Caudice est cæteris breuiore, nigrioreq; cortice vestito, & materie imbecilliore, alba tamen & tenaci: Fructum nullum fert nec flores.

L O C V S.

Nascitur in montium syl. Idem, uis, & syluestribus locis.

Q U A L I T A T E S.

Qualitates illi sunt quales MATT. & cæteris generibus.

V I R T U S.

Folis eadem præstant, quæ Idem. Nigræ, non tamen aded sunt efficacia.

E 1 ALNVS

ALNVS, Græcis, *αλνύχα*. Italis, *Alno*, Onis *Oniza*, & *Alnus*. Germanis, *Erlenbaum*. Gallis, *Alnus*. Boemis, *Faustje*. Polonis, *Olśka*.

FORMA.

MATT. Folio est coryli, crassiore cortice scabro, materie molli, robente. Fructum fert viridem, oblongum, moris forma similem, squamosumq̃, murescit autumno, minuto intus semine, fæuo colore.

LOCVS.

Theophr. Nascitur secus flumina, & vliginosa tracta.

QUALITATES.

MATT. Exiccat manifestè, sed in frigiditate & caliditate, parum à medijs abest.

VIRES.

MATT. Folia resoluunt, restringunt, delassatosq̃ue recreant. Cortex verò præter hæc corroborat. Folia recentia illita tumores absorunt. Eadem pedum plantis supposita fatigatos viatores inuant. Pulices necant rore matutino aspersa, & in cubiculis sparsa. Cortex, quod magis astringat, vsurpatur gallæ vice ad coria inficienda. Sunt etiam qui eo unâ cum fructu vtantur pro gallæ ad scriptorium arramentum parandum. Expetuntur pali ex alno parati ad ædificiorum fundamenta, quæ in fluminibus & aquosis locis struantur, quod in aqua nunquam putrescant.

ALNVS.



BETULA, Græcis, Ξυρίδα, Italis, Bettole, Betula, & Bidole. Germanis, Birken.
Boëmis, Brík.

BETULA.



FORMA.

Folijs exit, nigra populi MATT.
handabfimilibus, per ambitum
ferratis. Lulos edit, ut Co-
rylus: sed fructum nullum. cor-
tex illi albus, membranofus-
que, bituminofus, & pinguis.
Materies candida, flexilis, ac
tenax, candice terebro perfo-
rato, aqua clariffima, copiofa-
que diftillat, & potu non in-
grata.

Locvs.

Nafcitur in fyluis Septen- Idem.
trionalibus, præfertim locis
frigidis, ac nivofis.

QUALITATES.

Folia exalfaciunt, & fic. Idem.
cant, refolunt, attenuant,
abftergunt, aperiant, & ama-
ra funt. Cortex verd, quod bi-
tuminofus fit, exalfacit, & e-
molli.

VIRES.

Aqua quæ è perforato candice diftillat, cum renum, tum veficæ calculos eij. Idem.
cit. Illita faciei nitorem conciliat, & maculas delet. Eadem oris vlcera sanat. Fo-
liorum fuccus coagulo admiftus, cafeum à tere dine & vermibus præferuat. Li-
gni materies ad cingenda vinaria vafa peridonea eft. Alpini è corticibus con-
volutis nocturnas faces parant: Bituminofus enim cum funt, nõ minus quam tæ-
da flagent, & incenduntur: optimi quoque è Betula parantur carbones ad fan-
denda metalla peridonei.

VLAMVS, Græcis, *Ανθε*; Arabibus, *Dider*, *ſive La Zech*; Italis, *Oliva*; Germanis, *Wimem*, *Wiffenholz*; Hispanis, *Flua*; Gallis, *Orme*.

V L A M V S.

G E N E R A.

Theoph. Campeſtris, & Montana, quam Græci, *Ανθηραλας* vocant.

F O R M A.

Theoph. Montana rectior, auſtior, ac procerior. Campeſtris fruti-coſior. Vtraque folium habet criſpum, aſperum, leuiter circum ſerratum oblongumq̃.

MATT. Folliculos profert magnos, numerosos, criſpos, humani ſeroti ſerè effigie, lento, claroq̃; liquore reſertos, culicibus quoq̃; numerosis conchufis. Ligni materies neruoſis, terna, robuſta, non tamen ſpicioſa. Montana ſiliquas & ſemen profert. Cortex exterior illis eſt aſper craſſuſq̃; interior verò qui lignum ambit, lori modò lentus.

L O C V S.

Theoph. Montana in montibus, Flia. campeſtris, in campeſtribus locis habetur.

Q U A L I T A T E S.

Gal. Folia, & cortex adſtringunt,

MATT. inſpiſſant, abſtergunt, reſoluunt, emolliunt, glutinant.

V I R E S.

DIOSC. Craſſior cortex ex vino vnicuique potus pituitas, & aquas trahit. Fouentur tiliſter fracta oſſa, foliorum, & radicum corticis decocto. Humor è medullacſtræ arboris, deſluentem capillum reddit, & continet ne fluat illitus. Liqueſcit in folliculis contentus vitreo vaſe exceptus ſepelitur in ſimo equino calido, ſiſte vaſi ſubſtrato, vigintriquinq̃; diebus, quo poſtea vulnera ceſſiter ſanantur, cum ſplenij illinantur. Quia etiam puertorum, adoleſcentiumq̃; enterocolicis ſanat.

MATT. in folliculis contentus vitreo vaſe exceptus ſepelitur in ſimo equino calido, ſiſte vaſi ſubſtrato, vigintriquinq̃; diebus, quo poſtea vulnera ceſſiter ſanantur, cum ſplenij illinantur. Quia etiam puertorum, adoleſcentiumq̃; enterocolicis ſanat.



CARPINUS, Græcis, *Κερίαι*. Italis, *Carpino*.

CARPINUS.

FORMA.



Arbor est folijsulmo proxi- **MATT.**
 mis, tenuioribus tamen; caudi-
 ce procerò, cortice subalbi-
 cante, scabro: ramis copiosis,
 robustis, foliosis patulisq;. Ex
 his per Æstatè petioli quidam
 pendent, è quibus triquetra
 quedam folia subpallida, cir-
 cumquaq; racematis exeunt,
 quorum medius apex, ceteros
 longitudine superat, & inter
 hos parva quedam capitula
 spectantur, ciceris magnitudi-
 ne, aut paulo maiora, in quibus
 semen. Radicibus nititur fir-
 mis, crassisque. Ligni materies
 alba, solida, tenaxq;, è quibus
 iuga boum villici parant.

LOCVS.

Crescit passim in omnibus **Idem.**
 fere syluis.

QUALITATES,
ET VIRES.

Qualitates, atq; vires, nemo est (quod scierim viderimq;) qui describat. **Idem.**

E 4 ARVN-

ARVND, Græcis, *Κάλαμος*. Arabibus, *Cafab*. Italis, *Canua*. Germanis, *Stroh*. Hispanis, *Canar*. Gallis, *Canne* sive *Rafaux*.

ARVND.

GENERA.

MATT. Domestica, quæ feritur, & Aquatica spontè proueniens, quanquam Plinio Arundinū 29. describantur genera.

FORMA.

Idem. Satius, quæ à radicem geniculis feritur, ad viciū palos, ad decem cubitorum altitudinē adolefcit, robusta, ac firma, intus tamen inanis, compactis per intervalla geniculis: cortice squamoso, aspero, subalbicante. Folia habet longamilij Indici similia, aspera vbiq; superficie: & acuta circumferentia. Radix illi est albicans, dura, tuberosa, contorta, informis, geniculataq;. Secantur quotannis humotenus: sed & quæ illico regerminant.

LOCVS.

Idem. Domestica in imis vinearum locis feritur. Vliginose præsertim solo: Aquatica autem sponte prouenit, cum stagnantibus aquis, tum quoque in fluminibus, & mari.

QUALITATES.

Gale. E. 7. Cortex adustus ex calcificat ordine tertio, ac etiam plus siccat. Viridia folia refrigerant. Folia & cortex adstringunt, abstergunt, & corroborant: radix verò attrahit.

VIRES.

DIOSC. Folia rufa & imposita, ignibus sacris medentur. Corticis cinere sanatur alopeciaz. Radix pota menses & vrinas ciet. Eadē recens rufa, & illita scorpionum ictibus auxiliatur, quin etiam aculeos, & alia corporibus infixis extrahit.



ARVNDOPALUSTRIS, Grecis, *Κάλυμπος θαλάσσιος*. Italis, *Cannella*, & *cannuccia aquatica*. MATT.
fira.

ARVNDOPALUSTRIS.

FORMA.

Calamo estrenui, geniculato, laxis internodijs, inani ac fragili, folijs longis, asperis, & per ambitum acutis: paniculis in summitate comosis tactu mollibus, laxisque.

LOCVS.

Prouenit sponte in paludibus, lacubus, & ceteris stagnantibus aquis. Idem.

FACULTATES,
ET VIRES.

Vires sunt illi eadem, quae Idem. & ceteris generibus.



MYRICA sine Tamarix, Græcis, *Μύριξ*. Arabibus, *Tarfa*, seu *Carfa*. Italis, *Tamarigo*. Germanis, *Tamaristen*. Hispanis, *Tamarguiva*, sine *Tamaris*. Gallis, *Tamaris*.

MYRICA.

GENERA.

DIOSC. Duum est generum. Urbana & Sylvestre.

FORMA.

DIOSC. Urbana, folijs est cæpressi
MATT. viridionibus; fructumq; gerit
galle similem, & in altum ar-
borefcit. Sylvestris folia ha-
bet Sabinæ bacciferæ similia,
renuora tamen, ac magis vi-
rentia, fructum quasi florem
ferens compage mucosam.

LOCVS.

DIOSC. Urbana, in Ægypto & Syria
præuenit; Sylvestris in fluuior-
um alveis fructuat.

QUALITATES.

Gal. lib. 6. Abstergētis est, ac inciden-
simp. me. tis facultatis, absq; perspicua
dehiccatione: & adstrictionem
nonnullam habet.



VIRES.

DIOSC. Domestice fructus datur vtiliter euenta expuentibus, celiacis, & contra
Serp. Altkius. fœminarum profusua, regium morbum, & phalangiorum morsus. Illitus re-
mores inhihet, Vrinisq; cortex in eisdem vsus adhibetur. Foliorum decoctum
potum ex vino lienem absamit, dentiumq; dolorem collatione sedat, & in de-
fessionibus muliebria cohibet. Sarmetorum cinis aspersus ambusta sanat. Ra-
mi concisi, & ex aceto illiti lienem attenuant. Cortex potus alni fluxiones ef-
ficat: Radicum decoctum diutius cum passis vnis potum, lienosam elephantia-
sim curat.

ERICA, Græcis, ἑρική. Italis, Erica. Germanis, Heide. Hispanis, Quercu. Gal-
lis, Bruyère.

ERICA.



FORMA.

Frutex est non multà à My- Pl. lib. 24.
rica differens, colore rosina- cap. 9.
tini, & penè folio, florer bis in
anno, Vere scilicet, & Autum-
no, floribus parvis, copiosis,
subrubentibus.

LOCVS.

Nascitur in acidis, in cam- MATT.
pestribus, collibus, & sylvis.

QUALITATES.

Digerendi per halitum fa- Gale. lib. 6.
cultatem habet. simp. me.

VIRIS.

Folia & flores serpentium DIOSC.
ictibus illis medentur. FO- MATT.
liorum & florum decoctum
quinq; vnciarum pōdere die-
bus triginta potum, vesicę cal-
culos frangit, idq̃ue foslicius
succedit, si à trigesimo die in

balneo eiusdem decocti sederint affecti aliquot diebus continuis, & super ipsa
Erica decocta sederint: Florum decoctum potum lumbricorum, & ventris do-
loribus medetur: foliorum succus impositus ocalorum imbecillitati succurrit.

ERICA

ERICA altera, Italica, *Erica frondosa*.

ERICA ALTERA.

FORMA.

MATT. Ramos edit tenues, folijs alterius longioribus, acunioribusque, angustis, ac numerosioribus, quibus circumquaque ramuli stipantur. Flores edit parvos rubentesque.

LOCVS.

Idem. Nascitur arido solo, & in collibus apricis, & montibus non valde excelsis.

QUALITATES,
ET VIRES.

Idem. Si hæc planta *Erica* est: *Ericæ* facultatibus proculdubio insignitur.

CENSURA.

Idem. An hæc planta *Erica* legitima sit, aliorum indicio relinquo.



ERICA

ERICA BACCIFERA, Matthiolo.

ERICA BACCIFERA.

FORMA.

Procrebit hæc planta humi, & latus MATT. occupat areas, folijs penè vulgaris Ericæ: Baccas edit in purpura nigricantes, tumperinis non abſimiles, ſed molliore pulpa, lenta, vt in prunis, quæ menſe Auguſto matureſcunt. Ramis eſt lignoſis obſequioſiſque.

LOCVS.

Provenit in montibus, qui Boemiam Idem, à Sileſia diſterminant, & à quorum fontibus Albiſ fluvius originem ducit.

FACULTATES,
ET VIRES.

De qualitatibus & viribus, quid certi Idem, dicam, non habeo.



RHAMNVS

RHAMNVS, Græcis, *Péques*. Arabibus, *Nesfig, sive Nausigi*. Ital. *Ramno, sive Mar-
ruca*. Hispanis, *Scambrones*. Gallis, *Burguespin, sive Neprun*.

RHAMNVS.

G E N E R A.

DIOSC. Trium est generum: Can-
didum, Candidius, Nigrum.

F O R M A P R I M A.

DIOSC. Candidum ramos fert re-
MATT. ctos in acutæ spinæ modum,
folijs parvis, oblongis, sub-
pinguibus, tenuibus. Baccis
rubentibus, pili magnitudi-
ne, cortice albo, & tenui.

L O C U S.

DIOSC. Fruticat in sepibus, & fru-
tētis.

Q U A L I T A T E S.

Gal. lib. s. Desiccat, & digerit excessu
Imp. mc. secundo, & refrigerat primo
completo, aut secundo inci-
piente.

V I R I S.

DIOSC. Folia ignibus sacris, & serpentibus vlceribus efficaciter illinuntur.



RHAMNUS secundus, Italis, *Martuca bianca*.

RHAMNUS SECUNDUS.



FORMA.

Primo candidior est, folijs MATT. felicis, aversa parte candidis, virgis aculeatis albicantibus: rubentibus inter folia baccis.

LOCVS.

Nascitur in fruticetis, & se- Idem, pibus.

QUALITATES,
ET VIRIS.

Viribus & qualitatibus ni- DIOSC. hil prorsus à priori genere abesse videtur.

RHAMNUS

RHAMNUS TERTIUS. Italis, *Marruca nera.*

RHAMNUS TERTIUS.

FORMA.

- DIOSC.** Nigrioribus est folijs quadrantenus ad ruborem vergentibus: Ramos mitrit quinam fere cubitorum, cæteris spinosiores, lævi cortice obductos, fulvo colore. Fructum edit latum candidum folliculari specie, verticillo similem, in cuius medium ossiculum concluditur, in quo parvus inest nucleus. Aculei aliqui illi longi, rectique, nonnulli verò, ut rubincurui.

LOCVS.

- MATT.** Nascitur in maritimis, in campestribus, & locis incultis.

QUALITATES,
ET VIREÆ.

- DIOSC.** Folia ignibus factis, ac serpentibus ulceribus vtiliter illinuntur. Fama est ramo huius, valvis fenestrisve imposito veneficia depelli. Eadem omnia potest, quæ Rhamnus primus.

CENSURA.

Falluntur qui putant Rhamnum tertium, esse Dioscoridis Pallurum, sed adhuc magis cæcitant, qui idem esse Dioscoridi adulterinum contendunt.



* RHAMNI SPECIES. Oleaster Germanicus. Germ. Weidenorn, Weidenorn/
oder Sandorn. Batavis, Sycy besien.

RHAMNI SPECIES.



F O R M A.

Multis cinericeis furculis
affurgit hæc arbutuscula, sex cu
bitorū aut paulo procerior,
frequentius humilior, in qui
bus folia oblonga angusta ole
æ similia, minora tamen,
candidioraq; tenuissima la
nugine subius pubescentia,
superius vero in viri cinerici
a. Flores herbacei totis ra
mulis adnascuntur, quibus sin
gulis deinde succedunt bac
cæ rotundæ, Myrti aut Aspa
ragi baccis similes, sed mino
res, palpa molli lutea, tenui
glabra & rufescente obdu
ta cute. Intus parva semina
insunt, oblonga, pallenti tu
nicæ innata. Tota stirps a
culeis albicantibus longisq;
vndiq; vallatur, Et multifida
diffusaq; radice nititur. Ma
teria eius à spino sola molli
tie differt.

L O C U S.

Nascitur in Hollandiæ ac
potissimum Flandriæ mariti
mis littoribus, & alibi in es
-

vallibus ac iuxta profluentes amnes solo lapidoso arenosoq;. Nec deest Ger
manix copiosa ad Lycum Vindelicix amnem & ad Danubium ab eiusdem Ly
ci ostio usq; ad Petreas fauces per quas Danubius fluit, tribus millibus passu
um supra Keilheimiam oppidum sitas.

F A C U L T A T E S.

Acinos purgaticem habere facultatem affirmant, vnde Batavi quoq; ipsos
agnominarunt. Paratur & Rob de baccis illis, quod vehementer acidum est &
attenuans & incidens, vt berberis ferè, commendaturq; ad dysenteriam.*

SPINA infectoria. *Malis Spina maris, Spina Ceruasi, seu Spina garula.* Germanic, *Wegdom.*

SPINA INFECTORIA.

F O R M A.

MATT. Arbuscula est non magna, folijs pyriformibus, & angustioribus: Ramos fundit in merolon, quorum filicium in aculeum desinit. Baccas dicit copiosas lignifinis aequales, quae primam videtur, & per maturitatem nigra spectantur. Ligni materies exteriora baccarum, medullina vero conficit.

L O C U S.

MATT. Provenit in sepibus, & fruticulis.

Q U A L I T A T E S.

Mem. Exhalat alium baccarum succum, spiritum, & expellit, & calorem & siccitatem haud est experta.

V I R T U S.

Mem. Fit à baccarum succo medicamentum alium evolvens, hoc studio. Sumuntur succi eorundem libras duas, & succi de Squilibra, de coquantur ad halam spissandam modicum baccarum perennium adhauc Zingiberis, cunamomi, & Caryophyllorum nonnullis, omnibus in pulvere comminatis, Haec liquoris rucis epota crassam, lentamque puram ducit. Idemq. per dygrem, Elichidrem, per dygrem siq. bellè confort. Baccarum succo ut maceretur dicitur videri colorem inde emanantem.



HALIMUS, *Garcis d'apre*. Arabibus, *Malarba*. Italia, *Nafium*. Veneticis *Bisac*.

HALIMUS.



FORMA.

Ramos plures à radice fœdite, lentos, DIOSC.
& obsequatos, folijs Obovato pinnatifidi- MATT.
bus, albicanibusq̃, laevi sapore. Semen
profert racemosum in caulibus summis-
tibus.

LOCUS.

Nascitur maximis locis, & circa salis- DIOSC.
ESS.

QUALITATES.

Escalfacit temperatè, & exiccac, & est Codæ
cœtera salis corroborac, adstringit, & ab- simp. mē.
stign. MATT.

VIRES.

Codæ ex iure, aut aqua addito oleo, MATT.
aut butyro alium subdact: Radix codæ, DIOSC.
denotatq̃; laevi vberitatem facit, & rō-
uilla rupta, torminaq̃; mulcet. Idemca
planta est Halimus ad scripiendos hœre-
tum toties, quippe obsequiosa cam sit,
facile quocunq̃; distrahatur.

GENERA.

As hæc planta legitima sit Dioscoridis Halimus non desunt rationes, que
in alium reddunt.

AQUIFOLIUM. *Italis, Agrifolia.* Germanis, *Baldtristeln* oder *Stechpalmen*.

AQUIFOLIUM.

FORMA.

MATT. Planta est arborefcens, ad acutæ spinæ magnitudinem, folijs Laurinis, perpetuis, & in toto ambitu per interval- la sinuatis, aculeatisq; , car- nofis, ac lævibus, Virgas edit lennas, & obsequiofas, viridi libro vestitas: baccas rotun- das, rubentesq; , rusci modo.

LOCVS.

Idem. Arborefcit in syluis, & syl- uestribus locis.

QUALITATES.

Idem. Radices emolliunt, discu- tiunt, & resoluunt.

VIRE.

Idem. Foventur radicem deco- cto vitiliter articali, qui pri- us luxati duriciem contraxe- runt. Idem ossa fracta ferru- minar. Id quod valētius præ- stat radicem ipsarum cortex excortus, & illius. Folia suspenduntur circa funes è quibus salse carnes sub tecto pendent, ad arcendos mures. Sunt qui è tusora- dicum cortice arte quadam viticum parant ad aucupia.

CENSURA.

Hallucinantur qui hanc arborem Theophrasto *Agriam*, siue *Arriam* faciunt atq; in eodem errore versantur, qui eandem existimant eiusdem esse *Cratægonon*.



ACVTA Spina, Græcis, Ἰξὸς ἄκανθα & Ἰξὸς ἄκανθα. Arabibus, *Ambiberberis*, sive *Berberis*. Italis, *Berrosca*, *Bergia*: *ananiensis* *Amperla*. Germanis, *Dogdorn*.

ACVTA SPINA.



F O R M A.

Arbor est Sylvestri pyto simi- DIOSC.
lis, minor tamen, & valde MATT.
spinosa. Baccas profert myrti,
plenas, rubentes, fragiles, &
intus nucleos, radicem multi-
fidam altè descendentem. Fo-
lia Apij hortensis modo divi-
sa, sed longiora: floribus racemosis, ac cæcidis, cortice scabro, & materiè pyracea.

L O C V S.

Prouenit in Syluis, sepibus, MATT.
& fruticetis.

Q U A L I T A T E S.

Fructus est tenuium parti- Gal.s.
um, & panlum quiddam inci- simp. me.
suum obinet. Adstringit, ro-
borat, & prohibet.

V I R E S.

Baccæ deuoratæ alui, & scæ- DIOSC.
nitarum profluvia sistunt. Radix illita aculeos, & spicula extrahit: Nuclei in
paltherem triti, ac poti calculos tum frangunt, tum eijciunt.

C E N S V R A.

Deladuntur qui Berberum communis vsus oxyacantham faciunt.

BERBERYS Vulgaris, siue Crespinus. Iralis Crespinus. Germanis, Weisb. Gallis, Espine, siue Pinette.

*BERBERYS VULGARIS SE-
VE CRESPINUS.*

F O R M A.

MATT. Compulsi⁹ ab radice fructicat ramis, siue a caulestis stolonibus. Cortice vestitur candidanti, leui, tenuiq;. Ligni materies flaua sed fragilis. Totaplanta acutissimis aculeis feater, ternis simul prodeuntibus, albis, plantis, fragilibus. Folia habet puniceæ tenuissimis circundata spinis, flores aureos, odoratos, racematum dependentes. Fructus rubentes, baccis oblongis, racemosis, vinosisq;, adstringenti, & acido gultu. Radicibus hand altis, fuluo colore.



L O C U S.

Idem. Nascur in sepibus, fruticis, ac senticosis locis.

Q U A L I T A T E S.

Idem. Bacce refrigerant, & siccant, cohibent, roborant, & adstringunt.

V I R T U S.

Idem: Vinum quod è baccis exprimitur, datur vriliter potandum cum sirupo violaceo, & oxalidis aqua, in ardentibus, ac peraleiosis febribus: cum myrrino autem, & aqua plantaginis, celiacis, & dysentericis, & in foeminarum proflumia. Idem sitim sedat ex ptissana haustum. Columellam proidentem gargarizata reprimat. Auxiliatur quoq; sanguinem reiicientibus. Vicia serpentina cohibet, & humida exicat, facitum, & gutturis inflationes reprimat. In restano rum animalia necat, ac pellit.

C E N S U R A.

Decipiuntur, qui vulgare Berberim oxyacantham legitimis esse contendunt.

VVASPINA, sive Crispa, Italica. *Vva spina, sive vva marina.* Germanis, *Creutzbeer.*
Gallis, *Greiffelber.*

VVASPINA.



GENERA.

Altera Sarcina, altera agre- MATT.
tis, ac sponte proveniens.

FORMA.

Vtraq; arbuscula est parva, MATT.
fruticosa, folio Apij, sive O-
ryzacanthæ: ramulis, ac virgis
albicantibus, vbiq; aculeatis.
Baccas profert rotundas, sac-
cosas, & hirsutas: & præsertim
sylvestris, acido, ac austero sa-
pore. At vbi maturitatem sen-
sere, flavescent, & subdulces
evadunt.

LOCVS.

Sarcina in hortis, pomarijs, Idem.
& vineis seritur, Sylvestris in
sepibus, & senticosis locis
sponte provenit.

QUALITATES.

Baccæ frigefaciunt: exiccant, Idem.
roborant, & adstringunt.

VIRES.

Baccæ veniunt in ciborum usum vix acerbæ modò: nam iufculis incoctæ Idem.
appetitum excitant. Sicim sedant, & grauidarum malaciæ succurrunt. Dantur
ætuorandæ celiacis, dysentericis, & cruenta expuentibus.

RIBES vulgaris, Italis, Ribes. Germanis, & Johannis Treibstein. Gallis, Ribetes fra Raisins de saint mer.

RIBES VULGARIS. -

G E N E R A.

MATT. Duum est generum, Domesticum, & Sylvestre.

F O R M A.

MATT. Parvula utraq; est arbor, folio parvo, viridino: Ramulos habet lentos, & quibus fructus rubescentes, & vix modo racemosi dependent, bacis copiosis, rotundis, vinosis, piperis magnitudine, gustu acido, & adstringenti, cum aliqua dulcedinis specie.

L O C U S.

Idem. Domestica fertur ad sepandos hortorum pulvinos. Sylvestris, nascitur sponce in Boemia, in siluosis collibus, & in alijs Germaniæ locis.

Q U A L I T A T E S.

Idem. Vix refrigerant, exiccant, adstringunt, & roborant.

V I R E S.

Idem. Datur utiliter in acutis febribus: Ventriculum æstuantem refrigerat, sitim restinguit, nauſeam, & vomitiones sistit, cibi appetentiam incitat, cæliacos & dysentericos iuuat, & biliosis fluxionibus obnoxios, sanguinis feruorem demulcet, bilis acrimoniam retundit, & impetum domat.

C E N S U R A.

Cæcutiant, qui hanc plantam Mauritanorum Ribem faciunt, ac pariter qui Vrsi vnam esse contendunt apud Galenum.



LIGVSTRVM, Græcis, *Κεραυ*. Arabibus, *Kenne*, & *Henne*. Officinis, *Alcanna*. Italis, *Caiffria*, *Olinella*: *Obueta*, & *Cambrossene*. Germanis, *Weinholz* / oder *Stundholz* / oder *Neinweiden*. Hispanis, *Alfena*, *sive* *Hallens*. Gallis, *Trafue*, *sive* *Trazillo*.

LIGVSTRVM.



FORMA.

Arbor est oleæ folijs latio-
ribus tamen, mollioribus ac
viridioribus: flore candido
racemoso, sed qui decerptus
statim flaccescat: Baccas pro-
fert in cacumine racemarium
coherentes, hædæ mino-
res, læuiotes, ac nigriotes, sa-
pore amaro, ac inuicundo,
purpureo intrus succo: mate-
rie robusta, ac dura.

DIOSC.
MATT.

LOCVS.

Prouenit in sepibus ac ne-
moribus.

MATT.

QUALITATES.

Folia mistæ sunt tempera-
turæ, quin etiam & summa
germina: Digerunt enim leu-
itèr accedente aqua sub-
sistia modicè calida, quin et-
iam aliquid astrictioræ possi-
dent facultatis: ex terrena fri-
gida, & siccitatis non sunt ex-
pertes.

Gal. lib. 7.
Simp. ma.

VIREÆ.

Folia commanducata oris DIOSC.

viresbus medentur: & illiæ feruidis inflammationibus, & carbunculis. Deco-
cto eorundem igni ambusta fomentur. Eadem trita, & illiæ capillum rufant: flo-
res ex aceto fronti illiti, capitis dolores mulcent. Oleum in quo ligustræ flores
insolati fuerint, præstat illis ad vulnèrum inflammationes. Item ad capitijs
dolorem à bile prouenientem. Aqua à floribus distillata præscripta omnia po-
test.

CENSURA.

Non minus hallucinantur, qui Cyprum, & ligustrum duas faciunt plantas,
quàm qui ligustrum nostram phillyream esse contendunt.

PHILLYREA, *Græci*, φιλύρα. *Itali*, Φιλύρα. *Arabum*, *Urbain*.

FORMA.

DIOSC. Arbor est Ligulii magnitudine folijs oleæ nigricantibus, & lacinibus fructu lenitici, nigro, subdulci, racemosis coherentibus.

LOCUS.

DIOSC. Nasitur in asperis.

QUALITATES.

DIOSC. Folia adstringunt.

VIRUS.

DIOSC. Ad ea omnia præstet Philyrea folia, ad quæ Oleaster, cum adstrictione est opus, maxime ad ora vlcera commandacata, aut si eorum decoctioes collasur. Veniam quoque ac mensuram, E-puro decocto.

CENSYRA.

Aberant qui *φιλύρας* Tiliam faciunt.

* APPENDIX.

Habetur foliorum differentia triplex, et læta quædam, quædam angusta esse obferuntur, quædam etiam medio modo se habentia, ut nihil obftet Dioiscoridis descriptionem, folia oleæ lenora Philyrea tribuenda.*

PHILLYREA.



MAHALIS, Mauritaniae sic dicta vegetantia. Trifol. *Machaly.*

MAHALIS.



FORMA.

Arbor est non admodum MATT.
procreta, folijs Tiliae hand lon-
gè abfirmibus: Flores edit al-
bos, à quib. baccæ subasferen-
tes nigrae, officulo minus cera-
fero paulo minore, in quo
nucleus reconditur, quo ad o-
docamenta, & sinegmatæ voun-
tur vegetantæ.

LOCUS.

Naknor in montibus. *Idem.*

QUALITATES.

Escalbach, emollit, abster- *Simp.*
git, attenuat, resoluit, & dolo- *Amom.*
res sedat.

VIRIS.

Nuclei contusi choroni, & MATT.
duri dolentibus videret illum
um. Id quod magis prestat o-
lentia, sup. expressum. Ex mel-
licæ hæsti, ammi deliqua

... ad colicatus, & tamen calculos; ventris quo-
... & ...

TILIA

TILIA MAS, Græcis, *τσίλιμα* *ισήριον*. Italis, *Tilia maslibia*, & *Carpino nero*. Germanis, *Steinlinden*.

TILIA MAS.

FORMA.

MATT. Arbor est magna, patentibus ramis, materie robusta spissaq̃, ac etiam sterilis: folia fert lara. oblonga tamen, in quibus ferè omnibus numerose extuberant bullæ, in quibus muscæ gignuntur, quæ tandem arescentibus receptaculis, inde gregatim euolant.

LOCVS.

Idem. Provenit in sylvis, & montibus, saxosis locis.

QUALITATES
ET VIRES.

Idem. Quid de huiusce arboris facultatibus scribam, hætenus non habeo.



TILIA.

TILIA, Græcis, *πικύλα*. Italis, *Tilia* sive *Ysa*. Germanis, *Ûnden*. Gallis, *Til*, sive *Tilr*.

TILIA FOEMINA.



GENERA.

Quædam mas est, quædam *Theoph.*
foemina. *lib. 3. c. de*
hist. plant.

FORMA.

Fœmina folia fert hedera- *Idem*
cea, nisi quòd in angulum acu- *ibidem.*
torem rotundantur. & quan-
quam iuxta pediculum curva-
tiora, de medio tamen in acu-
tius coacta prætenduntur: Flos
calycula integer præter folij
pediculum, amentumq; furca-
rum, pediculo alteri adnexus,
viridis dum in calycula est, de-
tectus autem leniter flavus.
Baccas fert orbiculatas, oblon-
gas, magnitudine fabæ, quin
eminentibus angulis: Cortex
fœminæ flexilis, & materies al-
ba, tenaxq;: cui exigua est me-
dulla.

LOCVS.

Non solum in montibus: *MATT.*
sed in planitie quoq; proue-
nit, ac in exæmerijs, & ædium
arcis.

QUALITATES.

Adstringit: glutinat, discutit: inspissat, abstergit.

VIRES.

Cortex commansus, ac deinde illitus, vulnera recentia glutinat. Folla trita, & aqua conspersa pedum tumores discutit. Humor è medulla castræ arboris defluens, capite illitus non solum capillos replicat, sed fluentes continet. Aqua è floribus distillata sua peculiari dote datur vtiliter Epilepticis. Ligni carbonem in puluerem tuss, auxiliantur his qui ab alto deuoluntur fractis, ac cõ-
tusis.

CISTVS, Græcis Κίσθος ἄσπερος, ἔσπερος. Arabibus, *Ramiat*, *Alcheis*, *fus thait*, *Albu*. Italis, *Cyfo*. Hispanis, *Cargusces*.

CISTVS.

G E N E R A.

DIOSC. Mas vnum. Alterum verò
fœmina.

F O R M A.

DIOSC. Masramosus frutex est, sed
improcerus, & folijs rotundis,
acerbis, hirsutis. Flosilli mali
punicæ hanc abfimilis.

L O C V S.

MATT. Nascitur in Apennino Ita-
DIOSC. liæ saxosis locis, & asperis.

Q U A L I T A T E S.

Gal. lib. 7. Folia, & parua germina ad-
susp. me. stringunt, & exiccant non in-
strenuè: Frutex aded frigidus
est ut cepidi calidi sit particeps:
Flores præter prædicta non in-
strenuè deficcant.

V I R E S.

DIOSC. Flores in vino austero bis in
die poti, Dysentericis, ventris
imbecillaribus, defluxioni-
busq; & humiditaribus opem ferunt, & nomas per se illi cohibent. Meden-
MATT. tur quoq; vetustis vlceribus, & igni ambustis cum cerato. Folia, & flores in de-
fessionibus cohibent sæminatam fluxiones. In summa non parum præstant, v-
bi adstringere, & roborare sit opus.



CISTUS *fœmina*: Græcis, Κίσθηλαύς. Italis, *Cisto fœmina*. Patavinis, *Salvia Salva*.

CISTUS FŒMINA.



F O R M A .

Folia gerit oblonga Salvia DIOSC.
 æmula, albicantia, ac hirsuta. MATT.
 Floribus albis cisti maris lon-
 gè minoribus.

L O C U S .

Procrevit in collibus aridioribus,
 & saxosis. copiosa in agro Patavino.

Q U A L I T A T E S .
 E T V I R E S .

Egdem illi sunt quæ mari
 qualitates & vires. Adstringit
 enim: & desiccatur.

HYPŒ-

HYPOCISTIS, *Græcis, Τ'ωαλευρ. Italis, Hipocisto. Offic. Hippocistidis.*

HYPOCISTIS.

FORMA.

DIOSC. Forma est mali punice cy-
MATT. rino similis, aut orobanches
 fastigijs colore vario. Nō qua-
 dam rufa: quædam herbacea:
 & quædam candida visitur. Li-
 quatur Acaciz modo. Cæte-
 rum tanditur recens, & elici-
 tur succus, qui insolutus asser-
 natur ad vsum.

LOCVS.

DIOSC. Nascitur iuxta cisti vtriusq;
 radices.

QUALITATES.

Gal. lib. 7. Magis adstringit quam cisti
DIOSC. simp. me. folia. Vires habet Acaciz pa-
 res: verum aliquanto magis
 siccæ.

VIRES.

DIOSC. Efficax est auxilium ad om-
 nium fluxionis affectus, nempe
 sanguinis reiectiones, prostrua muliebria, Cæliacos, dysentericosq;
Galcn. affectus. Quin si quam partem roborare consilium sit, quæ videlicet plausulo hu-
 more exoluta fuerit, robur, & firmitatem illi non imbecilliter addit. Sic fan-
 Stomachicis, epithematis, hepaticisquæ commiscetur, & ex viperis confecto
 antidoto inditur.



LEDUM, Græcis, *Αἶδον*. Arabibus, *Cafar*: Pingue autem quod ex eo colligitur, Latinis, *Ladanum*. Græcis, *Αδάρρον*. Arabibus, *Laden*, *fius Laden*. Italis, *Ladano*, *fius Odano*. Hispanis, *Xava*.

LEDUM.



GENERA.

Inter Cisti genera, & Lada- DIOSC.
num est. Duam est generum. *Matt*.
Alterum folijs grandioribus,
alterum verò minoribus.

FORMA.

Frutex est Cisti modo na- DIOSC.
scens, longioribus tamen fo-
lijs, & nigrioribus, quæ Verno
tempore quiddam cōtrahunt
pingue. * Nascitur etiam sub
hac hypocistis quædam. *

LOCVS.

Provenit in saxosis, & apris- *Matt*.
cis collibus in calidioribus re-
gionibus.

QUALITATES.

Ladanum exalfacit excel- *Gal 7*.
su primo completè, vel in prin *sup. me*.
cipio secundi. habet etiam ad- *Matt*.
strictionis paululum. Emollit,
digerit, concoquit, venarum
ora patefacit, & spissat.

VIRES.

Capillum fluentem continet addito vino, myrrha, & myrteo oleo. Cicatri- DIOSC.
bus decorem reddit ex vino illitum. Medetur aurium doloribus cum hydro-
zelit, aut tofaceo infusum: suffitu secundas eicit. Pessis immistum vulvæ du-
ritiam sanat. Insetitur in medicamenta, quæ aurium dolorem, ruffimq; finiunt:
vino veteri potum aluum sistit, & vrinam ciet. Fiunt ex eo orbiculati globi
odorandi pestilentie tempore additis cinnamomo, Caryophyllis, Santalis,
Agallocho, Moscò, & Ambaro.

ROSA, Grecis, Ροσά. Arabibus, *Nard, Vard, seu Naran*. Italis, *Rosa*. Germanis, *Rosen*. Hispanis, *Rosar*. Gallis, *Roses*.

ROSA.

GENERALI.

Marr. Domestica & Sylvestris. Domestica & si plura Plinio sint genera, nostro tamen quo tria tantum in usum venerunt, videlicet puniceum, album, & quod carnis colorem refert. In albo genere ea est admodum odorata, quam Moscheram, & Damascenam Itali vocant.

FORMA.

Marr. Rosarum, & rosaceæ plantæ forma cum omnibus notissima, explorataq; sit, superfluum est hic eam describere.

LOCVS.

Urbanæ in hortis. Viridarijs, pomarijs, & vineis florēt. Sylvestris in sepibus, senticosis, memoribus, & campestribus provenit.

QUALITATES.

Moss. Constanti Rosæ diversis sanè partibus, nempe terrestribus, & aqueis, quibus substantiam, & adstringentiam facultatem acceptam referunt. Aëreis à quibus cum subdulcem, cum odoratū saporem accipiant. Igneis à quibus amarorem sibi vendicant. In viniferum autem refrigerant, & adstringunt.

VIRES.

Diosc. Folia, cor, ventriculum, secur, & reterricem insuper facultatem, corroborant, dolores calidos, & inflammationes auferunt. Aridis in vino decoctis expressus liquor facit ad dolores capitis, oculorum, gingivarum, sedis, recti intestini, ac vulvæ pennæ illitus, & infusus. Eadem sine expressione tusa, præcordiorum inflammationibus, humidis stomachi vitijs, igni sacro illini prodest. Flosculi medij cum suis capillis gingivarum defluxiones cohibent, & femininū profluvia, capitula pota etiam aluum, & cruentas reiectiones sistunt. Sacus & corroborat, & aluum exolvit. Verum id longè magis præstat diluam pluribus repetitis macerationibus.



**ROSA sylvestris*, Canina Rosa, Græcis *ῥόδον ἄγρον, ἀνθὸς ῥόδου*. Germanis, *Rödt
rosen*, *Dactrosen*.

ROSE SYLVESTRIS.



G E N E R A.

Sylvestrium Rosarum plures observantur varietates, ut sequitur.

F O R M A.

Alia vulgo provenit, aculeatis virgis, prælongis rubo similibus, rosâ pallida, ut plurimum quinque foliolis constat, alba subrubensve, quatum hæc altior spinosiorq̃, illa humilior est. harum ramis spongiolæ villosæ vermiculis prægnantes adnascuntur. Alia odoratior sed minor etiam flores pallide rubetes fert, cuius virgæ rubente quoq; cortice vestiantur. Est & parva fruticosa spinosissima Rosâ exiguis candidis odoratis. Minima omnium saxatilis colore floribus ruberrimo. Maxima sylvestrium est quæ tota olet, & frequenter albicantes, raro purpurascens flores profert & spongiolis hirsutis non caret.

L O C U S.

Omnes sponte exeunt, prima quidem & quinta in aggeribus, & pratorum marginibus, altera in calidioribus regionibus, nam apud nos colitur, tertia in manimis & arenosis locis, quarta in petrosis.

V I R E S.

Radix sylvestris rosæ valet ad morsum canis rabidi, Spongiolæ cinere cum plin. melle Alopecie capitis expleantur. Spongiolarum quoque in pulverem tritam magna vis contra calculum & dysuriam, & capillum nutriendam inungitione. Sed & fructus cum semine pulveratus idem præstat quotidiana apud nos experientia.*

LYCIUM Italicum. Italis, *Licio rostrans*.

LYCIUM ITALICUM.

FORMA.

Matt. Planta est aculeata pruni sylvestris faciem referens, minoribus tamen folijs. Flores mittit candidos, è quibus baccae gignuntur, ligustri ferè similes, sapore acerbo, atq; adstringenti, è quibus succus exprimitur.

LOCVS.

Matt. Nascitur copiosum in agro Tridentino circa Arcem de Cresta, saxosis locis.

QUALITATES, ET VIRES.

Matt. Adstringit, cohibet, toborat, siccat, & reprimitt: & vbi legitimum lycium non sit ad manus, nihil prohibet, quin hoc eius vice succedere valeat. Succus è baccis à me extractus, hæc omnia belle præstat.



BUXVS.

BUXUS, Grecis, Βύξος. Italis, Boffo.

BUXUS.



Non defunt quoque qui afferant fanari alui defluvia ligni scobe deuorata, aut pota: Sunt & qui afferant buxi decoctum idem prestare, quod Guaiacis Veterum morbum.

CENSURA.

Delirant, qui Buxum & Guaiacum Indicum vnam, & eandem faciunt arborem.

FORMA.

Buxus prouenit folio myr- *Mark.*
ri minore, denfiore, carno-
fiore, viridioraque. Fronde
est perpetua, ob idque topia-
rio operi peridonea, flore
herbaceo, fructu rure simili:
Mareis spississima, flaua,
densissima, atque pondero-
sissima, aded, vt nec caricem
sentiat, nec in aquis fluitet.

LOCVS.

Locis gaudet eam frigidis, *Idem.*
tum apricis. In Corsica fre-
quens, crassissima, prouenit.

QUALITATES.

Esiccat manifestè, sed in
calore non longè à medijs ab-
est, adstringit quoque & ro-
borat.

VIRIS.

Capillum rasant tum folia
tum rami in lixiniis decocti.

EVONYMVS, *Grecis, ἰουβόνα. Hetruscis, Silla. Italis ceteris, Fufano, sine Fufano, quod ex eo fusi à tornitoribus fiunt.*

EVONYMVS.

FORMA.

Theopb. Arbor est mali puniceæ magnitudine, atque etiam foliorum eiusdem, maiori quàm chameplæ. *hijf.* daphne, molli, ut punicea. Germinare incipit mense septembris, & floret deinde vere. Flos illi albe violæ simili odore infusus, veluti cruorem inferens. Fructus cum putamine siliquæ Sefamæ proximus, præter quàm quòd in versus dividitur quaternos. Materie est buxi modo pallida, ac solida, verum non aded gravis.

LOCVS.

Matth. Nascitur frequens in Italis in sepibus, dumetis, & syluis.


QUALITATES, ET VIRIS.

Theopb. Fructus deuoratus pecus enecat, quin etiam folium idem facit, & potissimum capias nisi purgentur Anacho. *Ibidem.* Lixinium in quo bacæ decoctæ fuerint (ut nostre affirmant mulieres) capillos splendidos facit, furfures extergit, & pediculos necat. *Matth.* Ligni materies expetitur à tornitoribus ad fusos parandos.



Ακεία, Græcè *ἀκεία*. Arabibus, *Arachis*. Italis, *Acacia*.

ACACIA.



G E N E R A.

Duum est genus: maius & minus.

F O R M A.

Nascitur Spinæ instar fruticosæ, non se in rectum attolens. Florem habet candidam, & semen Lupino similem in folliculis, è quo exprimitur succus & sicatur in umbra.

L O C U S.

Primum in Ægypto nascitur.

Q U A L I T A T E S.

Succus maioris condensatus medicamentum est frigidum, & retrosus, immista etiam quadam essentia aquea; & sanè coniectura est non esse simile, verùm quasdam habere in se dispersas partes rennes, & calidas, quæ in ipsa ablutione segregantur. Estq; etiam hoc tertij ordinis exiccantium, & secundi refrigerantium, vbi quidem elotum fuerit, illotum verò primi.

V I R E S.

Succus utilis oculorum medicamentis, valet ad ignem sacrum, & ulcera, quæ suppurant. Perniones, pterygia, & otis ulcera: mensium abundantiam sistit: prociduum valens cohibet, citam alvum supprimit, aut potus, aut suppositus, capillos denigrat. Spinæ decoctum soluros artus fore committit. Gummi cutis spiracula obstruit, ambustis ex ovo illum pustulas erumpere non patitur.

A P P E N D I X.

Vbi Acacia defuerit, licet eius vice, tum Rhois arbusculæ folia, tum lentis foliorum succum, cum etiam hypocistidem medicamentis immiscere.

ACACIA altera, Græcis, *Ἀκασία ἄριστα*. Italis, *Acacia secunda*.

ACACIA ALTERA.

FORMA.

Diosc. Provenit ad *Aegyptiz* spinę similitudinem, longę tamen minor, tenerior, humiliorq; munitur etiam aculeorũ vallo, folium habens tute. Fert Autumno semen, lenticula minus in filiquis cõnexis ternum, quaternũve, gustu etiam adstringente. Color filiquis inest aureus, & fulgore quodam resperfus, aded vt in sole auri modo splendet.

Matth.


LOCVS.

Diosc. Provenit in Cappadocia, & Ponto, quin etiam & in Italia.

Matth.

QUALITATES, ET VIRES.

Diosc. Adstringit, cohibet, roborat, & replet, atqui viribus alteri inferior est, & ocularibus medicamentis inutilis.



VITEX.

VITEX, sine Salix Amerina, Græcis, *ἄγριος καὶ ἰόβητος*. Arabibus, *Famancheff*, *Samancheff*, sine *Bengecheff*. Italis, *Vitice*, sine *agno casto*. Germanis, *Schafsmulle*, sine *Schafhlamb*. Hispanis, *Garriglo casto*. Gallis, *Casto*. Officinis, *Agnus castus*.

VITEX.



VITEX.

GENERA.

Duo habentur genera: maior, & minus. *Plin. lib. 29. cap. 9.*

FORMA.

Maior in arborem salicis modo affurgit. Florem mittit album cum pupureo: quæ & candida vocatur. Minor quam nigram appellant, ramosa affurgit, folijs candidioribus, & lanuginosis, flore est tantum pupureo: Nō multū à salice virilium vsu distat, & foliorum quoq; aspectu, nisi odore gratior esset. Ramos gerit lōgos, fractu pernicitates, & semen racemosum ut piper. *Diosc.*

LOCVS.

Nascitur in fluminum ripis, maritimisq; locis, asperis, & torrentium ripis. *Diosc.*

QUALITATES.

Excalfacit, & siccit ordinem tertio, tenuisq; substantiæ habetur, tum gustu acris simul & adstringens, aperit, resoluit, saporem inducit, atque emollit. *Gall. 6. simp. me. Diosc.*

Semen potū venenatis ictibus, hydropicis, lienosisq; auxiliatur, lac euocat, mentes ciet, drachmæ pondere in vino potum. Genituram exoluit, caput tenet, & soporem affert. Foliorum decoctum, & feminis, mulieribus vulvæ malo sportans opitulatur. Semen cum Pulegio potum purgationes mouet. Instillat capiti cum aceto, & oleo in lethargo, & phrenitide. Folia suffusa, aut subfrata venenata fugant: Illita quoq; serpentium moribus auxiliantur, restium duritias cum butyro, & folijs vitium emolliunt: Semen cum aqua illitum facit ad sedis rimas, & cum folijs, medetur luxatis, valnetibusque.

ELZAGNOS, Græcis, *ἑλάγιος*.

ELZAGNOS.

FORMA.

Theoph. Elzagnos natura fruticosa, lib. 8. cap. cæteris amerinis non absimilis, figura quidem cæteris proxima, sed molli, lanuginosoque folio. flore populi sibi, sed minore, fructu nullo.

LOCVS.

Matth. Nascitur in insolis fluitantibus.

FACULTATES, ET
VIRES.

Matth. Cùm sit hæc planta vitici admodum similis, crediderim ego similes quoque habere facultates.

APPENDIX.

Nascitur in Boemia planta, cuius hic imago spectatur, quæ quidem notis omnibus Elzagno stipulari videtur. verùm cùm baccas oliuæ similes profert*, non ausim ego affirmare stirpem hanc legitimam esse Theophrasti Elzagnum, cùm illi stentilis habeatur, nisi fortasse idem deceptus sit, vel eius codex deprauatus, ut multis alijs in locis obseruamus.

* Doctissimis viris alijs & imprimis Carolo Clusio est Ziziphus alba, Bello-nio Cappadocica.*



SALIX, Græcis, *ἰριόε*. Arabibus, *Bulf*, *Bhuller*, *Saffaf*, *sive Catif*. Italis, *Salice*, *sive Salvia*. Germanis, *Weiden*, *sive Weidinger*. Hispanis, *Salce*, *sive Salgueiro*. Gallis, *Sault*.

SALIX.



GENERA.

Plura traduntur genera.

Theoph.

FORMA.

lib. 3. cap.

Plin. lib.

Quædam in tantam proceritate assurgunt, vt ex eis fiant perticæ, & pali ad vitium pedamenta, aliæ non tam procerè crescunt, colore rufescentes, sequacis admodum lentitiæ, quæ ligandis cadotum vinariorum circulis commodè finduntur. Has salices Græcas vocat. Rursum aliæ firmiores corbibus, & rusticantæ suppellectili expetitæ, aliæ namq; sunt minuticule spectabili tenuitate texendis canistris, cistellis, ac calathis aptissimæ. Omnia folia oleagina, oblongaque sunt. Supernè virentia, & infernè candicantia.

16. ca. 27.

Matth.

LOCVS.

Nascuntur humecto solo, *idem*. in flumiorum & in foliarum aggeribus.

QUALITATES.

Flores triccant absque morfu: Folia vim spissandi habent. Item Salix quantum habet adstrictionem.

Gal. lib.

simp. me.

VIRE.

Tria folia cum exiguo pipete, & vino pota ileosis subueniunt, sumpta per se, & unaqua conceptum impediunt. Semen vitiliter cruenta exuentibus datur. Cortex eisdem præstat effectus. Eiusdem cinis aceto subactus, & illius visor, & clausos tollit. Succus foliorum, & corticis in malicorio cum rosaceo olefactus anrium doloribus auxiliatur. Eorum decocto fouentur vitiliter podici. Recentia folia adduntur in soporiferis lotionibus. Sparguntur eadem

DIOSC.

Matth.

* *SALIX* pusilla, humilis, Salicula repens. Græcis *χαμαίριβα*. Germanis, *Steinweidlin*, *Kriechweidlin*, *Bergweidlin*.

FORMA.

Humi reptit tota nec in ætatem attollitur, sed vndique adnatis candidi radiculis sese propagat. Folia non oblonga nec tam acuminata sunt ut vulgarium *Salicum* & modice splendent. Lignosis, tenacibus, nodosisque ramulis color subrufus est, novellis tamen surculis subviridis. Florem & fructum nullum in ea observare potui.

LOCVS.

Nascitur in alpibus circa lapides copiose repens. *

SALIX PUSILLA.

OLEASTER, aut Sylvestris Olea, Græcis, ἄγριαία. Italis, *Oliuo Salvatico*. Germanis, *Wilder Ölbaum*. Hispanis, *Zelache*. Gallis, *Chisier Sauvage*.

OLEA SYLVESTRIS.



FORMA.

Domestica, longè minor *Matt.* provenit: Folijs breviorib. & aculeatis ramis. Baccæ & si numerosa fecunditate vincant, magnitudine tamen satius cedunt, quin & gustatu adstringentiore sentiuntur.

LOCVS.

Nascuntur in Hetruria *co-Matt.* piose. Quin etiam in Dalmatia, & ferè in omnibus Adriatici, & Aegæi maris Insulis.

QUALITATES.

Adstringunt magis, ma- *Matt.* gisq; refrigerant rami, ac fo- *DIOSC.* lia, quam domestica. Oleum vehementer adstringit.

VIRES.

Folia trita, & imposta igne *DIOSC.* sacrum, vlceraq; serpentis, Epynictidas, carbunculos, & nomas cohibent: quin etiam sordida vlcera repurgât, cutem à capite vuliam conglutinant, oris vlcëribus commanducata medentur. Succus & decoctum eorundem, eundem præstat effectum:

Succus peculiariter facit ad sanguinis eruptiones, muliebrequ; profluviû, prodest vax, & pustulis oculorum: Vlcera, & veteres defluxiones sistit, quas propter in collyria additur, & ad palpebrarum erosiones per quam utilis est. auribus subuenit, cum exulceratis, tum purulētis folia illinuntur coriæcis vtiliter cum heredeacta farina. Sudor emanans ex cõflagrantibus lignis, scabiem, lichenas & furfures, sanat. Baccæ tritæ, & illitæ medentur furfuribus, & depalescentibus vlcëribus. Ossium verò nucleï, ex adipè, & farina scabros vngues eximûr. Oleum sylvestris oliuz inungitur, colluiturq; vtiliter gingivis putrilagine laborantibus, dentes mobiles firmat, & gingivarum fluxiones sistit. Idem in doloribus capitis, vtiliter pro rosaceo substituitur, defluentes capillos retinet, tardius casitiam sentiunt, qui eo quotidie perunguntur.

OLEA sativa, Græcis, Βαλέ κησπε. Arabibus, Zaiton, sine Caltan. Italis, Olive domestica. Germanis, Delbaum. Hispanis, Olivo, sine Argivino. Gallis, Olive.

OLEA DOMESTICA.

G E N E R A.

Matt.

Antiqui genera decem fecere, nostro autem ævo tria tantum habentur.

F O R M A.

Idem.

Folia habent oblonga in acutum desinentia, crassa, pinguisq; su perne virentia, & inferne albicantia, sapore amaro, & acrisensu; flores mittunt albos, racematim dependentes, è quibus bacca prodeunt primùm virides, deinde pallescentes, & postremò purpureæ prius factæ, saturatè nigrescunt.

L O C U S.

Idem.

Seritur in collibus & in campis.

Q U A L I T A T E S.

Gal. 6.
simp. me.

Olivæ rami quantum habent adstrictionis, tantum & frigiditatis participes sunt: fructus verò, ubi rectè maturuerit, moderatè calidus est: immaturus autè magis tum restringit, tum refrigerat.

V I R E S.

Diosc.

Colymbades trita, & ambustis illitæ pustulas gigni prohibent, & sordida vlcera purgant. Olivæ flava, & recè stomacho vtilior est, & ventri difficilis: nigra autem & matura stomacho anetatur, & oculis, & dolorem capitis monet. Arefactæ autem illitæ de pascencia vlcera silit, & carbùculos emarginat. Amures in eupreo vase ad mellis crassitudinè decocta adstringit, & ceteros præbet Lycij affectus. Illinitur dentium dolorib; & vulneribus eù acet o, vino, aut mulso. Additur in medicamèta ocularia: infunditur vtiliter, sedis, vulvæ, & genitalium exulcerationibus. In mætorum seabiem sanat, cum in pinorum, & Chamæleontis herbæ decocto. Cruda, recensque podagricis, & articulorum doloribus auxiliatur, peruncta in villosa pelle, & imposita hydropicorum tumores reprimat.



QUERCUS. Græcis, Ἄγρις. Arabibus, Chullor, Hullet, sine Belur. Italis, Quercia. Germanis, Eychbaum. Hispanis, Robre. Gallis, Chesne.

QUERCUS.

FORMA.

Folij est oblongis, firmis, Martb. robustis, per ambitum vtrinque sinuatis, caudice crasso, cortice rudi, scabroq; in ramis vero leuiori. Materie robusta, dura, graui, compacta, firmaq;. Glâdifera est arbor, & pæter glâdes gallas quoq; producit cum maiores, tum etiam minores, quas omphacitides vocant. Alios quoque fert fructus, de quibus Theophrasto lib. 3. capit. 8. & 9. de plantarum historia abundè scriptum est.

LOCVS.

Nascitur vbiq; ferè in syluis. Idem.

QUALITATES.

Quæcunq; sunt in hac ar- Gal. 6. bore partes adstringeris qua- sm. ut. liraris sunt participes. Sed cæteris adstringentior est, quæ in trunci cortice membrana subest, tum quæ sub glandis ipsius calyce, ea videlicet, quæ fructus carnem conuertit: folia etiam non instrenuè desiccant.

VIRES.

Corticis decoctum, qui libro crassiori sub est; quin etiam illius, qui glandium proscopumini succedit, datur vtiliter potandum dysentericis, cæliaciis, & sanguinem reijcientibus. Eadem in pesslo supposita vteri fluxiones cohibet. Aqua à tenerimis folijs distillata, sistit pota lecorarias fluxiones, renū calculos comminuit: & alba mulieram profluua cohibet. Datur quoq; dysentericis, & sanguinem reijcientibus. Datur & in pestilentialibus febribus, quòd aduersus venena non parum valeat. Recentia folis ventriculi ardorem tollunt, si super lin- Martb. gua teneantur. Aqua, quæ in marcescentium quercuum cavitatibus reperitur scabiem omnem vlcerosam sanat: Glandes vtinam cient, & resistunt deuoracæ venenatorum moribus. Intritæ crudæ inflammationes leniunt.

FAGVS,

FAGVS, Græcis, *φελύκη*. Arabibus, *Chinars*, *sive Chiacar*. Italis, *Faggia*. Germanis, *Buchbaum*. Hispanis, *Hala*. Gallis, *Fau*.

FAGVS.

FORMA.

Marr.

Folijs est Carpini vulgaris non ab similibus, grandioribus tamen, leuioribus, minusque rugosis: Fructus calyculo includitur rotundo, quadantenus echinato, hispido, ac scabro, nucleo intus triangulari, tunica castaneæ simili circumtecto: Nucleus albicat, Sapore castanearum subdolei, & adstringente: Materies dura, sed non admodum firma: Arbor in magnam affurgit proceritatem, ramis grandioribus ac patulis.

LOCVS.

Marr.

Provenit in sylvis, tam in planitie quam in montibus, & collibus.

QUALITATES.

Gale. b.

simp. me.

Valentius adstringit, quam quercus, folia autem tenella non instrennè desiccant.



VIRES.

DIOSC.

Marr.

Folia trita, & illica tumotibus profunt, & imbecillas membrorum partes corroborant. Folia esicata labiorum, gingivarumque vitijs mirificè auxiliantur. Glandis fagineæ cinis renum calculis vtiliter illinitur. Harum pabulo maxime delectantur glires, & aues quæ rostro sunt validiore.

ILEX, Græcis, Πῖνος. Arabibus, *Carmos*, sine *Barbes*. Hispanis, *Azina*, sine *Atinira*. Italis, *Elic*, sine *Lectis*. Germanis, *Steinbeim*. Gallis, *Yeuſe*.

I L E X.



G E N E R A.

Duum est generum, *Alte-Colamel-*
rum folio spinoso: Alterum *Is*,
sine spinis.

* Differt etiam latitudine
& angustia foliorum. *

F O R M A.

Arbor est spectata: proce-
Matth.
ritatis, cortice in rufum ni-
gicante, materia admodum
densa, graui, ac robusta, sub-
rufescentiq;. Folijs est lauri-
nis, perpetuè vireſcentibus,
sensimq; in toto ambitu, ser-
ratis, aut spinosis, & auersa
parte albicantibus, robustis,
ac duris. Glandes fert quernis
longè minores.

L O C U S.

Spinosa in Hispania fre-
Matth.
quentissima: Quæ verò spi-
nis caret, in quam plurimis
Hetruriz syluis habetur.

Q U A L I T A T E S.

Non differt qualitatibus, *Gal. b.*
à quercu, nisi quod valentius *simp. me.*
adstringit.

V I R E S.

Glandes, quernas viribus anteeclunt. Radicis cortex cum aqua coctus do-
Diosc.
nec mollitas incabescat, & tota nocte illitus capillos denigrat, prius Cimolia
rena purgatos. Cætera, cum quercu, & fago communia sunt. Rubentes pi-
Matth.
lule, quas præter glandes fert, tritæ, cum aceto vulneribus recentibus, & cru-
entis oculis vtiliter imponuntur.

G E N E R A.

Non rectè sentimus, Colamellæ testimonio, qui Plinij, & Theophrasti au-
toritate freti putant, haud legitimam esse Ilicem, quæ folijs spinosis non pro-
cedit.

* ILEX latifolia, Græcis, *αἴνη πλαγίφυλλος*.

ILEX LATIFOLIA.

F O R M A.

Conuenit cum priore magnitudine, altitudine, materia ligni firma ac solida. Folio differt latiore ambitu sinuato & aculeato. Glans interdum maior, interdum minor quam sit quercus, locorum ratione varians spinoso innititur calyculo, per maturitatē alicubi nigricans, nucleum habēs intus album, grati saporis, flosculi pusilli flauescētes racemulom efficiunt oblongum, qui Maio mensē inuenitur.

L O C U S.

Copiosa est in quibusdam nemoribus, collibus, campestribus aut conuallibus, & nō infrequens in Hispania, In Narbonensī Gallia ac Prouincia quoq; reperitur, nec non in Italia.

Q U A L I T A T E S.

Folia ipsius refrigerant & reprimūt vt reliquarum glandularum.



V I R E S.


Tam huius quam præcedentis folia tusa oedematosis tumotibus imponuntur, & imbecillis partibus roborandis vtiliter adhibentur.

A P P E N D I X.

Obseruantur nonnunquam in eadem Illice diuersa folia, vt humilis ac tenella per margines spinosa horreant, adulta vcrò aculeis careant.*

SYDER, Grecis *σαυδρ*. Italis, *Sugaro*. Germanis, *Pantoffelholz*.

SYDER.



GENERA.

Alterū folijs est proluxioribus, acuminatoribusque, *Matth.* alterum verò latoribus, brevioribus, & per ambitum ferratis.

FORMA.

Arbor est perpetua *Idem.* ditatis, fructu, & folio llicis, sed crassissimo cortice vestitur, atque llicis magnitudine cedit. Glandes quoque profert iligneis pares, paulo tamen minores, detetioresq.

LOCVS.

Latifolium in Romano a *Idem.* gro frequentissima nascitur. Quod verò proluxioribus folijs est, in agro Pisano provenit in Italia.

QUALITATES.

Idem præstat quod Ilex, & *Idem.* eodem ferè modo adstringit.

VIRES.

Suberis cortex tritus, ex *Idem.*

æqua calida porus sanguinem ex vralibet parte fluentem sistit. Eiusdem cinis rivo calido haustus sanguinem excreantibus mirificè mederur. Eius glandes quemadmodum cæterarum glandiferarum arbores, in pulverem trite, potèq; drachmæ vnus pondere ex succo plantaginis auxiliantur omnibus alui, & vteri fluxionibus. Decoctum earundem haustum datur aduersus veneta. Illinuntur eadem cum axungia maleficis vlceribus. Calyx quo glandes in arbore sustinentur, easdem possident facultates, sed magis adstringunt.

SYBER. *Angustifolium*, Græcis, *καλλιανθηλον*.

FORMA.

Marb. Folijs est angustioribus, longioribus, acutioribusque. Cætera verò cum priori commania sunt.

LOCVS.

Idem. Nascitur plurimum in Romano agro.

QUALITATES.

Idem. Qualitatibus, ac temperamento nihil ab altero distat.

VIRIS.

Idem. Iisdem quoque viribus pollet, quibus & alterum genus.

SYBER ALIVE.



PHELLODRYS, Græcis πατίτης *φελλιδρύς*. Arcadibus, *Ἰλλοσ φρίθ*, Theophrasto testis. Italis, *praesertimò, Hetruscis, Cerrosugaro.*

PHELLODRYS.

F O R M A.

Caudicem habet subternò *Metsh.* absimilem, & folia & glandes quereui siue cerro similia.

L O C U S.

Nascitur in agro Senensi *Idem.* in montanis sylvis.

Q U A L I T A T E S.
E T V I R E S.

Non differt suis in facultatibus ab alijs glandiferis. *Idem.*



H 3 CASTA-

CASTANEA, *Grecis* Κάστανε ή κάστανος *Cæsaribus* *his Cæsaribus* *italicum*. *Arabibus*, *S. Idanulach* *Cappad. & Stebular.* *Italica*, *Castagne*. *Germanis*, *Kastan.* *Hisp. Marana.* *Gallis*, *Castagne*. *Boemis*, *Kastany.*

G E N E R A.

Matth. Domestica, & sylvestres. In domesticarum genere habentur maiores, quæ marones vocantur, & minores, quæ peculiariter Castaneæ vocantur.

F O R M A.

Matth. Arboreæst procera, amplaq; folijs oblongis, iuglidis similibus, venosioribus tameo, & per ambitum fimbriatis, frustuechinato; nucce iotus solida, altera parte plana, altera gibbosa, triplici tegminis ambitu septa, membrana primû tenû, crispata & amara, mox lento ac coriaceo cortice, demum echinato calyce, alba iotus pulpa, ac dulci. Ligni materias solida, ac diuturna.

L O C U S.

Idem. Montibus, & opacis gaudet magis, quam apricis, & campestribus.

Q U A L I T A T E S.

DIOSC. Adstringunt, cum ipsæ ouces, tum quoq; membrana subrufescentes quæ carnem ambit.

V I R E S.

DIOSC. Dantur contra venena, & præsertim contra Ephemera. Item adtussim antiquam; prunis inassate, & cum saccharo devorate. Flatus gignunt, & concocti difficiles sunt, sed vbiusq; concoquantur, memorabile alimentum præbent, crudæ tamen magis nocent. Siliunt tom alui, tum ventriculi fluxioes. Dantur cruenta expeñibus. Tritæ cum sale, mellisq; subactæ, imponunt vtiliter rabidorum canum moribus, & cum polenta, & aceto illitæ mammæ duritias excutunt. Ventrem excitant, & caput grauat. Teo uis earum membrana ex vino ansero post duarum drach. pondere, siliit valenter immodicos alui fluores, & sanguinis iectioes, quo etiam cum parimentorum eboreis pondere, alba yteri profusio, ex Nymphæ aqua potæ.

C A S T A N E A E.



CASTANÆ EQVINÆ.

FORMA.



Arbor est spectatae proce- *Marrb.*
 ricatis, folio pentaphylli, senis
 ramos diuisuris: & ricini fo-
 lio longè grandiore, longo, te-
 nuisq; pediculo nitente. Echi-
 nos fert in cacumine magni-
 tudine nostratibus æquales,
 subrufo colore, verùm durio-
 ré ac crassiore, aculeis raris
 sed robustis, ac firmis. Singuli
 singulâ includunt castaneam,
 nostratibus haud dissimilem,
 crassiorem tamen, rotundio-
 remq;: Cortice subnigrican-
 te, præterquam anteriori par-
 te, ea enim albicat, macula
 cordis figuram præferente.
 totus idem robustus est, nulla
 alia inrus tunica, quæ carnem
 ambiat: Sapor pulpæ nostratibus
 ferè similis habetur, sed
 dulciór paulò, nec adeo man-
 dentibus gratus.

LOCVS.

Constantinopoli primam. *Idem.*
 ad meallæ sunt.

QUALITATES.

Adstringenti & flarus deuoratz pariunt.

Idem.

VIREB.

Equinæ vocatz sunt, quod in helosis, & tossibus equis deuoratz sint sa- *Idem.*
 lutarcs. Dantur quoque sanguinem reiicientibus.

GALLA, Græcis *μαδρ*. Arabibus, *Hafes*, *sive Hafir*. Italis, *Galla*. Germanis, *Gallpöffel* / *sive Eychpöffel*. Hispanis, *Galls* & *Bughala*. Gallis, *Noix de gale*. Boemis, *Galles aneb lublnki*.

GALLA.

G E N E R A.

DIOSC. Altera omphacitis, altera plana.

F O R M A.

DIOSC. Omphacitis, parva est, rugosa, solida, nullo foramine peruia, vuzq; acino magnitudine æqualis. Plana nucis inglandis magnitudinem explet, cortice leui fungosa medulla, perforataque, & anteriore parte coronata.

L O C U S.

Plin. Nascuntur Gallæ, in omnibus glandiferis arboribus. Verùm in quercu copiosiores habentur, ac vtiliores.

Q U A L I T A T E S.

Gal. simp. m. Omphacitis exicat ordine tertio, & refrigerat secundo, acerbum admodum est medicamentum, frigidũ, terrenumq; repercutit fluxiones, & partes laxas contrahit, ac constringit. Altera, que maior est & flava, desiccatur & ipsa quidem, sed tãtò minus, quantò minus acerbæ qualitatæ est particeps.

V I R E S.

DIOSC. Gallæ omphacitides tritz excrefcentias in carne, fluxionesq; gingiviarum atque oris vlcerationem cohibent. Nucleus dentium cauernis inditus dolorem sedat. Crematæ vino, aut aceto extinctæ, sanguinem supprimunt. Decoctum eorum ad vuluæ procidentia, fluxionesq; in defleffionibus vtile, capillos denigrant aceto, aut aqua maceratæ. Illinuntur vtiliter dysentericis, cæliacisq; que cum vino, aut aqua, ac etiam potui dantur. Integrarum decoctum, eorum iisdem auxiliatur affectibus. In summa, vbi adstringere, siccare, ac siccere sit opus, præstantissima. aut auxilia, sedis inflammationes sanant, & procidentia cohibent.



RHYS, Græcis *ρῆς*. Atabibus, *Sumach*, *Rosbar Sardificat*, seu *Rosaidicos*. Italis *Èla* seu *Somacho*. Germanis, *Serberbaum*. Hispanis, *Sumach*, & *Sumagre*. Gallis, & Officinis, *Sumac*.

R H Y S .



F O R M A .

Arbuseula est binam fere DIOSC. cubitorum altitudine, folijs oblongis, subrubentibus in ambitu serratis ilicis modo. Botros profert acino quadrenus lato vuarum gracilium, densos, magnitudinè terebinthi.

L O C U S .

Nascitur in montibus in- DIOSC. ter saxa.

Q U A L I T A T E S .

Astringit, & desiccet or- GALL. dinc tertio, & refrigetat se- *simp. mat.* cundo.

V I R T U S .

Foliorum decoctum capil- DIOSC. los denigrat, atq; etiam vtiliter dysentericis infunditur, & potandum propinatur. Insillitur auribus putulentis, folia ex aceto, aut mellè illita gangrenas, & pterygia cohibent. Semen eisdem præbet effectus: cæliacorum dysentericorumq; cibis inspergitur. Fracta, desquamataq; ac sugillata, illitum ex aqua ab inflammatione metur. Linguar asperitates cum mellè abstergit, candida fœminarum profuua sistit, hæmorrhoidas sanat addito quærno carbonè. Gummi quod è tunco profillit, canis dentium indurum dolores finit. Recentium vuarum saccus, & leminis cortex, eadem omnia possunt.

VIBURNUM, Italis, quibusdam Viburno, quibusdam verò Lantana. Gallis, Fierre & Maufrant.

VIBURNUM.

FORMA.

Martb.

Ramis exiit digitali crassitudine, bicubitalibus, folijs ferè vlnceis, crassioribus & incanis, sensim per ambitum ferratis. Flores edit albos, umbellarim coherentes, à quibus acini prodeunt; lentium modo preti, qui primò rubeſcentes; vltimò nigricantes sunt: Virgæ adeo lentè flexilèsq; sunt, vt ad faeces colligandos, petidonez habeantur.

LOCVS.

Idem.

Nascitur in sepibus, fructis, & incultis collibus.

QUALITATES.

Idem.

Folia aspera sunt, & gustu adstringentia, fructus, vbi ad vltimam petuenit maturitatem, aluum exoluit.

VIRES.

Idem.

Foliorum decoctum, ex vino austero paratum, vacillantes dentes confirmat, & gingivarum rheumatismos cohibet, atq; longè magis valebit, si cum oliuz folijs decoquantur in posca: Gargarisatur idem ad Columellæ proidentiam, & ad faucium fluxiones. Acini immaturi in puluerem triti dantur ad alui fluxiones. Paratur radicum corticibus sub terra maceratis, & diutius viscum ad aucupia hand inutile.

CENSURA.

Non desunt, qui plantam hanc Viburnum minimè esse contendunt, sed de-
cipiantur.



COTINVS, Italis, *Sotans*, & *Rofs*. Germanis, *Seß Preßigholz*.

C O T I N V S.



F O R M A.

Planta est fruticosa, folio *Matth.* saq; ramis tenuibus, numerosisq; , cortice rufescente: folijs densis, Terebinthi rotundioribus, ac latioribus, graeolentibusque, materie ad eò flava, vt ad lanificia coloranda maximè insectoribus expetatur. Gerit in ramusculorum cacumine papposam quandam congeriem, colore ex candido rufescente, in qua siliquæ oblongæ hyperici ferè modo proueniunt.

L O C V S.

Prouenit copiosa in Tri- *Matth.* dentino agro, Veronensi, & in alijs non paucis Italiae locis. & præsertim in Apennino monte.

Q U A L I T A T E S.

Vis illi adstringentia insignis, exiccans, cohibensque. *Matth.*

V I R T U S.

Foliorum decoctum in collusionibus adhiberetur auxiliatur, otis, & linguae *Matth.* viceribus, quinetiam columbellæ, & faucium fluxionibus. Valet idem ad genitalium quoq; vicera, si eo sæpe abluantur. Adduntur folia in defensionibus, quæ ad menses cohibendos parantur: Siccorum foliorum ac ramusculorum puluis, ventri prius aceto rosaceo illito admodum, alii fluxiones quasæque compescit. Expetitur tota planta coriarijs, admodum ad suas spissandas pelles.

PALMA Græcis, *schîç* Arabibus, *Machla*, *sive Nabal* Italis, *Palma*. Germanis, *Dattelbaum*. Hispanis, *Palmera*. Gallis, *Palmiers*, *sive Dattiers*.

P A L M A.

G E N E R A.

Theoph.

Mas est & Femina: Vtrâq; fructifera: quin etiam, & humilis palma habetur.

F O R M A.

Matth.

Arbor Palma est procerâ, caudice squamoso ramos in cacumine tantum fundit in orbem adtos cacuminibus ad terram pectantibus: folijs longissimis, duplicatis gladij figura: Flores præfert numerosos, tenuibus quibusdam villis appensos, in magni racemi modum, Crocinis facie similes, sed multò minoribus. Hi antequam emergant magno quodam cælo duntur involucre, quod palmam elatam vocant, quo tandem dehiscente emergunt, & panduntur. Hinc subinde Dactyli prodeunt, qui per Aurumium unâ cum sicibus maturantur, rufo colore, nucleo intus durissimo, oblongo, cancellulatoq;.

L O C U S.

Matth.

Nascuntur præstantiores in India, & Aegypto Cypro, Lybiâq; & in alijs quoq; Europæ regionibus. Sed ibi raro fructus ad maturitatem perducunt.



Q U A L I T A T E S.

Gal. 1.

simp. me.

Est adstrictoriz facultatis omnibus suis partibus, at fructus eius, & maxime dulcis, non paucam obtinet caliditatem.

V I R E S.

DIOSC.

Contra alui feminarumq; profusiva in vino austro bibitur. Hemorrhoides sistit, vulnera illina glutinat. Dactyli dolorem capitis inferant, copiosiores in cibo inebriant. Sicciores sanguinem crescentibus, Romachicis, & dysentericis viles in cibo: Medentur esu faciem asperitati. Nuclei in crudo figili ad albedinem usq; cremari, Spodij vicem suppleant. Vim adstringendi habent: Valentq; contra oculorum vnam, & pustulas: corporis excrescentias cum vino reprimunt, & vlcera ad cicatrices perducunt. Auxiliantur deperati feminis albo vepi profusio: laborantibus, & præsertim si exempto ossè infarciantur Eboris Scobæ, Margaritæ, carollis rubeis, & deinde tamantur à sciunis quotidie tres aut quatuor,

Matth.

PALMA Humilis, Græcis, *Χαμαιπάλη*. Italis, *Palma minore*. Siculis, & Neapolitanis, *Cefegliceni*.

PALMA MINOR.



FORMA.

Crescit sesquicubitali longitudine, folijs ceteris ab-
 similibus, sed brevioribus longè, & angustioribus. Florès
 edit ex obliquo capillacea quadam coma emergentes,
 è quibus bæcæ racematim prodeunt. Pars radici pro-
 pinquior in glòbum extuberans internâ, germen quod-
 dam quod cerebrum vocant numerosis involucris circû-
 septum habet, tenerrimum, sapidum, & ori gratissimum.

L O C U S.

Nascitur in Sicilia, & Cre-
 ta, & alijs quoq; regionibus.

QUALITATES.*

Adstringendi pollutæ fa-
 cultate. Itaque roborant, &
 cohibent.

VIRE S.

Germen quod cerebrum
 vocant estur secundis men-

si pro bellarijs cum pipete, & salis modico, perinde, ac carduus, & cinara:
 Etenim sapidum, & ori gratissimum. Id (vt aliqui aiunt) ad venerem excitandam
 prestare haud parum creditur: folia præstant, ad sportulas, tegetes, &
 capitis vimbracula: Rami verd vna cum folijs ad scopas parandas, pro vertendis
 domibus, sunt enim non solum ad hoc per idoneæ, sed etiam viles, quod non
 conterantur nisi tempore longo. Cætera cum maiori palma communia ha-
 bet. Baccæ suæ adstringenti vi, dantur contra omnes corpõris fluxiones.

* THAMARINDI, vulgo, Indis Pali & Ambill. Græcis Ἰσηφόρα.

F O R M A.

Fructus est pulpa nigra cum ossibus durissimis in massas coacta, sapore acido non ingrato. Eius arbor à varijs autoribus varie describitur. Nempe folio salicis à Serapione, qui fructum rubrum copiosiore carne, quam silique & firmitate, coloreq; ex-luteo in nigrum languescente & pingui succo scatente ipsi tribuit. Garzias inquit arborem esse magnitudine Fraxini aut Nucis, aut Castaneæ, ligno denso non fungoso: ramulam & multis folijs ornata tenuiter incisis magnitudine palmarum: fructum noctu folijs involutum, interdum panis ostendi arcuatum, digito inflexo similem, cute viridi, ante maturitatem, postea cinereo, ubi siccatur, qui facile auelli possit, pulpa viscida & lenta, cuius est vsus abiectis nucleis, qui intus continentur satuorum lupinorum magnitudine, quodammodo rotundi, sed plani, colore surui, sed leues, Fructus vitidis acidus est non sine suavitate. Mihi planta è semine nata est folio coluteæ fere, sed longiore, cuius imaginem hic exhibemus.

T H A M A R I N D I.



L O C U S.

Nascuntur multis Indiarum locis, sed qui locis montosis & ad septentriones obuersis pronentiant, præferuntur, & diutius incorrupti manent.

Q U A L I T A T E S.

Refrigerant & exiccant tertio ordine, aut saltem ipsius initio.

V I R T U S.

Thamarindi infundi solent pondere §. ʒ. in aqua frigida aut stillantibus ubi liquore per tres horas, ut facta expressione exempti insperlig; modico Saccharo propinentur ad purgandos biliosos humores & pituitosos in cæcos & attenuandos. Indi sine molestia se purgant Thamarindis cum oleo Indicæ sumptis. Folia vero Thamarindorum trita partibus corporis empelate infectis imponunt.*

Arabibus, Italis, Siculis, Ciprijs, Mafa.

M V S A .



FORMA.

Planta est vnicaulis quintū *Marrò*.
 senūve cubitorum longitu-
 dine, folio arundineo, quod
 ramen per quam longo lato-
 que ambitu se diffundit, adeo
 ut tricubitali longitudine: la-
 titudine verò sesquicubitali
 ac etiam quandoq; grandio-
 re, * per medium folium co-
 sta perpetua & crassa discer-
 rit, aliquando aculeis quibus-
 dam à tergo armata *, caulis
 squamoso vestitur cortice a-
 rundinum ferè modo. E ver-
 tice germen emergit molle
 cubitali longitudine à quo
 alia ab origine ad summum
 prodeunt germina, è quibus
 fructus quidam oriuntur, cu-
 cumeris mediocris magnitu-
 dine, cortice fici: Substantia:
 pulpæ consistit Melopepo-
 nom modo, nullo intrus nu-
 cleo, aut semine, sapore cum
 quadam insipiditate dulci.

LOCVS.

Nascitur in Syria, *Egypto*, *Idem*.
 Cipro, & Sicilia.

QUALITATES.

Escalfacit in medio primi, & in fine eius humectat.

Scrap.

VIRÆ.

Fructus estur in cibis, sed parum alit. Priuatim prodest thoracis, pulmo-
 nis, & vesicæ ardoribus, aluum emolliit, verùm liberior eius vsus stomacho ad-
 urtasur, quin etiam lectur obstruit: Fortum in vtero alit, affectis renibus opi-
 gularur, vrinam ciet, & Venerem stimulat.

Musa:

Mulsæ imaginem cum fructu iam maturo, hic etiam excudi curamus, ut rei plantariæ studiosis cumulatissimè faciat.



CYCIOPHERA, Græcis, Κυκίφηρα. Italis, Caciopera.

CYCIOPHERA.

F O R M A.



Palmarum tum caudice, tum *Theopb.* folijs, hæc planta refert: ve- *lib. 4. cap.* rum à Palma differt, quod *s. de pla.* hæc simplex individuaq; *al. hijf.* affurgat, illa verò cum aliquatenus adoleuit, scindatur, & bifida fiat: iterumq; horum utriusq; pari modo dividitur, & subinde virgas breves & multas proferat. Nos tan-

tum fructum vidimus. quo fit *Martib.* ut plâz imaginem hic ostendere nequeamus. Fructum *Theopb.* itaq; profert, magnitudine, figura, & succo singularem. Quippe magnitudine, ferè qua manum implet, figura rotundum, colore flauicantem, succo dulcem, & cori gratissimû, non racematim congestum, vt in Palma, sed per singula discretum: nucleo magno vehemèter duro, ex quo anulos detornant, quibus in versicolorib; stragularijs vinculis vtuntur. Materies à Pal-

ta plurimum distat. Altera enim rara corpore, neruosa, & viridis, altera spissa, pavis, carnosaq; & cæsa crispa admodum atq; dura.

L O C U S.

Provenit copiosa apud Persas, & Indos.

Plin.

Q U A L I T A T E S, E T V I R E S.

Fructus non differt admodum à dactylorum facultatibus.

Idem.

MALVS PUNICA, *Græcè Πύρα*. Arabicè, *Cuman*, *Raman*, *sive Roman*. Italicè, *Melagrana*; *sive Pomo granato*. Germanicè, *Granatôpffelbaum*. Hispanis, *Granada*, *sive Romanas*. Gallis, *Pomes de Grenades*, *aut Myrgramis*.

G E N E R A.

MALVS PUNICA.

Matth. Domesticiû alcerum, alretû Sylvestre: Domesticoꝝ tria genera, alia. n. dulcîa sunt, alia acidâ: vinosâ verò nonnulla.

F O R M A.

Idem. Arbor quæ Punica poma profert. minimè procera est, folijs ferè myrti, sed maiori- bus, rubeo inliærente pedicu- lô. Rami illi sunt flexiles, acu- lentiq; Flores puniceî, cala- thi modo patuli, ore stella- tim circumsepto, è quo folia prominent tenuia coccineo colore: agrestis papaveris æ- mula, granuliq; quibusdam ca- pillamētis appensis, vt in Ro- lia: Pomacariaceo vestiuntur calyce, exterius rufo, interius flao: in numeris granis refer- ta, succosis vinosisq; ossiculo intus latente, quæ intercur- santibus flauis, tenuisq; membranis, misco quodâ na- turæ ordine distinguuntur. Ligni materies flaua, cinereo libro vestita.

L O C V S.

Idem. Seruntur in hortis, Vinctis, & vicidatis. Sylvestres sponte nascuntur in collibus, & moti- mis locis & aridis.

DIOSC. Malum Granatum omne adstringentem facultatem obtinet. Acida tam en plus adstringunt, quam vinosâ. Et hæc magis quam dulcia. Acini longè magis adstringunt, et exsiccant, quam st- num. Et his valentius quoq; putamen, & cytini. Vinum autè præter adstrictionem refrigerat, & exiccat.

V I R E S.

Gal. lib. 1. simp. inc. Dulcia stomacho vtiliora, sed febrilentibus obstant. Acida æstuantem stomachum leuant & vitæm cient. Vinosâ mediam fortiantur naturâ. Acidorum nucleî acidi puniceî, insolati, Rob- sonijs in palæstem spatii fluxentem aluum & stomachû siccant. Dantur vtiliter sanguinem ex- puentibus ex celesti aqua. Acidorum succus coquitur cum melle, ad oia, & pudendôrâ vici- ra, Cytini & Balauisti sanguinolenta glutinant: & humida gingiuarû vicia curant, & eorum de- cocto dentes comoti firmantur. Enterocellis quoq; vtiliter illiuntur. Malicorium hæc omnia præstare potest. Radicis decoctum popularas venustissimas pelat. Exprimitur è sylvestribus cytinis succus, qui insolatus, hypocistidis vicem explet, Malicorium ex vino decoctum, et ill- tum peniones sanat.



MALA Punicā, vulgo Mala Granata. Germanis Granatpffel / vel Paris
 Raybakmenpffel.

MALA PUNICÆ.

F O R M A.



Exhibemus hic differenti-
 am Malorum Punicorum tri-
 plicem, non tamen negamus
 inueniri plures posse. Dulces
 continebat acinos & corticis
 colorem magis fuscum quam
 cetera habebat, quod superio-
 rem locū hic obtinet, & quo
 grana possint aspici, dissectū
 quoque pingitur. Postea ma-
 lum Punicum minus adieci-
 mus quod flauo & eleganti ru-
 bore distincto cortice grana
 intus acida tegit. Vltimum lo-
 cum tenet, quod vulgo Mu-
 zum vocatur, & mediū quasi
 consistit inter acida & dulcia,
 quanquam interdum utraq;
 magnitudine superat. Corti-
 cis flauo minus hilaris est,
 saturatius tamen rubet.*

MYRTVS Græcis, *μύρτις*. Arabibus, *Aer*. *Alas* *sive* *At*. Germ. *Weyßkornbäum*. Italia, *Myrta Martiana & Mortella*. Hispanicis, *Marta*, *sive* *Reian*. Galis, *Meurte*.

G E N E R A.

MYRTVS.

Marrb.

Duo Sativum, & Sylvestre: Sativ duplex est genus, candidum, & nigrum: Extant quoq; alia duo genera nempe Exoticum, & Tarentinum.

F O R M A.

Idem.

Sativa facile in arbore adolefcit, at sylvestris magis fruticat. Folijs utraq; sunt oblongis, crassiusculis, firmis, odoratis, in acurum desinentibus: ramis obsequiofis: floribus candidis, numerois, intus capillamentis, eximio odore. Sativæ utrunq; genus baccas fert oblongas, agrestes oleas quadatenus referentes: & multo sylvestribus majores, parvis numeroisq; intus nucleis.

L O C U S.

Idem.

Sativa in hortis, viridarijs, Vineis, & aucupijs feritur, sponre vero nascens Maritimis plurimum provenit locis, & circa amœnorum lacunæ ripas: sed in Hætturia in sylvis quoque collibus virefcit.

Q U A L I T A T E S.

Gal. 7.

Simp. m. r.

Constat ex contrarijs substantijs, vincit tamen in ea frigidum terreum, habet verò & tenue quiddam calidum, unde valenter deficcatur.

V I R E S.

Diosc.

Semen darat sanguinem exuentibus: & in vesicæ erosionibus. Baccarum virtutum stomacho vitæ urinam cit, & prodest potù ad phalangiorum, & scorpionum icthys ex mero. Idem præsumptum crapulam arceat. Præstat idem etiam mē, quo illico fluentes capilli continentur. Foliolorum decoctum ad infestios ubi adstrictione opus sit, plurimum præstat. Foliolorum farina ex vino illita lutos artus sanat, inflammatos icthys, quin & testium inflammationes. Myrtæ condimentum languidos ventriculos roborat, idcirco & cæliaci, & dysentericis vitæ. Frondes, itemq; baccarum semen tritum contra fungorum strangulationē mirificè præstant. Bacce quoquo modo haustæ, aut denotatæ corcoro roborant, & eius tremori mirificè conferunt.

Marrb.

Myr



MYRTUS TARENTINA. Italia. *Mertens Tarentina.*

MYRTUS TARENTINA.



FORMA.

Folio est nostrate longè mi *Mert.*
 note robustioreq; : fructu co-
 piofiore, sed minusculo: & in
 fummitate pluribus apicibus
 coronato. colore ex nigro
 purpurafcente, minutis, cre-
 bris, albicanibusq; in ros of-
 ficulis: floribus nostratis simi-
 libus.

LOCVS.

Prouenit copiosa in Apu- *Idem.*
 lia circa Tarentum. vnde illi
 nomen.

QUALITATES ET
VIRE.

Non differt viribus, quali- *Mert.*
 tatibusq; à nostrate.

F O R M A.

Matth. Folio est nostrati haud ab-
 simili, dilutiore tamen, acumina-
 tiore copiosioreque. & aded
 densò, vreo rami vbiq; stipen-
 tur. Fructum fert oblongum, è
 longoq; pediculo dependen-
 tem, seminibus refertum, flo-
 res albicant, vt in cæteris gene-
 ribus.

L O C U S.

Matth. Seritur in Italia in hortis, &
 viridatijs, tanquam peregrina
 ad topiaria opera contenda.

Q U A L I T A T E S, E T
V I R E S.

Matth. Nō differunt viribus, & qua-
 litatibus à cæteris generibus.
 Folijs siccis vrantur Cortarij
 non solum huius sed omnium
 Myrti generum ad spissanda,
 crispandaq; coria.



MYRTILLVS, Vitis Idea. Græcis *χάμαμυρτίν*. Italis *Myrtillo*. Ananienſibus,
Calam *U*. Germanis *Heidelbeer*.

MYRTILLVS.

FORMA.



Frutex est cubitalis, candida *Marth.*
 et duro, ramis tenuibus, vi-
 tescentibusq̃, folijs myrti mi-
 noribus, robustis, sensimque
 perambitū serratis: flores edit
 tintinnabuli effigie, inter fo-
 lis è petiolis dependentes, co-
 lore sub puniceo, rufo intus
 stamine: è quibus bacce sub-
 nascuntur, Myrti non abſimi-
 les, sed paulò minores, vinoſe
 & austeriusculæ: & summa par-
 te umbilicatæ, cæruleo colo-
 re ad nigrum inclinante.

LOCVS.

Progenit in montibus, & *Marth.*
 syluis.

QUALITATES.

Fructus refrigerat, exſiccatur, *Idem.*
 robotat, terprimit, & cohibet.

VIRVS.

Dantur bacce cùm recen- *Idem.*
 res, tum quoq; sicce deuorandæ dysentericis, & celiaciis. Eduntur quoq; æſta-
 te fragorum vice à pastotibus. Nam austeriusculæ cum sint, & vinoſe, ſiim ex-
 tinguunt, & non ingratus ſunt cibus. Vſurpantur ab infectotibus ad coloranda
 ſamina, cæruleo colore; ac etiam à pictotibus: Germani autem Pharnacopei
 ijs paſſim vtiuntur. Myrti baccarum vice, cùm ijs deſtituantur.

*VITIS IDEARUBIA. nonnullis Rhus minimus Plinij. Germ. *Rot-Haidelbeer*
Steinbeersin; Kronsbeer. Gallis *Aurelles rouges*.

VITIS IDEA RUBRA.

FORMA.

Suffrutex est exiguus, folijs
buxi, interdum leuissime cea
serratis marginibus, flosculis
arbuti candidis, confertis, ex
quibus hęcę rubētes in sum-
mitate ecu corona quadam
denticulatę nascuntur, spore
acide & astringentes, radix
tenuis serpit.

LOCVS.

Amat loca syluosa saxosaq;
& copiose crescit circa abie-
tes atq; piccas.

QUALITATES.

Frigidam & siccam habent
facultatem & simul adstrin-
gendi vim maiorem quam ni-
grimytilli.

VIRE S.

Pulcres efficiuntur craci-
nis aridis, & exhibentur calculosis. Horum quoque in dysenteria vſus est con-
temnendus.*



CERA.

CERASA, sine Cerasia, Græcis, *κεράσια*. Arabibus, *Sargia*. Italis, *Cirege*. Germanis, *Kirschen*. Hispanis, *Cerezas*. Gallis, *Cerises*.

CERASIA.



GENERA.

Diversa cerasorū sunt genera. *Marth.* neta: nā alia dulcia, alia subamata, alia austera, alia acida, alia insipida habentur: quin etiam alia domestica, alia sylvestria.

FORMA.

Arbor folia fert, mespilo *Idem.* latiora, per ambitum serrata: flores albos, racematim prodeuntes, è quibus rubentes oriuntur bacca, è longis pediculis dependentes, & pro-na parte diuise, duro tutus ossiculo, pisi magnitudine, in quo nucleus includitur. Ligni maresies fibrosa, compactaque, cortice leui, & inuolueris pluribus referto.

LOCVS.

Domestica Cerasus in hortis, vineis, & vitarijs feritur. *Marth.* Sylvestris in syluis prouenit, ac etiam in vallibus.

QUALITATES.

Quæ dulcia sunt, magis *Gal. lib. 7.* quæ in intestinis sunt, subdusum. *me.* cunct, sed stomacho minus v-

tilia habentur. Contra verò austera: Quæcunq; verò acida sunt, pituitosis excrementosisque stomachis conueniunt: siquidem austeris magis desiccant, & non nihil etiam incidunt. Sylvestria autem cæteris adstringentiora sunt.

VIRES.

Viridia aluum leniunt, sicca verò cohibent. Gummi quod è trunco emanat, *DIOSC.* communem cum omnibus viscosis, & mordacitate carcentibus medicamentis *Gal. loco* facultatem obtinet, quæ ad arterias exasperatas accommodata est. Proptiè autem citata. calculis vexatos ex vino potum adiuvat. *Idem* cum vino potum veteri tussimodico *DIOSC.* detur, colorem commendat, visum exacuit, & appetentiam incitat.

CHAMÆCERASVS, Græcis, *χαμαίκερας*. Italis, *Ciregia nana*.

CHAMÆCERASTVS.

FORMA.

Matth. Arbuscula est Spitamapau-
lò maior. Bacce, quæ cum au-
steris magnitudine certant,
breui petiolo innituntur, sa-
pore austero, ac adstringenti.

LOCVS.

Matth. Prouenit spontè cùm in
valle Anania in agro Tridenti-
no, tum in Boëmia, & Au-
stria secus itinera, & prope
sepes.

QUALITATES,
ET VIRES.

Matth. Bacce cùm cæteris auste-
riora habeantur, etiam cæte-
ris siciora iure fuerint, ma-
gisque adstringentia.



SILIQUA

SILIQVA, Græcis, *Κυδρία*. Arabibus, *Charumb*. Italis, *Carole*, & *Carobole*. Germanis, *S. Johannis* *Wrodt*. Hispanis, *Alfarbas Carrageas*. Officinis, *Carole*. Gallis, *Caroge*.

SILIQVA.

FORMA.



Arbor, quæ Siliquas proferit, folio viret fraxinoliore, duriore, ac magis circinnaro. Flores discedente hyeme; aut vere iam appetente, fructificat verò Ætate & Autumno, dependentibus siliquis, primum viridibus, & deinde cum siccantur, ex rufo nigricantibus, mansu lignosis, sed dulci pulpa, succoque præditis: Semine Ægyptiæ Siliquæ hand dissimili.

L O C U S.

Nascuntur copiosè in Apulia, Campania, Creta, Syria, Cypro, ac alijs calidioribus regionibus.

Q U A L I T A T E S.

Adstringunt, & exiccant. Gal. li. 7. simp. me.

V I R E S.

Récentes stomacho aduersantur, & aluum soluant. Eadem siccate siliunt, & stomacho que vtiliores sunt. Urinam quoq; eient. Eadem et si omnium consensu adstringunt: compertum est tamen earum decoctum potum mirificè iuuare tuilientes, ob dulcem melleamq; substantiam, quæ ijs inest.

*SILIQVÆ SYLVESTRIS, vel Arbor Iudzæ, alijs Cercis, nonnullis Fabago vel Siliquastrum, item, Cucuuia. Germanis, Wild Johannes krotz, Judes Baum. Gallis, Gaynera. Italis, Carobaria. Hispanis, algarous loco, vel Arbol d' amor.


F O R M A.

Speciosa admodum est arbor, & interdum satis magna fit, nullo germinandi ordine caudex plerunq; non recta attollitur, sed incuruatur & declinat. Folia representantafari figuram, sed multo ampliora sunt, & singula longis petiõlis dependent. Flores promit primo vere purpurascens, ex quibus Siliquæ gignantur late, tubrę, siue potius purpureę, in quibus semen, ut in Ceratijs, sed longè minus.

L O C U S.


Amat loca umbrosa & aspera. Circa Bononiam copiosè nascitur. In Germania ex semine provenit, & in hortis colitur.*

SILIQVÆ SYLVESTRIS.



MALA. Græcis, Μᾶρα. Arabibus, *Tafa*, seu *Tafalta*. Italis, *Mele*, seu *Pomi*. Germanis, *Deppfel*. Hispanis, *Mausanar*. Gallis, *Pomes*.

MALA.



GENERA.

Numerosum sanè est malorum genus, ac magis quàm explicari possit sapore, forma ac mole diuersum. Alia enim austerù, alia acidù, alia dulcè simul, & austerù, quædam dulcè, & manifestè acidum, & nonnulla cum acore acerbum saporem habent.

FORMA.

Malorum arbor unico tantum exit caudice, ramos inde statim in longù, latumq; mittens, crasso satis libro, colore exterius cinereo, & intus flauo: folijs virescit oblongis & tenuiter per ambitum serratis. Flores mittit albos, foliatos, aut ex cãdido sensim purascentes, è quibus poma oriuntur, forma, colore, magnitudine, & sapore varia.

LOCVS.

Domestica in hortis, vineis, & pomarijs habentur. Syluestria verò locis campestribus, tum etiã in syluis, & collibus spontè nascuntur.

QUALITATES.

Adstringentia mala, succum frigidum, terreumq; habent. Acida autem frigidum quidem, sed tenuium parrium. Medice autè temperaturæ sunt dulciora, quæ ad calidius vergunt, quemadmodum omnis qualitatis experientia, inspidiãre, ad frigidius inclinant. Syluestria cæteris adstringentiora habentur.

VIREB.

Cruda in cibis omnia ferè refrigerant ventriculum: quamuis dulciora quæ Astioscopia vocantur minus lædant, & quæ in hyemem & ver asservantur: vbi prius maturuerint. Præstant dulciora ad Melancholicos affectus: quin etiam, ad pleuriticos. Ea enim si cineribus incocta, & Glycyrrhizæ succo, amylo, & Saccharo albißimo conspersa propinentur, tam mane, quàm vesperi, illos quidem mitificè iuant.

COTONEA Mala, Græcè, *Kotoneia*. Arabicè, *Safferyel*. Italicè, *Melo Cera-
gne*. Germanicè, *Känten* sive *Quitten*. Hispan. *Membrillos*. Gall. *Pemes de Cinq*.

GENERA.

DIOSC. Tria *Cotoneorum* nume-
Gal. ratur genera. Palma illis quæ
proprie Mala *Cotonea* nomi-
nantur. Secundo loco *Stru-
thia* vocata, & tertio q̄ me-
dia inter hæc habentur, *Mil-
uiana* seu *notha* appellata.

FORMA.

Matth. Præstantiora, & quæ pri-
mas tenent, pressa sunt, & in
toros ferè diuisa *Melopepo-
num* modo colore ad aurum
inclinato. Lanuginosa, & cæ-
teris odore præstantiora, *Stru-
thia* maiore admodum corpo-
ris mole spectantur, & forma
magis pyra, quàm mala refe-
runt. *Miluiana* autem inter
hæc media, cum facie, tam sa-
pore, odoreq̄, esse videntur.
Arbor cõmuni malo ferè si-
milis est: arqui folia angustio-
ra sunt, læuiora, carnosiora,
robustioraq̄, & à tergo albi-
cãtia, florem ferr album syl-
vestris rose figura.

LOCVS.

Matth. Prouenit sata in hortis, vi-
neis, & viridarijs.

QUALITATES.


Idem. Valenter adstringunt, cohibent, roborantq̄: quin etiam refrigerant orbi-
ne primo, & siccant secundo.

VIRES.

DIOSC. Cocta, rostrave Stomachum inuant, & vitiam ciant. Præsumpta aluum cohi-
Matth. bent, contra verò citant. Profunt cæliacis, dysentericis, & purulenta excre-
tibus, præsertim cruda. Succus crudorum datur vtiliter orthopnoicis. Decocta
foentur vtiliter sedis, & valax procidentia: Illinantur cruda ad cohibendum
aluum, & vomitiones. Vinum ex his expressum hæc omnia quoq̄ præstat po-
test, quin etiam oleum quod ex ipsis conficitur, inunctum. Seminum mucos
illinitur vtiliter omnibus inflammationibus, & linguæ scabritiem leuigat.



* COTONEA Mafora, fivæ Struthia. Græce *ερθιμαδα*, vel *ερθια* Galeno. Germanicè, *Crefse* Quercet.



Huc refer quæ de alijs sunt dicta.*

PERSE-

PERSICA, Græcis, *πικρὴν μήρα, & ἰσδάρα*. Arab. *Sanchfa, Chanch*. Ital. *Pesche*, & *Pesche*. Germ. *Pfirsich*. Hispan. *Pexegos*. Gallis, *Pescher*. Polon. *Broskwa*

G E N E R A.

Mattb.

Persicorum per plura reperuntur genera: Quædam enim rubent, alia auro colore fulgent, alia virefcunt, alia albicant, alia sanguineo succo madent, alia duracina vocantur, & duritiore sint pulpa: & ab ossè non diducantur. Et alia Cotonæa, alia nucipersica, & nucè Juglandiâ faciè præsentent, appellatur. Sunt etiâ quæ pro nucleo amygdali dulcè habeant Persica amygdala appellata.

F O R M A.

Idem.

Persica malus arbor est folijs Amygdalæ per omnia similibus, quemadmodum & floribus, quamvis in persica magis purpurascens spectatur. Ligni materies fragilis, radicesq; imbecilles, nec altè descendentes, unde fit, quòd hæc arbor cito cõsenescat, & cadat.

L O C U S.

Idem.

Habetur ubique copiosa in Italia, sed in Apulia copiosissima provenit.

Q U A L I T A T E S.

Gal. li. 7. sup. me.

Germina, & folia vincetem habent amarâ qualitatè. Alio qui sanè etiâ digerens medicamentum est. Fructus verò eius, nempe esculentum hoc persicum, humidior est, & frigidior temperie.

V I R E S.

DIOSC. Gal. li. de sim. fac. Mattb.

Acerba Persica alium cohibent, sed sicca vehementius. Decoctum è sicca aliis machis; fluxiones sistit. Præni succi sunt, & quæ facillè corrumpuntur. Flores recentes deuorati non solum alium deiciunt, sed vomitiones quoque faciunt. Hydropticorûa quam pellunt, sed non absque egrogantiam incomodo. Lachryma arboris datur ex plâraginis aut portulacæ succo ad sanguinis reiectione: tussientibus verò & anhelosis ex Tussilaginis aqua, & Croci momento: facit quoque ad ræcedinè & arteriæ impedimèta. Datur calculosis cum succo raphani, aut limonû, durum drachmarum pòdere. Recctia folia illinuntur vtiliter ventri ad inrerancorû vomes, ex aceto. Eorundè succus vermiculosis, ac purulètis autibus, vtiliter infundit.

* PERSICA



* PERSICA rubra sive sanguinea. Germ. Rote Pfirsich.

PERSICA RUBRA.



F O R M A.

A reliquis patum discrepant nisi maiora essent & intus saturate rubente & quasi sanguineo sacco turgent. Caro etiam à nucleo non facile abscedit sed firmiter adhærescit.*

K MALA

MALÆ Armeniaca, sine Præcocia. Græcis, *Μάλα ἄρμενιάκη ἢ σφραγκισμένη, ἢ σφραγκισμένη.* Arabibus, *Marmex mex, Misfret, sine Misfret.* Italis, *Armeniache, Baccobe, Mousche, & Griswete.* Germanis, *& Johannis Pffersich.* Hispanis, *Alincogues, Albarbigas, Almarigoques.* Gallis, *Abrles, Carmagnoles, & Chitendeb.*

ARMENIACA MALAMAJORA.

GENERA.

Matth. Plures eorum visuntur species, magnitudine, & sapore quoq; differentes.

FORMA.

Idem. Arbor ratò procera admodum visitur. Folia fert Piti haud abumilia, subrotunda, & per ambitum serrata. Flores albos, cerasi modò, è quibus fructus prodeunt persicorum forma ac ferè magnitudine, aureo colore, sæpe cum purpura misto, os omnia infra se concludunt, utraq; parte turgens, in quo nucleus concluditur, in quibusdam amarus, in quibusdam verò dulcis.

LOCVS.


Idem. Habentur in hortis, vineis, & Viridarijs.

QUALITATES.

Gal. lib. 7. Fructus humidior, frigidissimus. *sup. m.* orque est, utrunque secundo quodammodo excessu.

VIRIS.

Matth. Oleum è nucleis expressum, mirificè valet ad inflammatas hæmorrhoidis inunctum. Valet quoq; ad vicerum tumores, & ad linguæ impedimenta: & porriter ad aurium dolores. Idem potus vnciarum quinque pondere, cum vini Cretici vncia, calculos pellit, & colicos iuuat.



ARMENIACA MINORA, Græcis, Μῆλα ἀρμενιάκων μῆλα. Italis, præsertimq; He-
tulis *Armeniache, Bacche, & Monache minoris*: Infubribus autem, & Venetis
Armeni.

ARMENIACA MINORA.

F O R M A.

Arbór est, mali proceritate, *Matth.*
folijs albe populi, floribus ce-
rai admodum similibus, ac pa-
riter racematim prodeuntibus.
Fructus edit mali Persici
effigie, minores tamen, colo-
re aureo subruticante, & odo-
re incundo.

L O C U S.

Hibentur passim in hortis, *Idem.*
viridarijs, & vineis.

Q U A L I T A T E S,
E T V I R E S.

Non differant suis in facultatibus à maioribus, verùm ta-
men austerioris sunt sapore.



CITRIA MALA, siue medica mala, Græcis, *Μελιτζανόμυρα*, & *εξελύπητα*. Italis, *Cedri*, & *Citrii*. Germ. *Citron*. Deyffel sine Jûden *Deyffel*. Hisp. *Cidras*. Gal. *Citrus*.

CITRIA MALA, SIUE MALA MEDICA.

G E N E R A.

Matth. Maiora, & minora.

F O R M A.

Idem. Proveniunt maiora melo-peponis magnitudine. Minora verò paulò limonibus grandiora: & gustu suaviora. Planta quæ perpetuo pomifera est, aurantiorum ac limonum arbores magnitudine æquat. Folijs viridit perpetuis, aurantiorum similibus, ubiq; ve luci acu tenuissima perforatis, foraminibus, vilum effugientibus. Flores edit ex albo patipitantes: solidos, calathi figura è quibus poma proveniunt, oblonga, rugoso cortice, flavo, ac leuans odorem spirante. Acidam includunt medullam, succo plenam, in qua semen reconditur hordei figura, sed quadantenus crassius: duro obductum cortice, amaro sapore. Arbor nunquam sine fructu visitur.

L O C V S.

Idem. Natale solam ipsi est calidis in Regionibus, maritimo præsertim tradu, & ex ea amonios lacus, & si etiam ferantur in hortis, & vidualijs.

Q U A L I T A T E S.

Gal. lib. 7. simp. ut. Succus viscentem habet qualitatè acrisum, & siccam, vriphe, tertij sit ordinis exiccantium, refrigerantiumq;. Cortex autem exiccat, & non parum habet acrimoniæ, & prouide desiccet secundo exiccat, non tamen frigidus est, sed aut temperatus, aut paulò infra. Porro caro pittoerasti siccis est, & pirituosa frigidatq;. Semen amarum est, & digerendi videlicet, siccantib; facultatem obtinet secundo quodammodo ordine à temperatis recedens. Folia verò & digerunt & exiccant.

V I R E S.

Matth. Semen in vino porum venenis resistit, peculiariter autem Scorpionum iustibus aduersum, alium mouetorij suauiterem communem dar. Succus grauidarum malicis succurrit. Pomum veltijs impostum, sineas ubiq; Idem tonum venenis aduersum, & succurrit pestilentibus febribus afflicta. Cortex Lecharo, aut melle conditus, ventriculorum, & cor corroborat. Succus siccum: exprimit bilem, & pelis contagia arcer, & sium sciat.



MALA Limonia, Italis, Limoni. Gallis, Limons. Germ. Zitronen.

LIMONIA MALA.



G E N E R A.

Maiora: & minora: que et. *Math.*
iam facci bonitate differunt,
& corticis crassitudine. Nam
que grandiora sunt, & succo,
& cortice, carneq; longè sunt
præstantiora.

F O R M A.

Planta perpetua frondevi- *Idem.*
ret, quemadmodù & Citrus,
folijs etiam similibus, sed pau-
lò angustioribus. Flores fert
albos, & odoratos, à quibus
poma oriuntur oblòga, citri
faciem referentia, atq; etiam
colore magis diluto. Eadè om-
nib⁹ ferè gèribus nota sunt,
magis quàm describi debeant.

L O C U S.

Seruntur tanquam peregrini- *Idem.*
na in hortis, & viridarijs, &
quanquam mangonio cultor-
um in frigidis regionibus vi-
uant, quod hyeme in concu-
mesatis cellarijs recòdantur,
earum tamè proventus non
est nisi in locis calidis, & præ-
fertim maritimis, & circa la-

tuamissimos. Ideoq; in Apulia, Calabria, & alijs Regni Neapolitani regio-
ibus copiosa limonia proueniunt.

Q U A L I T A T E S.

Istem qualitatibus prædita sunt, quibus & Citria mala.

Idem.

V I R E S.

Sirupus qui è limonù succo paratur, extinguit non solum bilis feruorem, sed *Idem.*
quoq; ad sium extinguendam, & ad pestilentes febres conducit. Aqua distilla-
tè limonum acido pulpa: expetitur mulieribus ad faciei nitore conciliandum,
quia etiam ad vitiligines, & corporis, cutisq; infectiones delendas, nam & va-
cus delet, & scaros quoq; incrimat. Sirupis admista, datur vtiliter acutè, aut cò-
njugè febrientibus. Eadem lumbicos necat. Immaturo limonis succus, sescun-
cè pondere cum vino potus calculos renum pellit.

AVRANTIA mala, Italis, *Aranci*. Germ. *Pomeranz*. Gallis, *Pomme d'Orange*.

AVRANTIA MALA.

G E N E R A.

Math. Sunt quæ dulcior: quæ acior: & quæ inter hæc media habentur, ut de punicis quoque diximus.

F O R M A.

Idem. Arbor est citro similis, & perinde ac illa perpetua comaricet, folijs lauro latifoliz proximis ac suaviter odoratis, crassis, leuibusq; , & in acutum desinentibus. Ramos habet flexiles, ac obsequiosos; ropiarijs operibus haud inidoneos, aculeis firmis, acutisq; refertos. Cortice ex viridi subalbicante: flores albos odore per quam præstanti, è quibus suavis admodum distillatur aqua. Pomis fert rotunda, aureo colore; odoratq; . Cortice crassiore, pulpa, & succo referta, in qua semen citri simile.

L O C Y S.

Idem. Scribitur in viridarijs, & hortis: Maritimis præsertim tractibus: Abundant ijs Campania, Apulia, Calabria, & aliz Regni Neapolitanæ regiones, quin etiam Liguria & Benaci Lacus viridaria.

Q U A E I T A T E S.

Idem. Refrigerant & exsicant, quæ scilicet acida, & vinosa sunt: dulciora verò caloris non sunt expertia. Cortex omnium calidus est.

V I R E S.

Idem. Aqua è floribus distillata, præter quam quod præstâtissima habetur ad odoramenta: præstare quoq; pota sexviciarum pondere ad sudorem eiciendum: quare datur vtiliter cõtra febres pestilentiales, in quibus exanthemata spectantur in cute. Cor corroborat, & spiritus vivificat. Cortex saccharo conditus ventriculum roborat, & flatu pellit. Omnium succus siccim extringuit & febrientes iunus, præter dulcium aurantiorum. Nam is febrientibus non adeò salubris est, nec siccim sedat.

P O M A



Poma Adami. Italis, *Lemir* & *Pomi d' Adama*. Germ. *Adams Daffel*.

POMA ADAMI.



FORMA.

Arbor quæ hæc dicitur poma, *Metib.* folio est Limonis Arboris maiore, patentioreq; ramis etiam similibus: floribus Citrei mali æmulis, fructu Aurantijs duplo, triplove maiore rotundæ: Cortice haud crasso, pallido, crispo, & inæquali fixuris quibusdam apparentibus, perinde ac dentibus demorso, succosa, acidæq; madet pulpa, sapore limonum haud lègè absimili, insipidiore tamen, in qua semina latitant citrei mali, aut limonis æmula. Hæc poma, quidam putant limonia esse scemini generis.

LOCVS.

Scruntur cum Citrijs, li- *Idem.* monijs, aurantijsq; malis, & *Idem.* ijsdem, vt illa proueniunt locis.

QUALITATES.

Refrigerant, exiccant, & adstringunt.

Idem.

VIRIS.

Prestat totum succus ad ea omnia ad quæ limonia prestare diximus: minore *Idem.* tamen efficacia: Peculiariter autem valent poma ad scabiem, si per medium scia: & tenuissimo sulfuris pulnere aspersa, & deinde feruentibus cineribus calcata, scabiosis corporis partibus infricentur.

PYRA, Græcis, *Δαΐδα*, Atabibus, *Humechte Cirmette*, *fiat Kemetry*. Italis, *Pera*. Germanis, *Pyren*. Hispanis, *Pera*. Gallis, *Peyres*.

P Y R A.

G E N E R A.

Marsh. Multa ac varis pyrorum numerantur genera, odore, sapore, colore, forma: ac prominentu differentia. Quin etiam & Sylvestria quoque; copiosa visuntur.

F O R M A.

Marsh. Varia est quoque; pyrorum facies: quod cum omnibus notum sit quemadmodum & plura: nec huius nec illorum formam describere libuit.

L O C U S.


Prouocant ubique in collibus, agris, vineis, hortis, & viridarijs. Sylvestria vero locis incultis, & in syluis.

Q U A L I T A T E S.

Gal. lib. 5. Vim habet exsiccandi: ac etiam adstringendi: Atqui *simp. med.* Sylvestria longe magis adstringunt. Huc quoque; referri possunt quæ de malis & punicis dicta sunt: namque; sapor vires palam facit.

V I R E S.

Diosc. Pyra adduntur vtiliter in repellentibus cataplasmatibus. Decoctionum siccorum, & cruda ipsa aluum adstringunt, jejunos esitantes dunt. Recentia cocta esu stomacho grata sunt: Sylvestria præstant dysentericis, celiacis, & sanguinem excrementibus. Ligni arboris cinis datur vtiliter potandus, contra fungorum strangulationem: ad quod etiam vter pyrorum sylvestrium succus potui datus: Quin etiam si ipsa cum suogis coquantur, eos innoxios reddunt.



MESPILVS prima, Græcis, *μειλίω*, ἢ *μειλίαι*, Ἀραβίαι. Arabibus, *Zarar*, *Zarar*, & *al-zar*. Italis, *Acorns*. Hispanis, *pariter Acorns*.

MESPILVS PRIMA.



GENERA.

Duum Mespilus est generū Diosc. folijs, & fructu diversum.

FORMA.

Primum genus arbor est Martb. spinosa, mediocris proceritate, & materia Pyro haud absimili, folijs laciniatis Apij æmulis, aut Oxianthæ, floribus albicantibus, racematim coherētibus. Fructus illi sunt Sorborū crassitudine, rubentes, vulgaribus mespilis æquales, sed arctiore umbilico, tribus intus ossiculis.

LOCVS.

Copiosa Neapoli, vbiq; in *Idem*. viridarijs, & vineis.

QUALITATES.

Fructus acerbus est ante- *Gal. li. 7.* quam maturascit, refrigerat, *simp. me.*

micat, & adstringit, quæ etiam qualitas in germinibus & folijs viget.

VIREB.

Ventris fluxiones cohibent fructus, & multò fortius quàm sorba. Siftit fau- *Gal.* cum guttaris quæ fluxiones, vbi eorum decocto os collatur. Dantur vtiliter in *Diosc.* mulierum gravidarum malacia. Condiuntur cum zucchero, & asservantur ad *Martb.* annis septuaginta.

MESPILUS vulgaris, Græcis, *πέρισμα*, ἢ *μαυράδα*. Arabibus, *Zarar Zarar*, & *Al-zarar*. Italis, *Neselo*. Germanis, *Nespe*. Hispanis, *Nesfer*. Gallis, *Neslier*.

MESPILUS VULGARIS.

FORMA.

Matth. Folijs est mali, sed minoribus: flores ferr. albicantes, Cortex mali æmulos: fructū rotundū latiore umbilico, quinque acutis processibus coronato.

LOCVS.

Habetur in vineis, hortis, & sepibus.

QUALITATES.

Gal. li. 7. Fructus acerbi admodū sunt, *simp. mc.* & strenuè coercentes, multo *Cr. de s.* fortius quàm sorba, *lin. fac.*

VIRI.

Diosc. Adstringunt vehementer, alium fluentem cohibent.

Matth. Sicca folia in pulverem aspersa, recentia vulnera glutinant, & sanguinis profusum siliunt. Dantur vituliter sanguinem reijicientibus.

Mespilorum ossicula in pulverem contrita, renum calculos valenter pellunt, ubi cochlearis mensura ex viao, in quo vulgaris Petrofilini radices decoctæ fuerint, ebibantur.



LXXX

Lotus, Græcis, Λοτός. Arabibus, Sedar, sine Alfadar. Italis, Bagolero sine Perlato. Germanis, Zingelbaum. Hispanis, Aduez. Gallis, Alyfer.

LOTUS, SIVE CELTIS.

FORMA.



Lotus arbor est vastæ magnitudinis, incisuras foliorum habet, perinde ac Ilicis. Baccas fert Cerasi minores, p maturitatem nigrescentes, & longo pediculo nitentes cerasorum modo: nulli cortex iucundior, aut oculos excipiēs blandius: nulli rami longiores, validioresque, aut plures, ut distisse totidem arbores liceat.

DIOSC.
Therop.
Flu.

LOCVS.

Montes & valles amat, & pflu, expetitur domibus, ramorum perulantiâ.

QUALITATES.

Non ita multo adstrictoriæ Gal. li. 7. facultatis est particeps, sed & sump. me. tenuium est partium, & excitatoria.

VIRES.

Baccarum siccant, rampentorum ligni decoctum, siue potum, siue Clysm. DIOSC. ut insulam dysentericis, ac fœminis vterinis fluxibus laborantibus auxiliatur. Refræcapillos, & defluentes cohibet, & citam aluum cohibet.

CENSURA.

Sunt qui contendant Athenæo Zyzyphum nostratæm lotum designare, sed decipiuntur, & hallucinantur.

PSEUDOLOTUS, Italis, *Leso beylarde*.

PSEUDOLOTUS.

FORMA.

Matth. Arbor est protera, folijs latis, oblongisque, firmis, ac neruosis, fructu Sebestenorum effigie, sed longè minore, colore per maturitatè cæruleo, plumbis iutus ossiculis, sapore non ingrato.

LOCVS.

Idem. Italix peregrina hæc arbor est, & raris in vitidarijs habetur.

QUALITATES.

Idem. Eadem ferè illi qualitates sunt, quæ legitimæ loco tribuuntur.

VIRES.

Idem. Vires quoque eadem illi sunt, si rerum experimentatoribus credimus.



CENSURA.

Non rectè sentiunt, qui Pseudolotum hanc Guaiaci plantam esse putant.

LOTYS Africana altera, Italis, *Leguo santo. sed falso.*

LOTYS AFRICANA ALTERA, SIVE
LOTI AFRICANÆ SPECIES.



F O R M A.

Arbor est procera, folijs al- *Marth.*
terius loti latioribus, baccis ro-
rundis, acuminato tamen ca-
cumine, colore caeruleo subni-
gricante. Hæ pediculis carent,
calyculis tamen ima parte ob-
ductis, perinde ac glandes, &
Mina, arboris ramis, & fircu-
lis seriatim coherent.

L O C U S.

Habeentur arbores multis in *Idem.*
locis in Italia, è longinquis ta-
men regionibus allataz.

Q U A L I T A T E S,
E T V I R E S.

Sunt qui velint arborem *Idem.*
hanc eisdem cum loto pollere
viribus. Id quod nos quoque
putamus.

C E N S U R A.

Aberrant, qui hanc loti spe- *Idem.*
ciem, Guaiaci esse Plantam
contendant.

C O R N U S.

CORNUS, Græcis, *Κραία*. Italis, *Corniola*: Fructus *Cornole*, & *Cornie*. Germanis *Arbor*, *Cornelbaum*, *Karberbaum*, siue *Dierlein*: Fructus, *Welsch Kirsch*. Hispanis, *fructus Cornicales*. Gallis, *Cornier*, *Fructus* verò *Cornelle*.

G E N E R A.

Theopb. · Duum est generum. Quædam enim mascula est, quædam verò femina.

F O R M A.

Theopb. · Masculæ folia habet Amygdalæ (re autem vera virgæ sanguineæ vocatæ, haud dissimilia) Corticem nervosum, & tenuem, candidam nō nimis crassum. Cæterū femina virgas parvas americanæ salicis modo è latere profert, & fruticosior est. Nodos ambæ perinde ac Amerina, tum geminatos, tum inuicem cōgruos habēt. Masi materies excors, totaque solida. Femina verò medullam continet, & mollior est. Flos oleæ, baccæ oliuis similes, oblongæ, rufo colore, & singulari pedicolo, plures, ossiculū intras habēt oblongū oliuæ modo, in quo nucle⁹ sapore dulci, odoratuq; grat⁹. Ambæ fructū ferūt, sed feminaq; vix gustabilē esse dicūt.

L O C U S.

Matth. · Nasçitur in syluis, in collibus, & dumetis.

Q U A L I T A T E S.

Gal. li. 6. · Fructus admodum acerbus est, ideo valenter adstringit, folia quoque & gemina acerba sunt, valenterque deficiant.

V I R E S.

Diosc. · Baccæ in cibo adstringunt, ideoq; albe profluvio feminarum atque dysenterie salutare, sanies quæ vireotia torrendo resudarunt, impetigini convenienter illiniuntur: folia maxima vulnera gloriant in duris hominum corporibus. Ligni materies, quod durissima sit, & admodum robusta, expetit, pistinnarijs fabricis, ad patandum rotarum dentes: aduersarar lignum à cane rabido demorsis, nam huius tantum contractu in rabiem aguntur.



VIRGA sanguinea, Italis, *Sanguineo*, & *Sanguinella*. Germanis, *Hartheigel*.

VIRGA SANGVINEA.

FORMA.

Arbor est fruticosa, virgis *Morb.* corno tenuioribus, robustis, ac genicularis, co ruice sanguinis modo tufefcente, folijs firmis, nervosis, cornoque proximis, brevioribus tamen, ac latioribus: Floret vere, umbellis subalbicantibus, è quibus baccæ oriuntur orobi magnitudine, primû virides, & per maturitatem nigricantes, racemosaque, è quibus oleum exprimitur ruficis, ad lacernarum usum.

L O C U S.

Nascitur in sepibus & frutetis. *Idem.*

QUALITATES
ET VIRES.

Baccæ, amaro, acerbæ, adstringenti que gustu sunt, itaque abstergunt, roborant, cohibent, ac repellunt. *Idem* quoque præstat oleum, quod ex eis elicitur.

SORBA,



SORBA, Græcis βόα. Italis, Sorba. Germanis, *Sperberling* / *Sperberpfel* / sine *Sperber*. Hispanis, *Sorbas*. Gallis, *Sorbes*, & *Cermet*. Boëmis, & *Serbijs*.

SORBA.

G E N E R A.

Matth. Duo Sorbi domesticæ arboris genera, alterū quidem mas, alterū femina: quæ pomorum diuersitate noscuntur. Duo item quoque syluestrium, quorum alterum Torminale vocatur,

FORMA DOMESTICÆ.

Matth. Vtraque caudice exit recto ac longo, ramis in altum assurgentibus: folijs fraxini, sed angustioribus, auersâ parte albicantibus, & per ambitum serratis: flores profert albos racematum prodeuntes, è quibus fructus pariter racemosi, in altera quidem orbiculari, & succo odoratiore, ac mitiore, in altera verò ouati pyri faciem referentes, & gustui asperiores, insuauioresq; , & minus olentes, colore pallido, in latere rufescente. Hic mas, ille femina esse creditur. Ligni materies durissima & compacta. Fructus straminibus impositi aut suspensi, maturantur.



L O C U S.

Idem. Habentur ferè vbique locorum in Campis, Vincis, & Vicinarijs;

Q U A L I T A T E S.

Gal. li. 1. Adstringunt vt Mespila, sed imbecilliore effectu.

sup. me.

D I O S C.

Sorba deuorata aluum sistunt, & præsertim sicca anteaquam matureferent. Id quod præstat earum farina, si polentæ loco sumatur. Quod & decoctum eorum in potu præstat. Datur vtiliter farina delingenda dytentericis, colicis, & sanguinem reiicientibus, ac etiam feminis vtetinis fluxibus opportunis.

Matth.

SORBUS Sylvestris, vel *Aucupalis*, Italis, *Sorbo selvatico*. Ananienſibus, *Ternale*. Germanis *Eberſchum* / *Bogelbeer*.

SORBUS SYLVESTRIS.



FORMA.

Folia, & ferè vniuerſa planta *Martb.*
huiusce facies, à domesti-
ca parum differunt. Fructus
verdè aliter ſe habet. Ex mu-
ſcarijs enim, ſambuci modo
dependet, ſed baccis quadru-
plo maioribus, colore aureo
ſubefefcente, ſapore acerbo
adſtringentiq̃.

LOCVS.

Prouenit ſyluoſis, ac frigi- *Idem.*
dis locis inter cæcetas agre-
ſtes plantas.

QUALITATES ET VIRES.

Baccæ adſtringunt, ſiccant, *Idem.*
& repellunt. Aſſeruantur
hyeme ad aucupia, quòd ruri-
dis gratiſſimæ ſint. Arboris
virgæ quod ſolida, robuſti-
que ſint macetie, expetuntur
à ruſticis pro ſtimulis boum
parandis.

SORBUS Terminalis, Italis, Sorbo Terminalis, & Sorbo Salvatico. Germanis, Wilder Sperrbaum. Boemis, Fuschkrusse. Fructus, Elsbet.

SORBUS TERMINALIS.

FORMA.

Plin.
Matth.

Folio exvirgineo, Platani modo, levi, haud infirmo, baccis racematim coherentibus, asperiusculis, & oblongis, coronato umbilico, colore ferrugineo: Sapore ante maturitatem perfectam acido, & austero, postea non ininundo.

LOCVS.

Matth.

Nascitur in sylvis, cum ceteris sylvestribus.

QUALITATES.

Matth.

Baccæ adstringunt, non tamen adeo valenter, ut domesticæ.

VIRES.

Matth.
Plin.

Possunt eadem omnia quæ domestica: sed inefficaciora habentur: Adstringunt enim aluum, & dysentericorum torminibus utilis sunt, vnde illi nomen.



CENSURA.

Matth.

Decipiuntur profectò, qui hanc Terminalis Sorbi plantam Cratogeom esse censent, seiplosq; accusant, negligenter legisse Plinium.

ΡΡΥΝΤΙ, Γερόν, Κοκκιμυλά, & Κοκκιμυλάα. Pruna verò Κοκκιμυλά. Arabibus *Asor*, *Asor*, *sive Agias*. Italis, *Pruno salsus*, *Fructus Salsus*, & *Salsus*. Germanis *Pfäumen* / & *Arlschten*. Hispanis, *Prunas*, *Andrinas*, *Ciraclas*, *Amezas*. Gallis, *Arbor Prunice*, *fructus Prunice*.

P R V N V S.



G E N E R A.

Prunorum genera, varia, Matth. & multiplicia sunt facie, magnitudine, colore, & sapore differentia.

F O R M A.

Arbor est procer, radici. *Idem*. bus haud altè descendenti- bus, paucisq;, caudice sub- recto, cortice scabro, multis ramis brachiato, folijs laris oblongisq;, per ambitum ser- ratis: fl oribus candidis, folia- tis, racematim prodeuntib⁹. Fructu carnoso, tenui vesti- tus cuticula, ossiculo intus oblongo, in quo nucleolus.

L O C V S.

In vineis, hortis, & virida- *Idem*. rijs habetur.

Q U A L I T A T E S.

Folia refrigerant, exiccant, *DIOsc.* adstringunt, prohibent. Fru- *Gal.*

Asu verò alium subducunt, idq; recentes magisque sicc.

V I R E S.

Folia Pruni in vino decocta, collutione, & gargarizatu, Columellam, gin- *DIOsc.* gius, tonillisque fluxione laborantes reprimunt. Arboris gummi aggluti- nar, & ex vino potum, calculos rampic. Idem ex aceto illitum infantium li- cheas sanat. Recentia pruna deurgata stomacho inutilia sunt.

* Pruna cerea præcocia, Germanis, *Spilling* / & Serotina, *Sipparten*.

P R U N A C E R E A.

F O R M A.

Præcocia parum differunt à reliquis prunis sed tamen toto habitu inelegantiora videntur, cortex stipitis scabrior, folijs acuminatioribus vestiti rami, oblongioribusque, Fructus verò cerei plerunq; copiosiore sortu arbores onerât, præcociores sunt reliquis prunis & pulpa minus lapida constant. Serotina minora sunt, colore quoque cereola, sub finem octobris colligantur, subdulcia, modice astringunt, plura, quinq; serè, eua à botro dependent.


L O C U S.

Hortis vineisq; hæ quoq; arbores familiarissimæ sunt.

F A C U L T A T E S.

Præcocia alium subducunt ut alia pruna dulcia, sed cavendum à nimio ipsorum usu, nam ventriculum grauant & putredini obnoxia sibi similes humores gignunt, ideoq; multis alui profluvium nec non dysenteriam conciliant.

Serotina verò saluberrima vulgo putantur & visceribus, imprimis pulmonum vilia. Siccata & cocta addito saccharo placent.*



PRUNUS Sylvestris, Græcis, *Κακίανθος* & *ἀγία*. Fructus, Italis, *Prugnole Salvaicæ*. Germanis, *Echthendorn*, *arbor*, *Fructus*, *Echtem*. Boemis, *Trnfi*.

PRUNUS SYLVESTRIS.



FORMA.

Humilis est arbuscula, fru- *Marb.*
 ticosa, & vbiq; aculeata, folio
 satius Pruni longè angustio-
 re, duriore, asperiorèque, flo-
 ribus albis, ac numerosis. Bac-
 cis vix Acinis æqualibus co-
 lore in purpura nigricante.
 Viridi intus pulpa, austero,
 adstringente admodum gu-
 stu. In quibus os includitur
 cerasorum simile.

LOCVS.

Nascitur in dumetis, sepi- *idem.*
 bus, & Syluis.

QUALITATES.

Tota planta exiccantis, ad- *Idem.*
 stringentisq; est facultatis,
 quemadmodum & bacca.

VIRE S.

Baccæ Cæliacis, & dysen- *Idem.*
 tericis vtiliter denorantur.

Eædem cum arbusculæ radi-
 cibus, ex aqua vel austero vino decoctæ, sanant oris, linguæ, gingivarum, Co-
 lonicæ, & faucium vlcera, & fluxiones tum collatione, tum gargarizata,
 quæ non parum recreantur hoc medicamento, qui hydrargyro peruncti
 oris vlceribus, & fluxione laborant, & præsertim addito Lycio, salamine, &
 Rhodomelle. Idem decoctum in desensionibus auxiliatur feminis vteri pro-
 fusio obnoxijis. Aqua è floribus distillata, interficit hæusta intestinorum ver-
 mes, aculorumq; fluxiones cohibet.

SEBESTENA, Græcis, Μίσση, μίσση, & μίσσηρα. Arabibus, *Sebesten Morheica*, *Makrita*, & *Makrita*. Italis, *Sebesteni*. Gallis, *Sebeste*.

SEBESTENA.

FORMA.

Marb.

Arbor est Sebestenus Ptu-
nonon admodum dissimilis,
folijs comatur pruni rotun-
dioribus, ac firmioribus. Flo-
ribus albicantibus, racema-
tim prodeuntibus, è quibus
Baccæ oriuntur, prunis par-
uis similes, calyculo quodam
ut glandes ima parte colliga-
tæ, osse intus triquetro, in
quo nucleus. Si maturitatem
adepti in strem vitescunt,
gustû prædulci, ac lenta, te-
naciq; pulpa, ex qua Syri, &
Ægyptij viscum ad aucupia
parant.

• LOCVS.

Idem.

Proueniunt in Syria, & Æ-
gypto, vnde ad nos confe-
runtur.

QUALITATES.

Idem.

Emolliant, sitim sedant, &
aluum citant.



V I R E S.

Idem.

Baccæ à cortice purgatæ, linguæ asperitatem mirificè leniunt, & dantur
utiliter ex flava bile febricitantibus. Pectori opitulantar, quo fit ut tussien-
bus, & lateris dolore affectis opem ferant. Ventris tinea pellunt, vrinæ-
doribus succurrunt. Baccæ triginta, aut quadraginta ex iure carniùm mac-
ratæ, denoratæq; aluum commodissimè citant, sed pinguiorès, crassiorèsq;
eligendæ sunt.

ZIZYPHA, Græcis Ζίζυφα. Arabibus, *Hann* *Zafalzel*, *sive* *Hanab*. Officinis Indæ. Italis, *Giaggiolo*. Germanis, *Nor* *Druffboerle*. Hispanis, *Azufseifa*. Gallicis, *Isidre*. Boemis, *Isidra*.

ZIZYPHA.



F O R M A.

Arbor est Zizyphus Prunæ *Matth.* humilior, caudice contorto, cortice scabro, viti viti-
niferae haud abfimili, mater-
rie Oxalacanthæ proxima, ra-
dicibus firmis, ramis vbiq̃ue
spinosis, è quibus quidã pro-
cessus exeunt iunci modo
lenti, tenuesq; sparti modo,
spithama longiores, è qui-
bus vtrinque per intervalla
folia exeunt, impari tamen
exortu, oblonga, nō magna,
firma, vt in Clematide pri-
ma, & sensim per ambitum
ferrata. Flores edic pallidos,
& baccas Olivarū instar pri-
mum virides, subinde palle-
scentes, & per maturitatem
rubentes, in quibus os con-
cluditur olivæ simili pulpa
dulci, & gustui non ingrata.

L O C U S.

Seruntur in hortis, & viti *Leon.*
danjs.

Q U A L I T A T E S.

In humiditate, & caliditate temperata sunt.

Matth.

V I R E S.

Eriguum præbent alimentum, difficile concoquantur, & stomacho inuti-
lia sunt. Conferunt pectoris, pulmonis, & lateris morbis, à caliditate generis. *Gal.* 1.
Medentur quoq; cum maxime renum, tum etiam vesicæ affectibus. *de alim.* *facul.*

ARBUTVS, sine Vnedo, Græcis *ἀρβυτὸν*. Arabibus, *Hatiledib*. Italis, *Akara*, Hispanis, *Madrenbo*, & *Madrometbro*. Gallis, *Arbutier*.

FORMA.

ARBUTVS.

Martb.

Folia profert laurinīs similia, breuiora tamen paulò, erassioraq̃, colore ex viridi palleſcente, & in ambitu serrata, rubra per medium excurrente costa. Caudex cortice veſtitur ſubtubro, haud crasso, aspero tamen, & squamoso, à quo rami prodeunt rubentiores. floret menſibus, Iulio, & Augusto, Floribus cædidis, paruis, Liliij conuallij haud longè diſſimilibus, racematim dependentibus, è quibus fructus gignuntur rotundi, Sorborum ferè magnitudine, qui primo exortu virent, deinde flauescunt, & per maturitatem rubent, aspero tactu, nullo intrus osticulo, fragorum modo, quorum etiam effigiem referunt. ſapor his inſipidus, ſimul & auſterus, & vbi eduntur, linguam, & palatum ſtimulant, acetosa quadam ſubſtantia, quæ exterius conteguntur, integro anno matureſcunt.



LOCVS.

Martb.

Nascitur in collibus, & syluosis vallibus.

QUALITATES.

Gal. 7.

ſimp. me.

Arbor acerba vnà cum fructu eſt, qualitate: at fructus ſtomacho inſenſis eſt, & capiri dolorem inferit. Adſtringit, roborat, & inſpiſſat.

DIOſC.

VIREſ.

Martb.

Arboris folia expetuntur Coriarij ad ſpiſſanda coria: Non deſunt, quiſiſiorum ſtillicidia aqua vrantur aduerſus peſtem, eam in principio dantes cum puluere offis ceruini cordis, magno (vt ipſi dicunt) auxilio. In ſumma vbiſiſtingere, & roborare opus eſt, Arbutus eximit præſtat.

AMYGDALA, vel Amygdalus arbor, Fructus, Amygdala vel Amygdalum, Grecis, *Amýgdalē* & *Amýgdalos* ἡ δένδρον, *Amýgdala*, vel *Amýgdalē*, vel *Amýgdala*, ἡ ἄρbor, Arabibus, *laux haur*, *fiar laux*. Italis, *Mandorle*. Germanis, *arbor Mandelbaum* Fructus, *Mandelkern*. Hispanis, *almendras*. Gallis, *Amande*.

AMYGDALAE.



GENERA.

Aliz dulces, aliz amaræ, a. *Matth.* aliz maiores, aliz minores.

FORMA.

Arbor est vtraque spectata *Matth.* pericitatis, caudice crasso, cortice aspero, radicem habet vt plurimum vnicam robustam, grandem, aliq̄ descendente m. Folia Persico per omnia similia, ac etiā flores, nisi diluiores esset colore. Nucs edit cordia figura, quæ antea quam obdurescant, integræ cum putamine comeduntur; duplici conteguntur putamine, quemadmodum iuglandes.

LOCVS.

Tractu gaudent calidiorē, *Idem.* quo sit, vt in Apulia, & Sicilia copiosissimè proueniant.

QUALITATES.

Dulces nihil prorsus adstringit. *Gal. li. 6.* Storix facultatis habent, sola *simp. me.* enim extenuandi, atq̄ abstergendi facultate polleat, & moderatè calidæ sunt. *ab. fac.* Amaræ omninò extenuandi, & calefaciendi, & abstergendi facultatem possident. Gummi exalfacit, & adstringit.

V I R E S.

Amaræ illius vitia curis in facie corriguat. Eadem fronti admortæ, aut temporibus cum *Diosc.* roseo, sat rosæto, capitis dolorem mulcent. Illi iunguntur ad vlcera putrescentia, serpentis æne, & cum melle ad canum etiam morsus. Desorare venariculi dolores sanant, album emolliat, sanum facit, & vrisam eicit; dantur ad renam morbos, & ad pulmonum affectus, & nephra cerebriothina. Præstant ad colic inflationes, & præcipuè oleum ex ijs expressum. Quis septenis ve præsumptis, ebrietatem non sentiant potatores. A vulpibus desorare eas interdicant, quis etiam & galliosa. Gummi datur vtiliter sanguinem resistentibus. Impetiginæ ex acro illitum tollit, tussi venustæ cum diluto vino porum medetur, calculosis verò cum passio. Dulces impinguant, lateris dolores, ac vasis sedant, & præsertim earum cre mor, *Matth.* Oleum ab ijs expressum multoties in febribus dolores omnes iote finit osum præsertim, vteri, ac renam, si calidam sex vnciarum pondere bibatur, est enim certum auxilium.

PISTACIA, siue Pistacea. Græcis *πισταία*. Arabibus, *Pistach*, siue *Festich*. Officinis, & Barbaris *Fistici*. Italis, *Pistacchi*. Germanis, *Waldh Pimperstein*. Hispanis, *Alcornoque*. Gallis, *Pistaches*.

PISTACEA.

FORMA.

Matth.

Tota arbor Terebintho similis est, folijs colore ex viridi in luteum inclinante: nucee racematim prodeunt in ramorum extremitatibus, rubra exteriùs tunica, & odorata, nuce intus alba, unguentariae glandis facie simili. Internus nucleus cuticula contegitur rufa, atque medalla virescit, sapore pinæ nuci proximo, sed odoratiore ac gratiore.



LOCVS.

Idem.

In Persia, Arabia, & Syria vnde in Italiam quoque aduectus, copiosa proueniunt.

QUALITATES.

Gal. & Auicenn.

Excalfaciunt, & humectant, impinguant, roborant, aperiant, non ramen valde nutriunt.

VIRES.

Matth. Idem.

Stomacho amica sunt deuotata, aut ex vino pota. Profunt contra serpentium morsus. Venertim excitant, tabidos, & suppuratos iuuant. locinosis obstructions aperiant.

STAPHILODENDRON. Italis, *Pistacia Saluaticci*. Gallis, *Pistache sauvage*. Germanis, *Wild Pimperstein*.

STAPHILODENDRON, SIVE
PISTACIA AGRESTIA.



sem moueant, si copiosè edantur, vomitiones eadem mouere posse non dubitemus.

FORMA.

Humilis Staphilodendron *Matth.* est planta, folio Sambuci, materie admodù imbecilli. Floribus albicantibus, racematim dependentibus, quemadmodum & fructus, qui quibusdam in folliculis prouenit, colore subrufo, Ciceris ferè effigie, sed maior, in quo subirens nucleus concluditur, sapore dulci, sed nauſeam commouens.

LOCVS.

Prouenit in Syluis, & fructus *Idem.* retis.

QUALITATES,
ET VIRES.

Neminem habeo, qui de *Idem.* horum viribus, & facultatibus scripserit: verùm cum nauſeam

Nux Juglans, Græcis *ἐκὺς βαυλιῶν*. Arabibus, *teluz leuz*, *sive Gianeri*. Italis, *Noci*. Germ. *Nuß* & *Welschnuß*. Hisp. *Noeser*. Galis, *Noix*.

F O R M A.

N U X J U G L A N S

Matth.

Candice assurgit procerò, ac crasso, ramis multis, ingentibus, & longè, latèq; diffusis, libro vestitur cinereo, crasso, ac rimoso. Radicibus nititur przlongis robustisq;, frondibus pluribus vtrinque ab vno pediculo exeuribus, vt in fraxino oblongis, & graniter olen- tibus. Primo germinata panicula; quasdã edit, quæ breui flauescèntes decidunt, quas nuces sequuntur, duplici obductæ monumento, nempe calloso primum calyce, mox ligneo putamine, crispò intus nucleo, quadripartitoq;, callosa intercedente membrana. Leguntur nuces inchoante Autumno, per ticcis excussæ, & siccantur in vmbra.

L O C U S.

Idem.

Proveniunt vbiq; in campis, & collibus.

Q U A L I T A T E S.

Gal. li. 7.

Folia, & germina adstrictio- nem quandam possident, ex- terùm euidentem, multamq;

Iren 2. de

alim. fac. in nucis putamine recentè pariter, ac sicco. Recentes nuces neq; adstringentis qualitatè, neque oleosæ conspicuè sunt participes. Nuclei inueterati verò oleosè sunt, & tenues.

V I R E S.

Diosc.

Deوراتz agrè concoquantur, ideoq; stomacho inritiles sunt, biliosæ; & capitis dolores inferentes, & tussientib; inimicæ. Cum ruta verò, & caricis presump- tæ à ieiunis, venenis resistunt, nec minus si à veneni haustu comedant largius deوراتz tincas latas pellunt. Illinantur vtiliter mammarum inflam- mationibus, cum mellis exiguo, & ruta, cum calyce suo operustæ, tum deوراتz, tum vmbilico admotæ, tormina sedant. Nuclei vsu alopecijs impositi presenti sunt remedio, recentes stomacho innocentiores sunt, & illitæ sicciores as- ferunt. Paniculæ siccæ, & in puluerem contritæ ex vino albo potz vteri pre- focationibus auxiliantur.

Matth.

N U X



Nux Indica. Italia, *Nux d'Indie*. Mauritanis, *Neregin*, *Dabig*, seu *Glanz Island*. Italia, *Nux de India*. Germanis, *Indianisch Nuß*. Hispanis, *Nuez de las Indias*.

NUX INDICA.

F O R M A.



Arbor Palmæ faciem, ex-*Matth.* plicat. Fructus tamē edit prægrandes, magnorum Melo-peponum instar. Nāq; magna in olucrorū mole obteguntur, colore subrufescente, tenax, callosusque, exvillosa. tamen materie constans: quæ manibus extrita, in capillamenta fatiscit. Hoc sub involucro nux occultatur, putamine plerunq; triquetro, villoso atq; barbato. Cornu instar præditur, anteriori parte humanam fere faciem referente, nucleo intus oui anserini magnitudine, inani, substantia pingui, duriuscula tamen, alba, callosaque, sapore butyroso, tenui subsperato, cuticula obtecto.

L O C U S.

Prouenit hæc arbor copiose in India Orientali, vnde ad nos affertur. *Idem.*

Q U A L I T A T E S.

Nuces excalfaciunt, & humescant ordine primo: emolliunt, læuigant, & dolores sedant. *Idem.*

V I R E S.

Additur nucleis à tenui cuticula repurgatis, in medicamentis, quibus ex-*Idem.* maura corpora resocillantur. Idem genitaram auget, & venereu allieit. Oleum, quod ex his exprimitur, vtiliter inungitur ad hæmorrhoidarum dolores, quin etiam lumborum, genitumq; cruciatus mulcet. Præstat idem, ad heruorum dolores, & ad pectoris asperitates, non modo illitum, sed etiam delinctū. Ranceditè opertur, matie affectos impinguat, & induratos articulos emolli. Quædam enim leuore sagina corpora reficiat: Idcirco maximè expetitur à strigolis mulieribus.

Nux Myrtifica, Græcis, *Μυρτικία*, *μυρτικία*, *μυρτικία*, *μυρτικία*, à *μυρτικία* *μυρτικία*. Arabibus, *Tezbaue* *Tezbaue*, *sive* *Gianzibam*. Italis, *Noci* *Muscade*. Germanis, *Muscatenuß*. Hispanis, *Nuez* *de* *especia*. Gallis, *Nou* *Muscade*.

FORMA.

MYRISTICÆ NUCIS.

Marrb.

Arbor, quæ Myrtificæ profert nuces, nostrarib⁹ Persicis haud absimilis est, angustioribus tñ folijs, ac brevioribus. Fructu nostratibus nucib⁹ in arbore existentib. persimiles sunt. Primò .n. crasso ac viridi cortice cõteguntur: cui deinde subest nux ipsa duro satis putamine oclusa, nostrate tamen tenuiore, quam mæis (quem vocant) reticuli instar ambit: putamine autè fracto, nux myrtifica invenitur, quæ vulgus medicorũ Muscatam vocant. Id quod palam faciunt nuces integre, quæ ex India melle afferuntur ad nos cõvehuntur. Ceterũ arbores absq; omni cultu fructus edũt suppedirante tantum natura.

LOCVS.

Marrb.

Afferuntur ex India, ex insula præsertim nomine Badam.

QUALITATES.

Aniceo.
Serapio.

Exalfaciant, & siccant ordine secundo completo, quin etiam adstringunt.



VIRES.

Marrb.

Commansæ oris suavitatem commendant, & fortentis animæ viri abolerent. Lentigines in facie emendant. Visum acutunt, ventriculum corroborent. Lienem absumunt, urinam cient, fluëtem aluum sistunt, flatu discutunt, & frigidis quibuscunq; steri affectibus mirificè profunt. E recentibus prius cõculis, & in cacabo calefactis, prelo exprimitur liquor, qui refrigeratus, ceræ instar cõcre scit, fragrantissimum spirans odorem, & nervorum, & articulorum durantis doloribus, à frigore excitatis vtilissimus. Idem expeditur Venereis vitiis. Mulcet mirificè nux ventriculi dolores, à flatu genitos, & contra venosorum animalium icterum ex vino potè maximè præstat.

Latinis, *Nux Metella*; Recentioribus *Stramonium*. Græcis nostris, *μαρμαρινον*, aut *καρναεινον*. Arabibus, *Leuz. atyachaba*. Italis, *Nucca Metella*, *Paracosa*. Germ. *Stüchpffel*, *Dorrenöffel*. Gallis, *Pomme de Pern*.

NUX METELLA.



FORMA.

Solanis eius planta adè si- *Serap.*
milis est, ut aliud nihil quàm *Aurum.*
ipsum repræsentet: verum *Matth.*
eius folia opiâ cedolent. Flo-
res gerit albos, conuoluli
maioris, siue leuis simlacis æ-
mulos. Fructus Mespilorum
magnitudine, circumquaqz
aculearus umbilicatusqz, vi-
ridi colore, in quo semen,
Mandragoræ simile.

LOCVS.

Scratur nûc passim in hor- *Matth.*
tis, ut alia peregrina.

QUALITATES.

Frigida est excessu quarto, *Serap.*
obstruit, mulcet, vomitio-
nes ciet.

VIRES.

Pota quatuor granorum *Serap.*
pôdere cum vino torrem sa- *Aurum.*

et ebrietatem, duorum verò drachmarum pondere hansta, statim interimit,
nû succurratur epoto butyro calido, vomitu, & aquæ calidæ balneis cum
brachijs, tum cranibus adhibitis.

* Nye i Metellæ congener planta, Tatulæ, vel Datura, Germanis, *Zigeltobben* / *Stachelnuß*. Hispanis, *Burledora*. In Malabar, *Pumate Caya*. In Canara, *Dairo*. Arab. *Marana*. Persis & Turcis, *Datura*.

FORMA.

Caule assurgit crasso ramo-
so ultra humanâ altitudinem,
quam tamé excedit ramorum
ambic^o, folijs amplis Stramo-
niz similibus maioribus tam-
en, & in longiores sentio-
resq; angulos desinente am-
bitu, odore opio aliquantum
similia, admodum abominan-
do. Flos in extremis ramis
prouenit vt in Stramonio, cui
subnascitur fructus oblon-
gus sculeis horridus, in quo
semina ante maturitatem cã-
didissima, postea penitus atra
efficiuntur.

L O C U S.

Nascitur in Malauar, sed
apud nos in hortis colitur.

Q U A L I T A T E S.

Frigida est excessu tertio &
seca secundi sine, & pernicio-
sa qualitate non caret.



V I R E S.

Semen dimidiæ drachmæ pondere qui hausserit, diu mente alienatus rem-
net. Si quantitas fuerit nimia, intestinit. Gentiles ad prouocandas vrinas cum
pipere & folijs Beteleid exhibent & perurile esse dicunt. Sed nolim experiri
cum alia medicamenta ad eam rem vtilia non desint. Semine per noctem in
aceto macerato, deinde exacte trito, vtiliter illinantur herpes miliares &
erysipelata serpentina, nam breui sanantur. Radix verò drachmæ vnus pondere
ex vino pota somnum profundum inducit, in quo varia insomnia & milti-
terum facies obuersantur.*

Nuces Avellanæ, seu Ponticæ, seu Prænestinæ. Græcis, *Κάρνα ποσειδῆος*, *καρφή*.
 ejus. Italis, *Nocciuole, avellane, & nocelle*. Germanis, *Nußelß*. Hispanis,
avellana. Gallis, *Noixd'olive, Noixettes, Avellaines*.

NUCES AVELLANÆ.



G E N E R A.

Domestica, & Sylvestria. *Marth.*

Cæterum ex domesticis, aliæ oblongæ, aliæ rotundæ sunt, veruntamen oblongas præstatiores, & gustui gratiores esse cõstat, & illas præsertim, quæ rufæ sunt putamine, & fractu minime contumaces.

F O R M A.

Arbor est, quæ ratò proce- *Idem.*
 ta spectatur, sed quæ ab ipsis
 statim radicibus fruticosa sit.
 Arborefcit tamen ramis in
 summitate sit òdolis, folijs alni
 lationibus, crispiorib. renuo-
 ribusque, & ambitu serratis.
 Cortice vestit tenui, & nodi
 materie: floret hæc arbor nũ-
 quam, sed iulos emittit autu-
 mmo longi piperis figura, quæ
 tẽpore folia decidunt. Nuces
 eduntur æstate, quorum puta-
 men viridi callosaq; vestitur
 membrana, molli, & quæ in
 barbæ modũ fimbriata pera-
 hitur. Quanquam id nõ in o-
 mnib. fiat. Nuci nucleus, quã-
 doq; albus, quandoq; purpu-
 reus sit membrana, dulcis, ferè Amygdalarum modo, sed duriore pulpa.

L O C U S.

Domesticæ habentur in hortis, vineis, & viridarijs. Sylvestres verò vbiq; p- *Idem.*
 arantur in sylvis, & secus itinera.

Q U A L I T A T I S.

Plus habent essentia: terreftris, ac frigida: quã inglandes, quin & plus alunt, *Gal. 2.*
 siquidem densiores sunt, & minus pingues. *alim. fac.*

V I R I S.

Stomacho infecte sunt, medentur tussis veseri, si trita: in aqua mullâ sumantur. Tosta: & Galen.
 cum cogno piperis portæ, destillationes concoquant. Crematarum cinis cum æungia, aut *DIO SC.*
 resicæ siccæ alopecijæ capillum reddit. Deo:ratæ minus Amygdalis alunt, cibis in ven-
 ticulo supernant, & caput tentant, sed virides innocentes sunt.

AVELLANÆ Indicæ, kalis, Nuciule d'Indis, Arab. Fausel.

GENERA.

Tria nobis allata sunt genera.

FORMA.

Matth.

Prima, quod Scrapioni Fausel appellatur, Myristicæ nuci similissima spectatur, nisi quod pars altera plana, altera eminentior est. Sed nullo penitus odore referta, & sapore adstringenti. Nasceitur hæc nux lanuginosa, seu potius capillacea involucro inclusa, in dicæ nucis modo barbato. Arbor quæ eam profert nuci Indicæ similis habetur, proceritate tamen minor. Secundum & tertium genus, ex eorum imaginibus hic expressis, facile quispiam intelligere poterit.

Scrap.

LOCVS.

Matth.

Afferantur ex India vna cû Myristicis Nucibus.

QUALITATES.


Scrap.

Refrigerat, quæ Fausel appellatur, corroborat, & valenter adstringit.

Matth.

Confert calidis morbis quibuscumque tam haustu, quàm exterius illita: decoquitur in vino ad dentium dolores, & fluxiones. Si enim eo calido fouetur, non modò eorum dolores mulcet, sed vacillantes firmat: illinitur quoque ad palpebrarum scabiem, & additur in collyrijs, quæ parantur ad oculorum inflammationes: Est quoque ad dysenteriam mirificum auxilium, ex rubro vino austero drachmæ pondere quotidie pora, aut cotoneorum malorum succo. De cæteris autem generibus quid dicam non habeo.

AVELLANÆ INDICÆ.



VIRÆ.

MORUS, Arbor, Græcis, Μορία, ἡ σικυμῶν. Arabibus, Tur, sine Thor. Italis, Ma-
 79, Germ. Maulbeerbaum. Hisp. Moras, del Mor. Gallis, Mauvier.

MORUS.

GENERA.

Duam est generum, album *Morb.*
 videlicet, & nigrum, à fructu
 appellationem sortitum.

FORMA.

Nigra Morus caudice plu- *Idem.*
 rimū est cōrotto, gibberoq;
 ac nodoso. Ramos edit cras-
 sos, in latum sparianres, libro
 vestitur crasso, lento ac flexi-
 li, cui materies subest robu-
 sta, & medullitus flava. Radi-
 cibus nititur numerosis, ma-
 gnis, ac robustis, non tamē al-
 tē descendētibz. Nigræ fol-
 lia latioza, crassioraq; sunt, &
 ambabus in acutum desinen-
 tia, & circumquaq; serrata. Ni-
 gra fructum fert Rubi, gran-
 diorē tamē, oblongioremq;
 Sanguineo succo per maturi-
 tatem madentem. In alba cu-
 tem, baccaz minores habētur,
 quæ vbi vltimā sensere matu-
 ritaris coctionē, mellē pro-
 fus dulcedinem recipiunt.

LOCVS.

Alba vbiq; scater Italia, ac *Idem.*
 Et Hispania ad alēos sericeos

Danbyces, tantum sata, Nigra verō etiam vbiq; habetur, aut in hortis aut in
 vicinis.

QUALITATES.

Immatura Mora vbi ardet, admodum ventrem restringunt. Maturorum succus adstrin- *Gal. l. 1.*
 git medoz, tot immatura verō, & tota arbor ad multam qualitatē habent, ex restringent, *simp. me.*
 & purgare compositam, in radicis autem cortice purgatoria cum quadam amaritudine ex- *et 2. de*
 post qualitas. *ali. fac.*

VIRES.

Mori succus de coctus in aereo vase atque infolatus adstringentior redditur. Idem fac' ad *D 1 0 5 6.*
 huiusmodi, & casti barum, yuzq; nullam passionē, addito mellis exiguo, immatura, siccaque
 colucasimor & dyctenocos. Radicis cortex decoctus in aqua, & potus aluum resolu-
 lit, ut ventris tunc cocant & his quoq; auxiliatur, qui conitum biberunt. Succus foliorum
 potus val. & conit. Phlegmorum latus, feruē facti corticis, & foliorum iure dentes aptissimi
 in dolore colluntur. Succus ex incisa radice emanans, vbi concretit, in dolore dentium ef-
 ficax est, tubercula discunt, & aluum purgat.



SYCOMORVS, Celfo *Motofycos*. *Aegyptijs*, *Ficus Pharaonis*. *Gæcis*, Συκο, Συκο, & Συκομορφο, vel *Μαυλομορφο*. *Arabibus*, *Mauzeiz*, & *Iameiz*, *Assianis*, & *Giamricis*. *Italis*, *Sicomora*, & *Ficod' Egirro*.

F O R M A.

DIOSC. *Theopb.* Arbor est magna Fico similis, frondosa, multo lacte abundans, folijs mori. Fructū ter, aut quater anno fert, non ramis, vt ficus, sed caudice ipso caprifico. nō dissimili, dulciorem grossis, sine granis interioribus, qui non marurescit, nisi prius vngue, aut ferro scaldatur. Deceptis fructibus, alij ac alij ex eodem loco subnascuntur, terno ita, & quatermo partu copiosa.

L O C V S.

DIOSC. Nascitur plurimum in *Cæcia*, *Rhodo*, *Syria*, & *Aegypto*.

Q U A L I T A T E S.

Galen. Succus è vulnerato cortice manans, conglutinat, discutit, emollit.



V I R E S.

DIOSC. Fructus alio vtilis, sed perexiguus præbet alimentum, & stomacho uersatur.

PSYDOSYCOMORVS Italis, Sicomorofalso. Mauritanis, Azada racht.

PSYDOSYCOMORVS.



FORMA.

Arbor est præcæra. Folijs Matth. vulgaris loti longioribus, & in acutum definitibus. Bacas edit virides, è quorum olibus Monachi verticillos parant, quibus funiculo traiectis, suas numerant præces.

LOCVS.

Nusquam in Italia (quod Matth. scinèrim nouerimque) hæc planta sponte nascitur. Habetur tamen aliunde allata, in Cœnobiorum claustris, templorum arcis, & alijs in locis.

QUALITATES,
ET VIRES.

Deleteris facultatis parti- *Auicenn.*
iceps est, sed quid præter id præstare valeat ignoratur.

CENSURA.

Ridiculum est credere vnà cum vulgo, hanc plantam esse sycomororum.

FICUS, Græcis, *ἄβυς*. Arabibus, *Sin Fru*, *ſeu Tin*, Italis, *Ficci*. Germanis, *Bo- gen*. Hispanis, *Igen*. Gallis, *Figues*.

G E N E R A.

Matth. Varia ſeuum genera ſunt, cùm facie tum colore diuerſa.

F O R M A.

Idem. Arbor caudice plurimum eſt bre- vi, comortoſque, ſubalbicâte libro, lacteo-que ſucco madente, gultu ad ſtringenti, ac amaro, aded vt exulcerare poſſit, materies illi alba, & fungoda, tenaxq;. Radicibus nititur malis, ſed ſumma tellure vagantibus. Folia illi ſunt aſpera, amplâ, firmâ, vitiginea, rotundis ac robuſtis pediculis nitentia. Fruſtus edit nullis apparentibus floribus, à foliorum exortu, extremis tantum ramis, turbatoſos, & varios, ſiquidem alij pyri facie repræſentât, alij ſelli- les ſunt inter hos medijs. Differunt èt colore, quippe quôd alie albæ, alie nigre, alie purpureæ, alie virides, alie ſubruffæ, alie pallidæ, & alie variegato colore ſpectentur. Melli præterea ſunt pulpa, grania minutis reſerta, & eſai gratiſſima.

L O C U S.

Idem. Habentur in hortis, vineis & viciſſimis; in Italia, & Hispania copioſe.

Q U A L I T A T E S.

Gal. 2. de alim. fac. Commobiles ſunt, & facile in totum corpus penetrant, nam abſtergendi vi poliunt haud obſcura, ſtuoſe tamen ſunt aliquatenus.

Aridæ verò vim habent excaſcificandi ordine primo completo, aut ſecundo incipient. Re- bent & partium tenuitatem quandam. Pinguiores magis concoquantur, gultu verò ac- res, magis extergunt ac diſcutiunt. Arbor tenuium eſt partium. Lac & foliorum ſucco- lent er calidus eſt, coaguatur, exulcerat, aperit, ſoluit.

V I R E S.

DIOſC. Maturi Fici aluum ſoluunt, ſed facile ſiſtitur fluxio, cæterisq; aſternalibus fruſtibus immoſentior ea, ſitum ſedant; caloremq; reſtringunt. Sicuti vires alium. Gutture, renibus, velâ. Suſcipiſſis, Hydropicis, & comitialibus aptiſſimi ſunt. Thoracem purgant. Earundè decodi- cù Myſſopotoſiſi venet, diſtarniſq; pulmonû vitijs cõuenit. Cum Cnici pulpa tuſa, & ter- rata alui emollit. Idem arteriæ, & tonſillarû inflammacionib. veliter gargariatur. Cõ- ſiſi litæq; duricitas diſcutiunt. Cremata, & cerato addito perſonæ ſuauit. Laſteus fici ſucci- lac in ventriculo concreſcù diſſoluit, exulceratq;. Potus menſtrua det, & inſuſus vermicalid- aures ſanat. Percuſſis à Scorpiõne, venenatorum iſtibus, & rabioſi canis moribus aſſertum. Canis dentium inditus dolorem tollit. Verrucas auſert circumſiſtas. Lac dum coquitur, è- ſulneo ramo aſſiduet mouetur, aluum ſoluit.



Ficus Indica, Opuntia. Italicè, Fico d'India. Germ. Indianische Feigen.

INDICA FICVS.

FORMA.



Arboris faciem representat, quanquam sine caudice, sine ramis, germinibusq; cõstet, vt ex appicta hic imagine quispiam cernere potest. Si quidem hæc abscisso vno tantum folio, huiusq; ad mediũ vsque sepulto, prõgnatis ex se radicibus, paulõ post folia supernè ex ipso prodeunt, aded vt hac serie folijs è folijs prodeuntibus in arboris speciem assurgat. Folia ei crassissima sunt, ita vt quandoque pollicis crassitudinem æquent, è quibus tenues, longæ, acutæque prominent spinæ, etsi sine spinis etiam habeantur. Parit hæc in foliorum summitatibus, fructus pulpâ, & sapore ficibus nostratibus similes, sed crassiores, & qui superiore parte in coronæ speciem desinant. Colore ex viridi purpurascente.

LOCVS.

Peregina in Europa est arbor, & in Italia à multis, in hortis colitur.

Tæss.

QUALITATES, ET VIRES.

De viribus, & qualitatibus, quid veri, ceteriq; afferam, sanè non habeo: referunt tamen, qui Orientales Indias sunt peruagati, eorum esu cruentam reddi vtiã, non sine sumentium terrore, qui horum vires ignorant.

IBERIS, Gæcis, Ἰβήρις ἄγρια καὶ ἄγρια δάκρυον. Arabibus, *Scitaragi, Afitaragi, Scitharegi, sine Hausab.* Iralis, *Iberide, seu Lepidis.* Germanis, *Wilder Kref.* Hispanis, *Nasturtio montano.* Gallis, *Chasserage, & Passerage sauvage, sine Nasturti saunage.*

IBERIS.

F O R M A.

Diosc. Folia habet Nasturtij, **Causimac.** lem cubitale, ramosum, florem lacteum, semen Thlaspi simile, sapore acri, grauique odore.

L O C U S.

Dauscr. Nascitur secus itinera, in rudetibus, templorum areis, & in agrorum incultis extremis.

Q U A L I T A T E S.

Excalfacit ordine quarto, nasturtij modo, minus tamen eo deficiat.

V I R E S.

Galen. Radix contusa, cum salsa **Dauscr.** axungia, horis quaternis ad-
Diosc. alligata, Ischiadicis mirum in modum medetur.

C E N S U R A.

Hallucinantur qui Iberidem & Lepidium quas contendunt esse plantas.



Libri primi Finis.

TRITICVM, Græcè *σπυρίον*. Aphris, *Henta, Henta, sine Hantba*. Italis, *Grano, sine Farina*. Germanis, *Weizen*. Hispanis, *Trigo*. Gallis, *Fourment*.

TRITICVM.



GENERA.

Plura notantur genera, cum *Marth.* à locis, tum à colore, viribus, maturitate, pèbuentu, & spicarum numero, forma ac magnitudine denominata.

FORMA.

Triticum omne radicibus *Theoph.* numerosis, ac pretenuibus *li. 8. ca. 4.* titur: folio singulari, germinibus omnino multis, sed quæ in ramos brachiarum non possint. Tota hyeme herbaceum est: remolliro autem celo, cauliculis de medio assurgit, cuius tertio, aut quarto geniculo spica geritur, nõ prius evidens, quam folliculo inclusa. consummato eo, flos erumpit quarto, aut quinto post die, ac totidem fere diebus perdurat, & post flores granum crassefcit, quod ubi maturuerit, demeritur.

LOCVS.

Scratur vbiq; locorũ. Locis *Marth.* autè maritimis, & tractu am-

pliore, calidiorèque frugalius, ac copiosius provenit.

QUALITATES.

Excalficit foris impositum, non tamen refrigerat, nec desiccet, manifestè. *Gal. li. 5.* habet etiam quiddam glutinosum, & obstruens. Fermentum autem excalfactum *simp. mat.* cit, & trahit.

VIRES.

Tricici farina illinitur ex hyoscyami succo ad nervorum fluxiones, & contra *Diosc.* interaerorum inflationes. Furfures ex aceto decocti rurgentes mammæ resoluntur: viperarum moribus, & torminosis auxiliantur. Tricici pollen, si ex hydrello decoquatur, omnem discutit inflammationem. Glutinum ex similagine, & polline, quo chartæ glutinantur, sanguinis excreantibus prodest, si frequenter delingatur. Panis è similagine confectus plus alit, quàm cibarius. Cõmendatur *Marth.* tricici oleum ad vlcera sinus, ad manuum, pedumq; timas, arq; ad curim læuigandam: Paratur compressis granis iuret calefactas igni ferri laminas.

FRUMENTVM Indicum. Indis *Maitz*. Italis, *Grano*, *sive fermento Indico*. Germanis, *Türckisch Korn*. Boemis, *Torecken Zjitz*.

FRUMENTVM INDICVM.

G E N E R A .

Marb.

Quatuor est generum, quæ tantum granorum colore differant. Est enim q. nigrum, quod rufum, quod album, quodq. fulvum semen profertat.

F O R M A .

Marb.

Caulis exit arundinaceo, quemadmodum & folio, crasso, rotundo, procerò, genicularo, alba intus medulla, in cuius cacumine paniculae funduntur diuulsæ, superuacuae, nullis intus granis. Fructum edit folliculo membranaceo inclusum è medio calamo ex latere procedente, cuius spica piceæ arboris eorum cum crassitudine, tum longitudine æquat, circa quam omnino nuda coacervantur grana penitissime sese stipantia, læuia, & subrotunda, pisi magnitudine, alba intus substantia. Radicibus nititur nemorosiss, durissque.

L O C V S .

Idem.

Scruntur in campis, & agris, stercoreato solo.

Q U A L I T A T E S .

Idem.

Nostrate tritico paulò calidius est, ac glutinosus.

V I R E S .

Marb.

Farina vtiliter miscetur cataplasmatibus, quæ pus mouent. Id quod etiam lentius præstat fermentum ex eadem farina patatum. Ex ea quoq. rata alpini tractibus pulcem, quam suo idiomate vocant Polenta, conficiunt, & addis butyro, & caseo avidissime vorant. Est enim cibus non infansis, sed crassus præbet alimentum.



FRUMENTUM Saracenicum. Italis, *Formentone*, & *Saracino*. Germanis *Hei-*
dentem. Boemis, *Pobanek*.

FRUMENTUM SARACENICUM.



FORMA.

Folijis provenit primo fla- *Martb.*
tim exorn subrotundis, quæ
paulò post hederæcæ formam
conciunt: acutiora tamen
sunt, & molliora. caulem edit-
rubentē, inanem, fragilem, bi-
cubitale, & sæpe maiorem, fo-
liosumq; flores candidos, par-
uos, racemosos, è quibus semē
oritur triquetrum, pullo colo-
re, sed alba intus medulla.

LOCVS.

Seritur passim in aruis, per- *Martb.*
inde et alia frumentacea, bisq;
in anno serri potest: nempe ve-
re, & post messem. Itaq; bife-
rum est.

QUALITATES.

Calscit, & humectat, ve- *Martb.*
rùm non multum à tempera-
tis distat.

VIRES.

Frutilla ad biliosas inflammationes. Rura, non solum ex ea panes pinunt, sed
pultem quoq; conficiunt, quam polentam vocant, quæ non ingratus est ei-
bus, ubi rectè fiat, & caseo & butyro aspergatur. Pristinam quoq; exutis gra-
norum putaminibus, è granis parant, & ex carniùm iure decoquant ad esum.

CENSURA.

Proculdubio falluntur, qui Saracenicum frumentum, ocymum, quod pa- *Martb.*
bali genus est, esse statuunt.

HORDEUM, Græcis ὄσπρῃ, & ὄσπρ. Arabibus, *Xabben*, *farshain*. Italis, *Orza*. Germanis, *Gerstey*. Hispanis, *Cevada*. Gallis, *Orge*.

H O R D E U M.

G E N E R A.

Theoph. lib. 8. cap. 4. de his plant. Varia sunt hordei genera: aliud enim binis versibus, aliud ternis, quaternisve, cumq; plurimum senis: est enim vel cuiusmodi quoddam genus.

F O R M A.

Matth. Folio erit tritici latiore, asperioraq;, quin etiam culmo fragiliore, sed octonis articulis geniculato, simplici stipula, foliisque, & eo quidem scabro, ac tritici latiore. Grana simplici amittuntur tunica, quæ tamen solidè inhæreat, è cuius cacumine aristæ prodeunt firmiores, longiores, mordaciorèsq;, quàm in tritico. Nixitur fibrata radice.

L O C U S.

Idem. Scribitur in agris, perinde ac triticum.

Q U A L I T A T E S.

Gal. 7. simp. me. Ericcat, & refrigerat ordine primo, pauxillumq; abstergit, & paulò plus desiccatur, quâ farina fabacea, cui non insunt cortices, cætera verò similia sunt, foris virentibus.

V I R E S.

Diosc. Minus quàm triticum alit. Præstans verò præstat contra acrimonias, & gutturis scabritias, & exulcerationes. Eadem cum straguli semine cocta lactis vberitatem facit: & tumores concoquit. Farina cum hien, ex multa decocta collectiones, & duritias discutit: cum meliloto autem, & papaveris calyce, lateris dolores finit. Hordeaceus panis ventriculum gravat, & frigidus, lentusq; succos gignit. Præstans febrientibus, & pleuriticis commodissimè datur: quæ etiam tabidis, & hæctica, aut marasmo laborantibus, & præsertim addito seminis melopeponis, cucurbitæ, cucumeris & papaveris cremore, Hordeum, quod non diu fuerit elixum, inflat, & ventriculo nocet.



ZEA, Græc. Ζέα, Ἰνδ. Arabibus, Hab. Italis, Spelta, Bleda, & Pirra. Germanis, Speltz. S. Puerstern / Rintorn / sive Dinkelform. Hispan. Spelta. Gallis, Epautre.

ZEA.



VIRG.

Valentius alit quàm hordœum. Digeritur in panificia, sed minus quam tritico nutrit. Leues efficit panes, concoctu faciles, haud ingrati gustus. Ex Dicoeco paratur Halica, quæ plus alit, quàm Oryza: aluumq; magis cohibet stomacho longè vtilior. Decocta in aceto, ac illita lepras tollit, vnguium febri- ties extirpat: incipientibus ægilopijs medetur. Infunditur vtiliter decoctum dysentericis, quos extruciat dolor.

CENSVRA.

Non recte sentiunt qui Halicam, & Far adoretum vnam, & eandem esse rem existimant.

GENERA.

Duam est generum, vna DIOSCO. simplex, altera in geminis putaminibus grana bina iuncta gerit. & ob id dicoecos appellata.

FORMA.

Folio prouenit tritico haud Matth. absimile, tenuiore tamè culmo firmioreq; verum spica à tritico differt, quod plana sit, granis tantum vtrinq; è lateribus simplicibus vtriusq; prodeuntibus: aristis longis, ac tenuibus. Dicoecos grandiore firmioreq; culmo, & spica maiore prouenit.

LOCVS.

Seritur vbique locorum in Idem. agris, cæterorum frumenta- ceorum modo.

QUALITATES.

Vniuersa sua facultate quo- Gal.Lb. dammodo in medio est tritici- simp. me. ci, & hordei, itaq; ex illis cognoscatur.

SECALE, siue Farrago. Italis, *Segala*. Germanis, *Rott*. Hispanis, *Cenere blanda*. Gallis, *Seigle blanche*. Boemis, *Zito*.

S E C A L E.

F O R M A.

Matth.

Folio provenit tritici angustiore: stipula tenuiore, sed firmiore, ac proceriore, spica pendente, aristis infirmioribus, sed fecundis granis. diu floret, adeo, ut quadragesimo tantum die à flore mature-
scat.

L O C U S.

Scrunt alpinis tractibus.

Q U A L I T A T E S.

Matth.

Refrigerat & humectat ordine primo: emollit, abster-
sione non vacans, & pus mo-
uet.

V I R E S.

*Plin. li. 17.
cap. 16.*

Sordidos efficit panes, a-
gressibus hominibus idone-
os, amarentos, ac lentos,
atq; facile permeabiles: mi-
nus alit quam triticum, & hor-
deum. Decocta integra ab
equis devorata, cineras eorum
pellit.

Matth.

Farina additur in cataplasmatibus, quæ puri mouendo parantur. Idoneus
eadem est ad glutinum librarium parandum. est enim exteris tenacius: cul-
morum cinis aqua subactus, & illitus, pedum, manuumq; rimas sanat.



C E N S U R A.

Cæcutiunt qui Secalem olyram esse putant, & pariter hallucinantur, qui
Secalem cum Siligine confundunt.

AVENA, Græcis, *Ἄρα*; Arabibus, *Cartamum*, *ſive Chortal*. Italis, *Vena*, *ſive*
Græ. Germanis, *Huben*. Hiſpanis, *Avena*, *ſive Arca*. Gallis, *Avoine*.

A V E N A.



F O R M A.

Folio, & ſtipula non admo-
 diose. dum à tritico diſtat: Spica illi
 denulſa, folliculis veloci par-
 tuis locuſtis bipedibus depen-
 dentibus, in quibus granum:
 includitur oblongum arque
 ſubalbicans.

L O C U S.

Scratur in campis, gaudet *Matth.*
 que frigido tractui.

Q U A L I T A T E S.

Similem hordeo vim ha- *Gal. E. 61.*
 bet. Illita enim deſiccatur, & *ſimp. ant.*
 digerit mediocriter, & ſine
 morſu, temperiem autem ha-
 ber paulò frigidiorem, & non
 nihil quoq; adſtringit.

V I R E S.

Avena in cibis alium ſoluit, *Dioscor.*
 & eius pulteruſcentes iuvantur.
 Eadem cum putamine *Matth.*

ulſata, & in ſaculis adhibita flatuſos dolores tollit, vrilis quoq; ad alen-
 dos equos, ac etiam homines. Nam putamine exuta, veſcitur à Germanis, ex
 hircanium decocta. Sic enim parata cibus fit haud ingratus, & præſertim
 ubi eſtur antequam diſſiliat.

ORYZA, Græcis, ὄρυζα, & Theop. ὄρυζα. Arabibus, *Arz.* *fan arz.* Italis, *Riz.* Germanis, *Retz.* Hispanis, *Arroz.* Gallis, *Riz.*

F O R M A.

Matth.

Folio provenit arundinaceo, carnoso, porraceo haud abſimili: culmo cubito maiori, geniculato, triticeo crasſiore, ac robuſtiore, in cuius cacumine ſpica geritur in ramulos diviſa, in qua ſemen vtrinque impari exortu conſpicitur: putamine ſubſtavo, aſpero, ſtratoque. quo exuto candidum remanet granum.

L O C U S.

Idem.

Gaudet locis vliginoſis, ac paluſtribus. verum copioſiſſima provenit in Aſia, Syria, & Aegypto. Scribitur & in Italia.

Q U A L I T A T E S.

Gal. li. 3.

ſimp. me.

Habet adſtrictorium quippiam, ac etiam ſiccandi, reſolvendi que poeſtatem.

V I R E S.

DIOSE.

Matth.

Oriza in cibis medioeriter alit, ſed alnum cohibet. Ex lacte decocta, aut amygdalarum dulcium cremore, aut ex pinguium carniſum iure, tibus fit haud ingratum. Quin etiam concoctu ſacillior, & ori gratior. Datur in cibis vtiliter dyſentericis, œliaciis, & diarrhæis laborantibus: præſcriptam vbi prius torrefacta, in ſiccis, in quo igniti calculi extincti fuerint, decoquatur. ſarua bellè quidem miſcetur cataplaſmaticis repellentibus. Eadem mammarum incipientes inflammations areet: cum roſis & anthemide decocta & illita.

O R Y Z A.



MILIVM, Græcis, *Κίχυρον*. Arabibus, *leners*, *Seguers*, *ſive Siceres*. Italis, *Miglio*, *ſive Meylo*. Germanis, *Hüß*. Hiſpanis, *Millo*, & *Méyo*. Gallis, *Mil*, *ſive Millet*.

MILIVM.

FORMA.

Milium folia profert arundinacea, panico haud longè diſſimilia, calamus bicubitalis, craſſum, geniculatum, lanuſinoſumque. radicem multiplicem, ac duram, paniculis diuulſis, à cacumine dependentibus, in quibus numeroſa habentur grana, parua, ſubrotunda, ſolida, leuis, ſubſana, ac tenui putamine obducta.

LOCVS.

Seritur in agris, pingui, & *Marrb.* ſtercorato ſolo.

QUALITATES.

Refrigerat ordine primo, *Gal. 7.* & ſecat tertio exoluto, *aut ſimp. me.* certe ſecundo intenſo: paululum etiam habet tenuitatis. comestum minimum confert nutrimenti, & ventrem deſecat.

VIRÆ.

Milium & eius panis minus cæteris fragibus alit. Eius pulve ſiſtitur aluus ſi *DIOſC.* deuoeretur, & ptomoueretur vrina. ſit ex eo fomentum optimum ad ſiccandam circa motum, ubi prius calefactum cum ſacculis adhibeatur. *Fiçq;* magis efficitur auxilium admiſtis ſale, & anthemidis floribus: Si quidem rectè ad cornina adhibetur, quæ à flatu excitantur, & ad lateris dolores. Quæ in milij aœrui condantur, diutius à carie, & putredine timentur. imò & ipſæ carnes recentes in milio æſtate reconditæ, à putredine vindicantur.

MILIVM Indicum. *Hetrufcis, Sagina. Longobardis, Melega. Venetis, Sery.*
Germanis, Weiffher Ditz; Seryfame.

MILIVM INDICVM.

F O R M A.

Marth.

Frugis est genus tam forma, quam proceritate arundinem referens. eius tamen calamus inanis non est, sed alba factum medulla, sambuci modo: Paniculas in cacumine gerit magnas, crassasq; numerofo semine repletas, colore plurimum rubro: et nigro quoq; & subalbicante.

L O C U S.

Idem.

Seritur in campis aratro cultis, ac stercoreatis.

Q U A L I T A T E S.

Idem.

Refrigerat, siccatur, cohibet, & resolvit.

V I R E S.

Marth.

Facultas ei hand milio dissimilis. Rara ex eius farina panes conficiuntur, sed concocti contrumaces, & qui parum alant. Aluum adstringit. Seritur in Hetruria solum ad alendas columbas, & pilinas. calamorum medullæ cinis cum pipere, & spongiæ vltæ puluere, vitæ oui affati excepta, propinatur vtiliter à cæna septem diebus de eodem fonte Lus ad gutturis strumas. Florum puluisculus à paniculis excussus, ex vino rubo drachmæ pondere potus, rubra sceminarum profluuia sistit, si è rubris paniculis deligatur. namque quod ex albis excutitur, alba profluuia cohibet. Dicitur pati inuamento etiam dysentericis.



PANICVM, Græcis, *ἄραβος*. Arabibus, *Docton*. Italis, *Panica*. Germanis, *Stenich*, *ſar*. *Doctſſenich*. Hiſpanis, *Panica*, *ſive* *Paniſa*. Gallis, *Paniç*.

PANICVM.

FORMA.

Folio, radice, culmoque *Matth.* milio eſt per omnia ſimile: Paniculis autē differt: Nam in panico panicula provenit pedali longitudine, non ut in milio diuulſa, ſed prædenſis compacta-racemis, granis numeroſis, & hirtulis.

LOCVS.

Scratur in campis menſe *Idem.* maio, & quandoque ſtatim poſt meſſem.

QUALITATES.

Exiguum dat alimentum, *Gall. 6.* exiecat, & adstringit, ut *mili- ſimp. me.* um, ac etiam refrigerat.

VIRES.

Datur edendum *dylente- Matth.* ricis & alijs alui fluxionibus *proſc.* laborantibus. illinitur co-

Quum ubi ſiccare, & refrigerare ſit opus. ſed minus alit, & ſtringit, quàm mi-



PANICVM Sylvestre, Græcis, *ἰσχυρὸν ἄγριον*. Italis, *Panico siluatico*, sive *Panico stella*.

P A N I C V M S Y L V E S T R I.

F O R M A.

Matth.

Sponte per se prouenit, gracili admodum culmo, geniculato tamen, cubitali longitudine. folijs longis, angustis, asperisque: paniculis paruis, longis, lubrumentibus, ac adeo hirsutis, & asperis, ut vestibus pertinaciter inhaerant.

L O C V S.

Idem.

Nascitur in hortis, & viridarijs: quin etiam in campis, & vineis.

Q U A L I T A T E S.

Idem.

Exicat, refrigerat, adstringit, magis quàm satiumum.

V I R E S.

Idem.

In ciborum vsum non venit, eo tamen delectantur auiculæ, quibus paniculæ offeruntur: cætera cum panico satino commixta habet.



SESAMVM, Græcis, *olivum*. Arabibus, *Semsem, sius sesera*. Italis, *Sesamo*. In officinis vulgo, *Sisylema*.

SESAMVM.



FORMA.

Caulis provenit milio simi- *Theoph.*
le, crassiore tamen, ac proce- *lib. 8. cap.*
riore, folijs rubentibus, flore quod *pla.*
viridi, aut herbaceo, semine *hist.*
vasculis incluso papaveris
modo.

LOCVS.

Setitur in campis, quos ste-
riles reddit.

QUALITATES.

Non patum glutinosum, *Gal. lib. 8.*
est, & pingue, quare emplasti- *sim. me.*
cum est, & emolliens, modi-
cè calidum. Eiusdem facultatis
est, quod ex eo conficitur
oleum.

VIRIS.

Cibus inutile sesamum est, *Diosc.*
& halitus granitatem facit,
neruorum crassiciem illitu
discunt. medetur auribus fra-
ctis, ambustis, inflammationibus, colli doloribus, & cerastæ morsibus. facit &
ad capitis dolores æstu concitatos, ex rosaceo illitum. Eadem facit herba ex vi-
no decocta, quæ peculiariter oculorum inflammationibus, ac doloribus au-
tilitur.

LOLIVM, Græcis. *σείρα*. Arabibus, *Sacira*, sive *Zaad*. Italis, *Gieglio*, sive *Leglio*. Germanis, *Waalch*; *Küureiffen*; sive *Ensch*. Hispanis, *Yois*. Gallis, *Tareye*.

LOLIVM.

FORMA.

Matth.

Cum hyeme nascitur, folio est longo, pingui, hirsuto, ad ultimum deinde culmum editi tritici gracilior em, in cuius cacumine spica exit longa, aculgasit siliquis, impari exortu vtrinque referta, è quibus granterna quaternave cumulatim aperte prodeunt, contumaci obducta putamine. maturefcir vna cum tritico.

LOCVS.

Idem.

Nascitur in arvis è tritico, hordeoq; corruptis vltigine seminibus, aut per hyem em imbre nimio madidis. Corruptitur contra & ipsum, & in triticum conuertitur.

QUALITATES.

Gal. li. 4. Excalfacit in principio tertij *sup. me.* ordinis, & exiccac in fine secundij. *Matth.* Item attenuat, resoluit, abstergit, inebriat, somnum mouet, & mentem tentat.



VIRIS.

Diosc. Farina nomas, putrescentia vlcera, gangrenas compefcit, cum raphanis, & sale illita. Ex aceto verò & sulphure visio feros lichenes, & lepras sanat. Strumas quoq; discutit, cum fimo columbino, & Lini semine decoctū in vino rumpit, quæ agre ad coctionem perducuntur. Illinitur vtiliter Hæmiadici ex aqua mellea decoctum. Si cum polenta, myrrha, & thure sufficitur, conceptionem adiuvat.

FOENVM GRÆCVM, *Garzis, Tâlar, & Bâlaget.* Arabib. *Olba, Kelle, seu Hebbe.* Italis. *Fieno Greco.* Germanis. *Fênigret, /sive* *Wolfsborn.* Hispanis. *Alforna, vel Alhala.* Gallis. *Fenigret, seu Senegre.*

FOENVM GRÆCVM.



bres locos dilatat, & emollit, cum anserino adipe supposita. Decoctum eius prodest ad tenasmos, & foetidam dysentericorum profluxum. Oleum, quod ex eo exprimitur, & Myrto, capillos, & genitalium cicatrices absterget. Medetur ulceris scabiei, si cum quarta parte seminis nasturtij excipiatur aceto, & subinde illatur. Farina ex mulla vsurpatur vtiliter ad genitalium tumores. Eadem cum sulphure, & nitro lentiginos delet, quin etiam parotidas sanat. Podagram, chigram, & articolorum luxationes. Ex vino subacta, carcinomata purgat. Datur vulnere potandum fœnogræci decoctum ad diutinam tussim, & vbi pectus fuerit exulceratum. Seminis mucago fronti ex lintcolis adhibitum, oculorum fluxiones auertit. Decoctum verò eius ex aqua oculorum inflammationes ac-

FORMA.

Planta est trifolio similis, folijs per ambitum serratis, caulis exilibus, compluribusq;. Flores edit albicantes, è quibus cornicula prodeunt incurua, longa, acuminataq;, in quibus semen gignitur subsulaum, pingue, & graueolens. Radice nititur tenui, sed fibrosa.

LOCVS.

Scratur pingui solo Februario, & Martio calidiori tractu.

QUALITATES.

Excaltat ordine secundo, & siccatur primo. Digerit, resoluit, emollit, pellit, & abstergit.

VIRES.

Farina ex mulla aqua decocta duros tumores digerit imposita, sed feruentibus inflammationibus obest. Lienes extenuat cum aceto, & nitro illita. Mucoso seminis decocto iuuantur veteri præclusiones, ac tumores, si in eo infideant fermina. Seminis mucago capillos, furfures, & manantia capitis vlcera purgat, & mulie-

LINVM, Græcâ, *Λίνον*: Arabibus, *BeZerichichen*, seu *BeZeribetan*. Italis, *Lino*. German. *Leinwurtz* *Glachs*. Hispanis, *Lino*. Gallis, *Lin*.

FORMA.

Matth.

Caulē edit sesquicubitalem, teretē, rectū, obsequiosum: folia oblōga, angusta, molliaq; ramulos promit in summitate ternos, quaternosve, in quib⁹ cærulei emicant flores. Semen edit in orbicularis folliculis in acutū desinentibus, planum, lque, cordis figura. Radice nitur vnica, nō tamē sine fibris.

LOCVS.

Idem.

Scrītur passim in campis, atrito, ac stercoreato solo.

QUALITATES.

Gal. 6.

Excalscit sepiē ordine primo, mediumq; est inter siccitatem & humiditatem. Quin. etiam emollit, resoluit, concoquit, & abstergit.

sim. me.

Matth.

VIRIS.

Diosc.

Semini farina cū melle, oleo, & exigua aqua decocta, discutit, atq; emollit tam internas, quàm externas inflammationes. Eadem cruda vitia cutis in facie, & varos tollit. Illita cum nitro, & siculneo cinere, parotidas, & duritias discutit. Ex vino decocta fauos,

& vlcera, quę serpant expurgat. Scabros quoq; vngues eximit. cum pari austro, & melle illita. Delinēta cum melle pectoris vitia extahit, & tussim leuit. Estur decoctum semen, melle, & pipere additis, ad excitandam venerem. Eisdem decoctum infunditur ad interancorum, & veteri erosiones: alui excrementa euocat, & est vtile admodum in deflectionibus quę ad vuluæ inflammationes perantur: Oleum quod è semine exprimitur valēt ad nervorū conuulsiones: perucile quoq; est omnibus sedis affectibus, & ad emolliendos induratos sumorum locos. Infunditur vtiliter coli dolore vexatis, daturq;, magno auxilio, potandū pleuriticis, & nephriticis. Medetur ambustis, ex aqua rosarum potens, & illitum. Præstat quoq; ad Lucernarum vsum, quod diutius igni resistit: peritur pictoribus, lapicidis, lignarijs, camentarijs, & ferrarijs fabricis.

Matth.



LINUM Sylvestric, Græcis, *Λίνον ἄγριον*. Italis, *Lino selvatica*.

LINUM SYLVESTRÆ.

FORMA.

Complures ab vna radice emittit *Matth.* caules, graciles, teretes, rectos, ac flexiles, folijs in caule vniuerso lini æmulis, sed breuioribus, ac firmioribus. Flores in cacumine exeunt pusillis è ramulis, aurei, lini floribus facie haud absimiles.

LOCVS.

Nascitur sponte in conuallibus in- *Idem.* culto solo.

QUALITATES, ET
VIRÆ.

Herba ipsa vna cum floribus deco- *Matth.* cta, & cum recenti butyro illigata tumores resoluit, & inflammationes lenit. quin etiam induratos articulos emolliat, addita altheæ radice, & gallinaceo adipe.

CENSURA.

Linum sylvestre hanc plantam à no- *Matth.* bis inuentam vocare libuit, non solum, quòd linum facie referat, sed quòd lini modo in stamina trahi possit.

N. 5.

* LINUM:



* LINVM Sylvestre caeruleo flore.

LINVM SYLVESTRIS.

FORMA.

Linorum sylvestrium varietas ex alijs autoribus peti potest, est enim infinita fere. Nobis elegantiusculam hanc speciem addere libuit, caeruleo flosculo Satiui æmulam, vti etiam folijs in tenuissimis virgulis sine ordine digestis, semen minus est, radix perennat.

LOCVS.

Oritur sponte circa Viennam, præsertim graminis declinibus & iuxta vias. *



GOSSIPIVM, Græcis, *Είον, Είονβαλ*, sine *μαυράλ*, sine *εγυπίας*. Officinis, & Barbaris, *Coton, Bambax, seu Bambafum*. Italis, *Bambagia, sine Coton*. Germanis, *Baumwoll*. Gallis, *Coton*.

GOSSIPIVM.



VIREL.

Lanugo combusta mirum in modum sanguinem è vulneribus manantem *Idem*. sibi eadem accensa, & naribus suffusa, vteristrangulatus auerit. Seminis medulla cussentibus, & regre spirantibus auxiliatur: genitale semen auget, & venæ stimulat. Oleum è semine expressum lentiginos, albos, & ceteras cutis infectiones in facie perunctum de let, & palpebrarum asperitates lenit.

FORMA.

Planta est quæ Gossypium *Martb.* profert folijs vitiginis, floribus luteis, umbilicatenus purpurascensibus: fructu exigui mali magnitudine, barbato, nncis ponticæ fere modo. is lanugine per quam alba refertus est, seminibus pipere maioribus, in quibus medulla est alba, ac pinguis. Planta feritur, adolescitque tribus, aut quatuor mensibus, ad arbuticula proceritatem.

LOCVS.

Scrityr in Creta, Cypro, & *Idem*. Sicilia insulis, quin etiam in Apulia, & alijs in Regionibus calidioribus.

QUALITATES.

Lanugo exalfacit, & eric- *Idem*. cat, seminis verò medulla exalfacit, & humectat.

CICER, Græcis, *ἰσίδωρος*. Arab. *Chepsi*, *Hamos*, seu *Halhamos*. Italis, *Ceci*. Græc. *Kichem*, *Kicherebes*, seu *Zifererbes*. Hispanis, *Granancos*. Gallis, *Cicis*, seu *Chicis*.

GENERA.

CICER.

Matth. Sativum est & Sylvestre. Sativum
Diosc. trium est generum, candidum columbinum vocatum. Rubeum venereum dictum, & nigrum arietinum appellatum.

FORMA.

Idem. Adolefcit cubitali altitudine. folijs oblongis, denticulatis, subalbicanibus, pilosis: caule lignoso, ramis multis brachiato, floribus subpurpureis è quibus siliquæ prodeunt breves, turgentes, hinc inde, in acutum tenuemq; mucronem desinentes, in quibus ad summum grana duo concluduntur.

LOCVS.

Idem. Scribitur pingui solo veteri appetente, & maturefcit æstate.

TEMPVS.

Idem. Demeritur atefcencibus siliquis. nam si citius extirpetur, semen rugosum euadit.

QUALITATES.

Gal. 6. Cicera calida sunt, & modicè hu-
Simp. me. mida, atq; amari tudinis usq; omnino expetita. Prouocant, abster-
Matth. gunt, aperiunt, attrahunt, discutunt, incidant & status excitant.

VIRES.

Diosc. Sativum Cicet vrinam elicit, colorem commendat, menses, & partus pellit. Lac auget cum cruo decoctum. Illinitur vtiliter ad testium tumores, verrucosæ formicas, scabiem, vlcera capitis manantia, & impetigines. Item cum melle ad catinomatæ, & contumacia vlcera, addita hordeacea farina. Arietinum atrox præter hæc præstat peculiaritèr cû rote marino ad hydropem, & regium morbum, epotò eius decoctio. Lædunt Cicera exulceratâ vesicam, & renes, stramonii calculi frangunt. Venere stimulant & geniturâ augent. Farina ex Intubi stillatâ aqua decocta, & illita locinoris tumores resoluit, & serpentiū morsib' megræ.

Matth.

CENSURA.

Errant maximè Germani, qui pisorum ius potandum exhibent ad abstergendum ventriculum. sibi persuadentes pisum columbinum esse cicet.

CICER



CICER Sylvestre, Græcis, *Ἰσίδωρος* & *Ἰσίδωρος*. Italis, *Ceri silvaticibi*.

CICER SYLVESTRIS.



FORMA.

Satius ciceri simillimum *Marth.* habetur, sed folia denticulata non sunt, & filiquæ minores rotundioresque spectantur. Est planta in uniuersum hirsutior, atque asperior.

LOCVS.

Nascitur sponte in agris, *Marth.* & locis incultis.

QUALITATES.

Excalfacit & siccat, & cum *Marth.* plus amaritudinis habeat, magis quàm satiuum abstergit, & aperit.

VIRES.

Ventrem subducit, sed flatibus, & intestinorum dolores gignit.

FABA.

FABA, Græcis, Κόμπος. Arabibus, *Hachille*, *Habaile*, *fiur* *Bachale*. Italis, *Fava*. Germanis, *Böwen*. Hispanis, *Hauer*. Gallis, *Fave*.

G E N E R A.

F A B A.

Matth.

Plura fabarum extant genera, forma, colore, & magnitudine differētia. Alię enim magnę sunt, alię parvę, alię subrotundę, alię compressę, & alię quidē colore albicante, alię sabrutilo, & alię subnigro.

F O R M A.

Idem.

Fabarum planta caule exit quadrangulo, obliquo, inani fragiliq; geniculis intersecto. alis etiam multis, è quibus flores complures ex vno pediculo racematim prodeunt. non vtrinq; quidem, sed vno tantum latere seriatim appensi, versicolore, hirti, ac cristati. Exeunt è cauli tami, in quibus folia habētur pinguis, vtrinq; quaterna. E ramuleulorum ca cuminibus claviculae prodeunt pretenuēs, ac singulares, quę facile perduntur. Siliquas edic ceteris leguminibus maiores, carnosioresq; in quib; fabę cōcluduntur. Vnica nitit radice paucis adnatis fibris.



Matth.

Seruntur in agris ceterorum leguminum modo.

L O C U S.

Q U A L I T A T E S.

Gel. l. 7.

In exicando, & refrigerando secundum vtrunq; ad medium temperamentum propinquissimè accedunt adstringunt, discutunt, desiccant, abibergunt, impingunt, sed flares gignunt.

simp. us.

V I R E S.

DIOSC.

Ex posca decōcta datur vtiliter deutoranda dy sentericis, & colicis. Lomentis eius tumescit, cum cum farina bordeacea illitum, vulnere inflammationes mitigat, cicatrices concorsas facit, surgentes lacte mammae lenat, & ab inflammatione vindicat: Lac extinguit, furculos, sugillata, parotidasq; cum fenogreci farina, & melle discutit: cum rosis autem, & ovi casido, proci dentes oculos, tumores, vnasq; reprimit. Subactum verò cum vino colorem suffusionem, & sctus recreat. Manducata faba, & frontillia fluxiones auertit, Fabam putamine illiti, capilla, qui post emulsionem renascuntur, gracile sunt, & minus nutrimēta capessunt. Fabalium caudum & siliquarum cinis cum veteri acongia illitus, praestabat xenodices, & veterem nervorum dolorem.

Matth.

FABA Sylvestris. Græcis, *βίβος ἀγρία*. Italis, *fava silvestris*.

FABA SYLVESTRIS,



FORMA.

Caules edit quadrangulos Martb. humi repentes, ac sese inuicem implicantes: folijs domesticæ fabæ similibus: floribusque in purpura albicantibus, è quibus siliquæ prodeunt, lupinorum modo pressæ, sed fabarum longè minores. In quibus semen continetur rotundum, fabaceo sapore.

LOCUS:

Provenit sponte in Apulia, Idem. campestribus locis.

FACULTATES, ET
VIRE.

Sunt qui dicant hanc esse Idem. dem cum domesticâ habere vires.

CENSURA.

Esti non desint qui hanc plantam Aracum domesticum faciant, nos tamen sylvestrem fabam eandem esse censemus.

ARA-

ARACVS, Græcis, *ἄρακος*. Italis, *aracco*.

ARACVS.

FORMA.

Matth. Aracvs hami repit, caule anguloso, flexili, subsæpero, cicerculæ haud absumile. folia illi sunt oblonga, caulem inferne ambientia, quæ summo cacumine clauicalas ténues fundunt: flores edit non magnos erui fere modo, è quibus siliquæ oriuntur pisi minores, in quibus semen est asperum, rotundum, pullo-colore.

LOCVS.

Idem. Nasçitur inter segetes, campestribus locis.

FACULTATES, ET
VIRES.

Idem. Abstergit, resoluat, desiccac, & expurgat.



FABA *Aegyptia*, sive *Colocasia*, Græcis, *Κλαμαρ Αιγυπτιακή*. Italis, *Fava d' Egitto*. Hispanis, *Bana de Egipto*. Gallis, *Fave d' Egipte*.

FABA *ÆGYPTIA*.



F O R M A.

Folia edit ampliusstarg. Diosc. leri: caulem cubito longiorem digiti crassitudine: florem roseum, dupla papaveris amplitudine, è quo folliculus prodit oblongus, vesparum fauis similis, in quo fabæ supra operculum bullantis ampullæ modo prominent. Radice nititur arundinacea, grandi, Colocasia peculiariter appellata.

L O C U S.

Provenit in *Agypto*, *Asia*, *Diosc.* & *Cilicia*, in *Lacubus*, & *paludibus*, feritur humenti glebæ mandata, & ita in aquam demissa.

Q U A L I T A T E S.

Sicuti nostram fabam *ma-* Gal. lib. 1. gnitudine præcellit, ita & *na-* de slim. turam humidioram, magisq; *facul-* excrementitiam sortitur.

V I R E S.

Manditur virens cruda, pariter & coctæ ad stringendi facultatem obtinet, *Diosc.* itaq; *dyssentericis*, & *cellacis* prodest, in parvo polentæ vice Lomento. Cortices in multo vino decocti, si tertii inde multi cyathi bibantur, magis proficient. Quod in fabarum medio viride spectatur gustu amarum, facit ad aurium dolere, si ritam cum rosaceo instilletur.

*Pinximus, hodierno die *Aegyptijs* dictam *Colocasiam*, quam peritissimi quiq; negant ferre eiusmodi flores, quales Autor suæ tribuit, & nos parva imagine repræsentatos adiecimus.*

LENS, Græcis, *Λέντις*: Arabibus, *Hades*. Italis, *Leute*, & *Leuticchia*. Germanis, *Linfen*. Hispanis, *Lentejas*. Gallis, *Lentille*.

LENS.

G E N E R A.

Matth. Duum est generū. Album, quod altero minus est, & in cibis gratius. Cinereo colore alterum, orbe paulo maiore.

F O R M A.

Idem. Maior folio exit vicis, minore, flore hanc longè abfimi, in purpura candicante. Siliqua parva compressa, molli terq; in lätitudinem fusa in qua semina ternā, aut quaternā concludantur, rotundā pressa, tenui putamine contexta.

L O C U S.

Idem. Seritur vbique in campis, cum cæteris leguminibus.

Q U A L I T A T E S.

Gal. lib. 8. In caliditate, & humiditate medium tenet, desiccatur tamen ordine secundo, valenter quoque adstringit. Ipsum itaq; eius corpus desiccatur, & sistit ventrem, decoctum verò prouocat.

Diosc. Inflat, lenit, glutinat, extinguit, purgat, discutit.

V I R E S.

Diosc. Cum cortice cocta, & deuorata aluum sistit: contraxerit diu prius prouocat. Dantur vtiliter triginta grana delibrata ad ventriculi subuersionem: ex carbina hordeacea decocta, & illita, podagras lenit. Sinus cum melle glutinat: fistas rumpit, vlcera purgat. Decocta in aceto duritias, & strumas discutit: Coctoneo malo, aut meliloto medetur oculorum inflammationibus. & adde maris aqua, valet ad nomas, quæ in gangrenas euaserunt. Cocta in aqua maris & illita, hæc in mammis concretum dissoluit. Frequenter in cibo sumptorum aciem obtundit, agrè concoquitur. Stomachum lædit, eumq; & intus inflat. Somnia tumultuosa excitat. estq; capiti, neruis, & pulmomi inun-



**LENS MINOR.* Grecis *καλλιόρα* & *καλλιόρα* *λεν*. Germ. *Nicht* *linsen*.

LENS MINOR.



F O R M A.

Strigosior est in totum quam maior, & tenuioribus exit cauliculis, durioribus & obliquis foliolis, angustioribusque & minoribus. flores exigui simpliciter albi, siliquæ minores minora semina habentes.

L O C U S.

Seritur & hæc in campis, utraq; solum amat tenue, cœliq; temperiem siccam.

Q U A L I T A T E S.

Huc refer quæ de prociote scribunt auctores.

V I R T U S.

Equipollent & hæ præcedentis facultatibus. *

PHASIOLI, Græcis, *Φασόλιον*. Italis, *Fagioli*, Hispanis, *Fasfolos*. Gallis, *Fafols*.

PHASIOLL

GENERA.

Matth.

Diuerſa, variaſq; ſunt Phaſiolorum genera, varijs coloribꝰ diſtincta. Nam candidi, ruſceſcentes, melini, nigri, ac diuerſis reſperſi maculis reperiuntur.

FORMA ALBORVM.

Matth.

Albi, & magis vulgares, qui in campis ſeruntur, ſine pedamento per ſe reguntur, in latum ſeſe pandentes, folijs hederaceis, lauioribus tamen, & mollioribus, ternis ex vno pediculo prodeuntibꝰ, flore candido, piſi minore. è quibus cornicula prodeunt incurua, ſpithamę longitudine, in acutum deſinentia, quę per maturitatem albeſcant. In his ſemina plura cõcluduntur quadrupedum renibus ſimilia, alba, umbilico excepto, qui tantum in ijs nigricat.

L O C V S.

Matth.

ſeruntur in agris, in ſe Maio, & quandoq; poſt meſſem.

Q U A L I T A T E S.

Simon

Seibi.

Gal. 4.

ſimp. me.

cap. 23.

Matth.

Excalfaciunt, & humectant ordine primo. Atqui fului, flauī & rubri, alii calidiores ſunt.


V I R E S.

In cibis ſumpti inflant, & ventriculo laborem faciunt, ſemen tamen gerant, & venerem ſollicitant, & præſertim ſi cum longo pipere, galanga, & ſicharo aſpergantur. Id autem valentius præſtant, ſi ex lacte bubulo coquantur, quouſq; tumpantur. Redduntur in cibo innocentioreſ, ſi cum ſinapi, aut ſemine edantur. Tumultuoſa præterea, ac terrificæ ſomnia re præſentant, conuulſa dum viridia ſunt & tenera, elixantur, & cum pipere in acetarijs, eduntur. Phaſioli maſticati, & illiti ſanant e quorum morſus. Adduntur etiam in facibus quibus mulieres faciem concinnant.



PISUM, Græcis, Πισίον. Italis, Pisello, & Biso. Germanis, Erbsen.

PISUM.



GENERA.

Duum est generum, Alter Matth. rium maius, alterũ minus; Maius pedamento gaudet, minus humi accumbit.

FORMA MAIORIS.

Maius caulibus exit fistulosis, ramosisq; claviculis multisè ramorum summitatibus prodeuntibus, folijs numerosis, longiusculis, subpinguibusque. Siliquis cylindraceis, rotundo, & candido semine se se intus stipante albi ciceris maiore. Flores edit papilionis animalis figura, umbilicotenus purpureos, & quãdoq; in uniuersum candidos. Radice est imbecilli.

LOCVS.

Facilem & solutam terram Coluvel. desiderat, & in apricis serit. lib. 2.

QUALITATES.

Exiccant, & refrigerant Gal. de

brum modo, atramen non æquè ut fabæ sunt flatulenta; tum etiam, quòd defac. aliu. tryendi facultatem non habent.

VIREB.

Vbi faba nõ sit ad manus, pisum eius poterit esse succedaneum, præterquam in morbis, qui absterfione opus habent.

CENSURA.

Qui scribunt Pisum iure hausto purgari puerperas, anriginosos sanari, & squa in re cute laborantes inuari, proculdubio decipiuntur, quòd hoc haudquaquam præstare possit medicamentũ, quod refrigeret & licet ciceri enim, quæ pisa ij esse credunt, non ipsa pisa, id præstare possunt.

PISUM minus, Græcis, Πικρὸν μικρόν: Italis, Pisello minore. Gallis, Pois.

PISUM MINUS.

G E N E R A.

Marsh. Duam est generâ, album;
& subnigrum, quod Erulliam
vocat.

F O R M A.

Idem. Maiori per omnia simile,
sed minora & graciliora illi
sunt omnia, humiliq; accumbit.

L O C U S.

Idem. Seritur, vt. maius, aprico
loco, solo probe cuito, ac solo-
luro.

Q U A L I T A T E S.

Idem. In qualitatibus omnibus
nihil profus à maiori differt.

V I R E S.

Idem. Vires eadem minori in-
sunt, quæ maiori inesse dixi-
mus.



ERYVM, *Garcia, O^r, &c.* Arabibus, *Herbum, Keryfane, fise Keryfane*. Officinis, *Ory-*
lin. Italis, Erva, fise Marda.

ERYVM.



etiam emolliendi vim habet.

Farina victa cum melle purgat, Lentigines, & vitia cutis in facie, & maculas **Diosc.**
 in toto corpore siccata delet. Nomas, & gangrenas diutius serpere non patitur.
 Mammarum durities emollit, carbunculos rumpit, atra ulcera emarginat, cum
 vino sabacta, & illita, viperarum, & canum moribus medetur. vrinæ difficulta-
 tem, atq; etiâ renalimos ex aceto mitigat. Melle excepta, ac delineta, crassa pul-
 monum excrementa eicit. Eryum à ieiunio deuoratum licnem minuit, ingui-
 num bubones resoluat ex melle illitum. Virentes siliques cum suo caule, folijsq;
 cortice, illitæq;, capillos denigrant. Farina viperæ passillis additur. Damna-
 tur autem Eryum in cibis sumptum.

CENSURA.

Astipulandum haud ijs est, qui Eryllam Pisi genus, Eryum esse contendunt.

GENERA.

Duum est generum, Candidum, **Diosc.**
 & Rufum. Gal. quoq; tertium
 addidit nempe pallidum, in-
 ter prædicta medium.

FORMA.

Planta est sarnerosa, folio- **Matth.**
 saq; humi proceubens, ramis
 sese implicantibus, folijs par-
 uis, longiusculis, lente mino-
 ribus. flores edit paruos, sub-
 purpureos, & quandoq; can-
 didos, siliquam pisi breuio-
 rem, gracilioremq;, in qua ro-
 tundum concluditur semen,
 conclusa inter granum & gra-
 num siliqua.

LOCVS.

Nascitur sponte in aruis, &
 seritur quoq;.

QUALITATES.

Calfacit ordine primo, & **Gal.**
 siccac secundo intenso: quare *suap. me.*
 nus autem amaritudinis est
 particeps, eatenus incidit, ex-
 tergit, atq; obstructions ape-
 rit. Itè impinguat, vrinam ci-
 et, aded vt quandoq; sangui-
 nem cum vrina trahat, quin

VIRES.

LUPINUS, Græcis, *ἑλπίς*. Arabibus, *Tarinus*, *Arinus*, *san Torinus*. Italis, *Lupini*. Germanis, *Bisbonen* / *Boisbonen*. Hispanis, *Entramucos*, *sive Entramucos*. Gal-
lis, *Lupinus*.

LUPINI.

F O R M A.

Matth.

Vnico exit caule, haud in-
firmo, folio septifariam disse-
cto, piloso, molli, subalbican-
te, flore candido, siliquis faba-
ceis, compressis; albicantibus,
per ambitum crenatis, in qui-
bus quina, senave continen-
tur grana membranis distin-
cta, orbiculata, alba, prossa,
umbilicata, & insigniter ama-
ra. Radice nititur subsuave-
scente, ac diuaticata.

L O C U S.

Idem.

Scrivatur in agris, sterili solor-
nâ ipse solum sibi impinguat.

Q U A L I T A T E S.

Idem.

Excalfacit, & siccat mani-
festè, abstergit, aperit, dige-
rit, resolvit, & attenuat.

V I R E S.

Diosc.

Matth.

Farina ex melle sumpta, ven-
tris animalia pellit. Idem præ-
stat ventri illita. Præstat hoc
idem eorundem decoctum cum tuta, & melle potum. Idem Licnosophorum,
quin etiam ulcera tetra, gangrenas, pustularum eruptiones, ulcera in capite ma-
nstantia, vitiligines, maculasque fori sanat: menses, & partus extrahit in veller
subditum cum myrrha, & melle. Eorum farina cutem, & liuores abstergit: in-
flammationes quoq; cum hordæacea farina, & aqua mitigat: coxendicium em-
ciatus ex aceto lenit. Cocta in aceto, & illita strumas dissipat, & carbunculos
rumpit. Lupini in celesti aqua decocti, quousq; lentescant in pulcem, faciem
abstergunt. Radicis decoctum ex aqua, urinam ciet. Ij ubi macerati dulcescent
cæperint, cum aceto poti, fastidium detrahunt, & cibi aviditatem faciunt.



*LUPINVS sylvestris, Græcis, *Σικυρα*. Germanis, *Weldt Fenchonen/ Cindischer Bohn.* Posteriore tamen vocabulo eum dignantur qui florem luteum profert.

LUPINVS SYLVESTRIS.



GENERA.

Lupini sylvestres aliquot à se invicem differentias habere observantur, inter quæ præcipue duæ.

FORMA.

Prior luteo flore copioso, pulchro, suaveolente spicato insignis est, violam luteam odore & colore prope æmulis. folia & caulis domestico similia sunt, siliquæ minores, duriores, hirsutiores, semina includentes minora, sapore amariss. multis maculis variegata. Alter altius exerescit, & ramosior fit, folijs tamen angustioribus, & minorib. flocculis è caruleo purpurascensibus aut subrubentib. præditus est: fructus minuti, colore sordido, vario, & nonnihil liuente aspersi sunt.

LOCVS.

Orisatur plerisque locis sponte, sed nobis non nisi sati proveniunt.

FACULTATES.

Amaritudine superant sicciosos, ut Galenus inquit, ideoque præpollent in eis cum ipsius generis facultatibus.*

O 3 RAPVM,

RAPUM, Græcis, *ῥαπὺν*. Arabibus, *Selien, Selgem, Selgrem; sine Alfegrem.* Italis, *Rape, & Reuo.* Germanis, *Rübet.* Hispanis, *Nabo.* Gallis, *Rens.*

RAPUM.

G E N E R A.

Matth. Trium est generum, sessile, longum, rotundum.

F O R M A.

Idem. Rapum aded omnibus vulgare habetur, vt superuacaneū sit eius formam describere.

L O C U S.

Idem. Seritur in campis, citoque prouenit, nam post messem factam, vbi seges prius fuerat, alpinis tractibus tribus mēsis perficitur.

Q U A L I T A T E S.

Gal. Radix exalfacit & humectat. Semen verò calidum est, & siccum: cum autem sit etiam amarum, abstergit, aperit, digerit, prouocat, flatu gignit, & veneream excitat.

V I R E S.

Diosc. Radix elix, ex iure carniū alit, sed flatu gignit, humentem ac mollem carnem creat. Veneream stimulat, & præsertim cum longo pipere deuorata: formi rapi decoctum pedagricòs, & pernioles iuuat. Si ex canarū radici cera vna cum rosaceo adigatur, & seruenti sub cinere reoquatur, auxilium non infimum est ad exulceratos pernioles. Cymæ prius elix, deuorata, vrinā cient. Semen potum venenis aduersatur: quare in antidotis additur. Constat experimento, vtere ad variolas & morbillos, nam potum semidrachmæ pondere morbillos tentes ad cutim expellit.

Matth.



RAPUM LONGVM



Forma tantum ab altero
differt. Cetera vero nihil dif-
ferent.

RAPVM

RAPUM sylvestre, Græcis, *ραψαν άγριο*. Italis, *Rapa silvestica*.

RAPUM SYLVESTRIS.

F O R M A.

Math. Pronenit sylvestre rapum folijs, caule, floribus, siliculis, & semine domestico non ab similibus, sed omnia agrestiora, asperiora, hirsutioraque spectantur. Radicem habet raphani modo longam, crassamq;: sed sapore domestici rapæ, præditam, acriore tamen & amariore.

L O C U S.

Idem. Nasçitur in agrorum marginibus, & iuxta semitas.

Q U A L I T A T E S.

Idem. Radix, quoddacrior, amariorque sit, excalfacit ordine secundo, & siccat in principio primi. Atqui semè id longè valentius præstat: præterea abstergit, incidit, aperit, attenuat, & pronocat, magis quàm domestici.

V I R E S.

Idem. Semen in farinam tritum, lentigines, & alphas exteric: potum ventriculimalia pellit, & urinam eicit.

A P P E N D I X.

Tametsi scimus hanc plantam non esse Dioscoridis sylvestre rapum, cum tamen notis omnibus rapum referat, nobis sylvestre rapum ipsam appellare libet.



RAPUNCULUS, Italis, Rapanzolo. Germanis, Rapunzel.

R A P U N C U L U S.



V I R E S.

Estet cruda radix, ac pariter cocta in acetarijs, quod maximè gustui placeat, & appetentiam excitet. Creditur quod radix elixa, & cum longo pipere deuorata, lactis ubertatem in nutricibus faciat.

C E N S U R A.

Non rectè sentiunt, qui putant Rapunculum, Rapum esse syluestre Dioscoridis: Horum enim sententiæ repugnat Theophrastus lib. 7. c. 6. de plantarum hist. quippe qui syluestre rapum radice constare longa raphani modo, breuiq; caule consistere scribit.

F O R M A.

Planta est cubitalis, caulis pluribus ab vna radice prodeuntibus, in cacumine ramosis. Folia profert anteaquam caulem edat, oblonga, humi recubantia, sed quæ in caule sunt, angustiora & longiora habentur. Flores fert in ramusculorum cacuminibus cæruleos. Semen concluditur simplici calyculo nigrum, ac minutum. Radice nititur longiuscula, crassiuscula, & media sui parte extuberante, alba, fragili, terrena, & subdulci sapore prædita. Martb.

L O C U S.

Nascitur in aruis non cultis, in collibus amœnis, & in pratis. Idem.

Q U A L I T A T E S.

In caliditate & frigiditate Martb.
dix nõ longè abest à temperatis, imo nec in alijs qualitatibus.

NAPVS, Græcis, Βουράς. Italis, *Napone*, & *Nagone*. Germanis, *Stechrüben*. Hispanis, *Nabica*. Gallis, *Nasset*.

GENERA.

Matth. Plura Theophrasto & Plinio habentur genera. Verùm nobis duo tantum feruntur, nempe album, & subissuum.

FORMA.

Idem. Folijs atq; radice, raphano similis est, canle verò, florib⁹, & semine rapum æmulatur.

LOCVS.

Idem. Feruntur napi in campis, raporum modo, & in hortis.

QUALITATES.

Idem. Radix exalfacit ordine secūdo, & humectat primo in corpore: atq; semē exalfacit & siccat, abstergit, aperit, digerit, prouocat, & incidit.

VIRES.

DIOSC. Cocta radix inflat, medicum alit. Semen potum venenorum vires hebet, quare antidotis miscetur. Necat idem interea eorum vermes ex limonum, at Citriorum succo potum: ex adiantum decocto sumptum morbillos, & anthemata ad cutim propellit, & morbi malignitatem superat. Datur vtiliter cochlearis mensura; addita Lini seminis drachma ad eiciendam urinam. Ventriculi cruditates vomitione extrahit ex oxymelite, & tepētia aqua sumptum. Datur quoque diebus pluribus quotidie drachmæ pondere ex marubij stillantia aqua, aut decocto, vtiliter potandum regio morbo laborantibus. Semen, iustus pressumq; copiosum remittit oleum, ad omnia vtile, ad quæ semen.

NAPVS.



RAPHANVS, Gercis, Papeis, & Papeas. Lat. Raphanum. & Rafis. Arab. Fegal. *fus Fegil.* Indis, Rafano, & radice. Germanis, Rattich. Hispanis, Romano, & Ranzola. Gallis, Roffert.

RAPHANVS.



VIRES.

Mala vrisam cic. Decocta contra veterem tussim, & pituitæ crassitiem in pectore efficacissimas vilis, fuggillata cum melle delet: auxiliatur contra viperarû istus. Albescias ad plures reduc. Lentiginis cum loliacea farina cinendat: valet aduersus fungorum venenû quoquo modo sumpta: mensis cic. Racens minutim incisa, & ex albo merato, & butyro in sartago calcata, pubique adhaeta, remorata viam pellit. Idem præstat eius succus duarum vesiarum pondere ex vino Cretico haustus. Corticis vinea cum mercurialistantundem croci granis quatuor. Calix odorate drachma. Et duabus sacci sabine: omnibus rarissimo linteolo coarctus, & subposina, subuenit præsentaneo auxilio egre parturientibus. Radicis succus cum oleo amarum amygdalarum & vini albi nonnihil feruet factus, addito colocynthidis momenta, aurum fortius curat.

CENSVRA.

Errat profectò qui raphanum rusticarum, de quo statim dicitur, Armoraciam faciunt.

GENERA.

Duum est generum. Satiuosum & syluestre, quod Armoraciam Latini vocauerunt.

FORMA.

Folia fert napo similis, aspera, atq; hirsuta: caulis illi teres, flos alb°, silique tumētes, ac mucronatæ, semine int° rotūdo, rufo, acuto sapore. Radice nititur varia: nonnullis. n. inest longa, alba, teres, tenera, fragilis, nec admodū acris. Aliquibus crassa napa figura, altera longè durior & acrior. Differt quoq; colore: namq; alba & nigra vbiq; fere habetur, non solū satiuæ, sed agrestis quoque.

LOCVS.

Satiuus feritur in hortis, & agris. Agrestis sponte prouenit in campestribus in agro Romano.

QUALITATES.

Radix exalfacit excessu tertio, & exacerat secundo, sed in vitroque agrestis efficacior. Semen autem longè efficacius est. Quin etiam digerit, aperit, promocat, incidit, extenuat, rarefacit.

RAPHANVS longus. Italis, *Radice longa.*

RAPHANVS LONGVS.

FORMA.

Radicis forma tantum ab altero raphano differt, quæ in hac longa, tenera spectatur, in altera dura solidaque habetur, ac magis quoque acris.

QUALITATES,
ET VIRES.

Cùm sit altera mitior: mitiores quoque vires possidet.



RAPHANVS Rufficenus montanus, Græcis, *ἀγρία ῥάβδος*. Italis, *Rafano*, & *Rafano*. Germanis, *Strm.* Gallis, *Rafan*, *ſive Raſfort ſauage*.

RAPHANVS RUSTICANVS.



F O R M A.

Folijs prouenit Hippolapa Matth. thi proximis, radice lōga, pollicis craſſitudine, ac etiam craſſiore, acerrimo guſta, ſinapi haud abſimili: floribus in caulium ſummitatibus albis, & puſillis.

L O C V S.

Nascitur ſponte in pratis, vi *Idem.* tid & ijs, & ſecus itinera.

Q U A L I T A T E S.

Radix exalfacit, & ſiccit ordine tertio completo. Aperit, pellit, incidit, prouocat, at tenuat, & abſtergit.

V I R E S.

Ea omnia poteſt, quæ domeſtica, & agreſtis radix, ſed valentius operatur. Quinetiam ſinapivires obtinet, vrinam, & arenam valentius pellit. Illinitur contrita radix ex vino albo, & recenti buryo calefacta, vtiliter pubi ad ciendam vrinam, ſiue ſit dolor nimium calculi, ſiue ex craſſa, lentaq; pituita velleæ ceruicem obſtruyente. Iſti quocūq; datur quoq; non paruo auxilio, potandum vinum, in quo incilla radix ſinit macerata. Germani, Vngari, atq; Poloni hæc radice ſuos condiunt cibos, in quibus quæſquam appetentiam facit, reuera tamen, & caput lædit, & nidoſas eruſtationes mouet.

C E N S V R A.

Rectius forte ſaperent, qui hæc plantam perpetam Armoraciam faciunt, ſi Creteæ Thlaſpiæ, de quo in Thlaſpi meminit Dioſcoridem eſſe ſcribentem.

SISER, Græcis, *Σισυραριον*. Arabibus, *Calcas*, *Fij-crass*, *fiue Seiseren*. Italis, *Sifen*.
Germ. *Ortschindern*.

SISER.

FORMA.

Matth.

Folis promit hortensi pastinacæ similis, breviora tamen, atq; minora, cœules etiam similes habet, striatos. Semen in umbella provenit, petroselinæ modo: Radicibus nititur numerosis, asphodeli modo, teneris, fragilibus, dulci sapore, & amarifleno, oñi gratis, tenui intus matrice.

L O C U S.

In Germania vbi passim habetur, scriitur in hortis.

QUALITATES.

Gal.

simp. m.

Radix exalfacit ordine secundo, aperit, digerit, urinam ciet, adiuuctamq; habet amaritudinem, cum leuicula adstringente.

VIRIS.

Diosc.

Matth.

Stomacho haud inutilis est, appetentiam iuuat. Venærem stimulat.



SISER alterum, Italis, *Carota bianca*. Germanis, *Siersta* / sine *Siersta*. Hispanis, *Chiridos*. Gallis, *Cherij*, sine *Giroles*, aut *carottes blanches*.

SISER ALTERVM.

F O R M A.

Folia caules, umbellas, flo *Idem*. res, & semen habet sylvestris pastinacæ. Radix, napi effigiem repræsentat, colore albicante, aut sublauescente, sapore subdulci, ac simul amarifculo.

L O C U S.

Scitur in hortis, ac etiam *Idem*. in agris, in vniuersa Germania, & Boemia.

Q U A L I T A T E S.

Excalfacit, & humectat, *Idem*. inflat, aperit, urinas mouet.

V I R E S.

Valet radix ad ea omnia, *Idem*. ad quæ Siser primam valere diximus.

A P P E N D I X.

Tametsi sub Siseris alterius nomine hæc planta posita sit, nihil tamen cum legitime filere habet cognationis.



LAPATHVM, sine Rumex, Græcis, *Αδωδαρύ ή Ράδαδωδω*. Officinis, *Lepatio acutum*. Arabibus, *Humad, sine Humad*. Ital. *Lepatio, sine Rombica*. Ger. *Amffel*. *Wengelwurk*. *Streichwurk*. *Stickerwurk*. Hisp. *Labara*. Gallis, *Lepati, Parete*.

GENERA.

Marb.

Quina habentur genera: Oxylapathum, Sativum, & Rumex, Sylvestre. Quartū quod quidē Oxalida, alij saxinida vocant. Et Hippolapathum.

FORMA RVMICIS, ET OXYLAPATHI.

Idem.

Exit Rumex folijs betæ nigre proximis, sed minoribus, plantagini ferè equalib^o, humi accubantibus. Caulis illi inest cubitalis, striatus, flore rubescente, semine minuto, pellucido, nigricante. Radicibus nititur longis, flavo colore. Oxylapathum autem folijs pronenit longioribus, in cacumine acutis, cætera Rumici similia sunt.

LOCVS.

Prouenit Rumex sponte in hortis, secus itinera, & incultis locis: Oxylapathum verò, in aquosis, & palustribus.

QUALITATES.

Gal. lib. 7.
Aeth. w.

Lapathum moderate digerentē sortitus est facultatem, ac oxylapathum mistam: nam cum eo, quod digerit, non nihil quoq; reperit. Semen autem eorum, manifestam quandam adstrictionem obtinet.

VIRES.

Gal. lib. 1.
Aeth. w.
Marb.

Vtrinq; semē, & præsertim oxylapathi dysenterias, diarrhas, ac cætera ali profluvia cohibet potum. Præstat ad eanum rabidorū morsus, fotu vulneri applicatū, & herba ipsa illita, atq; vna cū radicibus potni data. Vinum in quo oxylapathum decoctum sit, diebus aliquot potum, auriginē pellit. Aqua tota planta distillata, vna cum caphuræ momento, postulas in facie delet. Herba pubillita, vrinam ciet. Quin etiā radicum ex vino decoctum potum, calculos renou frangit. Idem præstat radicum siccarum puluis. Earundem decoctum fomentū adhibetum scabiem sanat. Idemq; præstat suecus cum sulphure illitus.

*LAPA-



*LAPATHUM rubrum, Cretense, vulgo sanguis Draconis. Græcis *Ἐρυθρὸν ὄξυς*.
 Germ. Rot Ampffel. Drachenblut.

LAPATHUM RYBRYM.



F O R M A.

Folia & caulis cruento fuc-
 co turgent, ut manus infici-
 ant si premantur, radix lutea
 est ut vulgatis lapathi, cui fe-
 tē per omnia respondet, ex-
 cepta magnitudine.

L O C U S.

Frequētius in hortis quam
 alibi nascitur & seipsum serit.

F A C U L T A T E S.

Gustu nitrofore quā oxy-
 lapathum esse deprehendi-
 tur. Reliqua huic sunt eū co-
 dem communia. Aluum cit
 iusculum aut expressus suc-
 cus sanguineus totius plan-
 tæ. Semen eius pulverisatum
 & in aliquo decocto adstrin-
 gente potum singularem ha-
 bet efficacitatem in sistendis
 nimis mensibus & similibus
 fluxibus.*

OXALIS, Græcis *Ἠράκλις*. Officinis, & Italis, *Acetosella*. Germanis, *Sauer Ampffer*. Hispanis, *Azedrilla*, *Agrelles* & *Azedas*. Gallis, *Oseille*, *Vinette*, *sive Sabette*.

OXALIS MAIOR.

G E N E R A.

Matth. Duo est generum. Maius & minus.

F O R M A M A I O R I S.

Maior foliis promit Lapatho adeo æmula, vt quandoq; oculos fallat: at tamen minora sunt, læuora atq; paulò angustiora. Et ab ipsorum exortu sagittali ferè figura, acido omnino gustu. Radice nititur, vbiq; fibrata, sed non rumicis modo fulua, sapore perinde ac folia, & caules. Semen profert subrubrum, paruum, & acuminatum. caulem cubitalem, & striatum, & succosam.

L O C U S.

Idem. Nascitur spontè in pratis, & seritur etiam à nonnullis in hortis.

Q U A L I T A T E S.

Idem. Refrigerat, & siccat excessu secundo, digerit, aperit, & nonnihil incidit.

V I R E S.

Matth. Herba ipsa biliosis, ac pestilentibus febribus aduersatur. Præstat & ad cordis affectus. Sitim sedat, putredini resistit. *Diosc.* vermes necat, appetentiam excitat. Semen fluentem aluum cohibet, dysentericos, & cæliacos iuuat; stomachi fastidia tollit. Sanat scorpiouum ictus, quòd si quis in potu præsumat, nihil molesti patietur ex ictu. Hæc omnia præstat non solam semen, sed vniuersa quoq; planta.



Oxalis minor, Acetosella ouillax. Gr. $\alpha\kappa\epsilon\iota\varsigma$, ἰσχυρὸν $\mu\epsilon\gamma\alpha$ à Italis, *Acetosella*, *Sarcocolla*, & *Janiccola*. Germ. Klein Sauerampffer, Schöpffampffer. Gallis, petite Oseille.

OXALIS MINOR.



FORMA.

Folia promit alteri longè Matth. minora, pinguiscula, lanceæ cuspidis figura; leuia, minutisque, ac rubentibus venulis exarata acidioraque quàm in maiori. cauliculos edit pedales, tenues, in quibus flosculi numerosi spectantur rubentes, ac foliacei, & semen vt in altera subrubens, sed longè minus.

LOCVS.

Crescit excolto solo, & in *Idem*. culto.

QUALITATES.

Refrigerat, ac siccat perin- *Idem*. de ac altera: digerit, & incidit.

VIRES.

Omnia belle potest, quæ *Idem*: maior; nec infirmioribus pollet viribus.

HIPPOLAPATHVM. Græcis, *ἵππολαπάθος*. Officinis, *Rhabarbari Monachorum*.
 Italis, *Rombice maggiore*. Germ. *Rhinch Rhabarbaren*. Gallis, *Rubarbe de Merue*.

HIPPOLAPATHVM.

G E N E R A.

Marth. Duū est generum, alterum Hortense, alterum sylvæstre.

F O R M A.

Idem. Planta est grandis, ac formosa, folijs, semine, radicib⁹, ac cæteris invniuersum notis, minori lapatho similibus; sed omnia longè maiora, nam folia grandia sunt, helenij ferè modo, radix pariter grandis, vegeta, fuluo colore.

L O C U S.

Idem. Alterum feritur à plùribus spectaculæ causa in hortis, & viridarijs, alterum sponte nascitur in palustribus.

Q U A L I T A T E S.

Idem. Digerit, abstergit, mandat, aperit, prouocat.

V I R E S.

Idem. Radicis succus cum sulphure illitus scabie'm sanat, cum lupinorum verò farina lentigines, alphas, & alias cutis infectiones extertit. Radicis dilutum, ex vino paratum præstat, ad pellendos renum calculos. Idem facit siccæ radicis pulvis drachmæ pondere ex meraco potus: quin etiam ex marrubij decocto haustus auriginem curat.



LAMPSANA, siue Brassica hylustris. Germanis, *Kraut* & *Saffboef*. Græcis, *Απολίαν*. Italis, *Cenolo saluatico*, & *rapo falso*, & *rapastrella*.

LAMPSANA.



FORMA.

Planta est pedalis altitudinis, hirsutis folijs, sinapi non ab similibus; flore melino subalbicante, semine in corniculis erucæ modo sursum spectantibus.

LOCVS.

Nascitur sponte in campis *Mattib.* cultis, & incultis.

QUALITATES.

Semen exsalfacit, & siccatur. *Gal. li. 6.* abstergeâdi, digerendiq; non *simp. me.* nullam facultatem possidet.

VIRES.

In cibum sumpta; succos *DIOSC.* prauos præcreat, & plus alit, quàm rumex.

BLITVM, Græcis, Βαλίη Arabib, Bachel, Lemnia, siue Bachel alicianis. Italis, Blite, Biedone, & Bietolone. Germa. Mayer. Hisp. Bredos. Gal. Blitte.

GENERA.

Matth. Duum est generum, Rubrū & Albū, & in rubri genere maius & minus.

FORMA MAIORIS.

Idem. Rubrum maius, crescit ad arbusculæ magnitudinem, folijs & caule alterius longè maioribus: flore grandi, numerosas veluti panniculas fundente, caecuminibus deorsum spectantibus, atque rubentibus amaranchi ferè modo, caule brachiali crassitudine, firmo, lignoso ac striato.

LOCVS.

Seritur in hortis & vitarijs, & habetur etiam fœtilibus ad fenestras opacandas.

QUALITATES.

Gal. li. 6. Refrigerat & humectat Blitum. ms. tum ordine secundo.

Gal. 2. de Sumitur in cibum, sed stomacho infestum est. Datur edendum adnecis sim. fac. Scorpionum ictus, quinetiam succus idem facit, cum vino potus. Illinitur ex Plin. lib. leo, ad lienis, & temporum dolores.

206.21.

BLITVM.



VIRES.

BLITVM cubitum minus, Græcis, Βλαβίον μικρόν. Italis, Blète, Bietone, aut Bietolo-
 seminare, & Gelsia.

BLITVM RVERVM MINVS.



FORMA.

Folia promit purpurea, *Match.*
 amaranthi proxima, minus
 tamen rubescens. Caulem
 quoque habet purpurascen-
 tem, striatum, cubitalem-
 que. flores edit spicatos, sine
 in racemi modum, pariter
 purpureos: Radicem multi-
 fidam, purpureo succo præ-
 gnantem.

LOCVS.

Seritur in hortis, ac etiam *Idem.*
 in ijs spontè prouenit.

QUALITATES.

Refrigerat, humectat, & *Idem.*
 emollit.

VIRÆ.

Auxiliantur peculiariter *Idem.*
 ad menses remorantes pro-
 uocandos, molas, & secun-
 das educendas, si feminæ vapore decocti calidi suffiantur, aded, vt vapor ad
 vtrum ascendant.

BLITVM

BLITVM album, Græcis, Βαϊτὴ λευκὴ. Italis, Blito, Biedone, & Bietolone bianca.

F O R M A.

Matth. Folia profert Blito rubro minori similia, subalbido colore. Flores & semen racematim tenuibus insident ramuliculis, ex alarum caulis prodeuntibus, panicularum effigie.

L O C U S.

Matth. Sponte nascitur in agris nō cultis, secus itineta, ac etiam in hortis, & arcis.

Q U A L I T A T E S,
E T V I R E S.

Idem. Iisdem qualitatibus & viribus pollet, quibus & cætera genera.

BLITVM ALBVM.



*BLITVM

*BLITVM sylvestre. Polyspermon Aloysij Anguillare. Græcis, Βαίτην ἄγριον, aut
malabarica. Germanis, Wilder Meier; Wilder Traubenkraut. Italis, Biedemi, seu
Bite salatica. Hispanis, *Bredes saluges*. Gallis, *Biete sauvage*.

BLITVM SYLVESTRE.



FORMA.

Minus est reliquis generibus Bliti,
 folijsq; ocymi angustioribus, flosculis
 racemosis, & semine copiosissimo Bo-
 tryos instar, nigro splendente, radix al-
 ba gracilis.

FACULTATES.

Hac mirè capiuntur pisces, vt expe-
 riëntia confirmari tradunt.*

MALVA, Græcis, *Μαλίζη*. Arabibus, *Chubetæ*, seu *Chaberi*. Ital. *Malva*, & *Malva*.
Germ. *Pappel*. Hispanis, *Malva*. Gallis, *Malva*.

MALVA.

G E N E R A.

Matth. Una horrensis, altera agrestis, & utraq; maior, & minor.

F O R M A.

Idem. Vulgaris ad eodè notitiæ majus est, ut eè calamo delineare opus non sit.

L O C U S.

Idem. Prouenit sponte, & facit quoq; in hortis & vitidarijs, & ubique.

Q U A L I T A T E S.

Gal. li. 7. sup. me. Domestica quanto plus habet aquee humiditatis, quàm agrestis, tanto minus digerentis est facultatis.

V I R E S.

Diosc. Illinitur vtiliter contra aculeatos apium, & vesparum ictus, nec ab his feriuntur, qui ea trita cum oleo faciunt peruncti. Sanat capitis vlcera, & furfures: tunc dètur sacris ignibus, & ambustis decocta folia, & ex oleo illita. Eius decoctum in lesione vuluus emollit, quinetiam clysmare infusum, vesicæ, & intestinorum erosiones sanat. Ius decoctæ

vnâ cum radice, bibitur vtiliter contra omnia venena, si cõtinuò à bibenda reuomatur. Contra phalangiorum ictus remedio est. Semen ex vino potum, lac euocat, vrinx cructus tollit. Feruefacta folia in cibum apposita rheumes expediunt, ex sale autem, oleo, aut recenti butyro aluum citant. Folia cut portis, & cæpis illita, præstant ad serpentium venenosorum morsus. Succus tribus instillatus dolorem sedat. Foliolorum, & radicum decoctum ad lentorem vsque feruefactum datur potandum egrè patruentibus magno iusumtina. Idem præstat succus selibre pondere potus. Semen ex vino rubro potum, menses tollit. Cauliculi molles elixi, delibratiq; comeduntur asparagorum modo, ad citandam aluum. In summa, Malua ad multa vtilis est, ideoque non immeritò antiqui Maluam Omnimorbiam vocauerunt.

Matth.



MALVA Arborea, sive Malva maior, Moscutos Plinio. Grecis, *Ανδρομαδα*.
 Italis, *Malva*, sive *Malva maggiore*. Germanis, *Crosse Pappel* vel *Pappel Rosen*.
 Gallis, *Malves de Jardin*.

MALVA ARBorea.

FORMA.



Folia gerit hortensis Mal- *Match.*
 uz grandiora sub-hirsuta, per
 ambitu hortensis Maluz mo-
 do divisa, longisque pediculis
 appesa. Stolonibus interdum
 singulis, interdum pluribus
 ab vna radice prodeuntibus,
 tricubitalibus, & quandoque
 maioribus, subhirsutis, baculi
 efficiens refectibus: floribus
 in superiore parte caulis sepe
 pendentibus, rosatum modo
 amplis, & quandoq; foliorum
 multitudine similibus: colore
 in quibusdam purpureo, in non
 nullis candido. Et in quibus-
 dam subpurpurascente. Semē
 edit ceteris maluis simile, sed
 maius: Radicibus nititur vali-
 dis, & multifidis.

LOCVS.

Seritur in hortis; & virida- *Idem.*
 rijs, ac etiā in ficilibus, ad opa
 candidas in aestate fenestras.

QUALITATES ET VIRES.

Ea omnia facile praestare potest, quae & cetera maluarum genera.

Idem.

ATRIPLEX, Græcis, ἀτρίπλαξ, ἢ χροσολόχαν. Arabibus, *Catof*, *sive* *Carof*. Italis, *Atriplice*, *Beppice*, & *Treppice*. Germanis, *Wolcken*, *sen* *Wissen*. Hîsp. *Arvela*. Gallis, *Choux*, *Arrosches*, *Bonnes*, *Dames*, *Folles*, *sen* *Fewes*.

ATRIPLEX.

G E N E R A.

Matth. Trium est generum, Hortense, Sylvestre, Marinum.

F O R M A.

Matth. Hortensis Atriplex folia mitris humotenus lata, in mucronem tamen desinentia, sagittarum instar, pinguis, succosa, colore ex viridi in luteum languescente: canlem rubram, multis vndiq; adnatis ramis, qui ad quatuor cubitorum mensuram adolescit, semine spicato, pressis, tenuibusq; folliculis occluso.

L O C U S.

Matth. Scribitur à rutilicis in hortis, & in campis.

Q U A L I T A T E S.

Gal. li. 6. Humida & frigida temperie est. Humida quidem secundum ordinem à medijs, frigida verò primi, quam vtiq; tepidam esse caliditatem dicimus, cuiusmodi in colibe est, non tamè adstrictionis est particeps, sed aquea est, & minimè terrena. Hortensis itaq; tum humidior est, tum frigidior sylvestris, & paululum omnino quod digerendi vim obtinet. Semen autem abstergendi vim habet.

V I R E S.

DIOSC. Panos discutit si cruda, siue cocta illinatur. Semen cum aqua multa potum regium morbum sanat. Idem potum vomitiones ciet, & aluum exolvit. Est herba ceterorum olerum modo.



ATRIPLEX sylvestris, Græcis, *Ανθάκη άγία*. Italis, *Reppice saluatico*. Germanis, *Wald Witten*. Gallis, *arroches saumages*.

A T R I P L E X S Y L -
V E S T R I S L.



G E N E R A.

Trium est generum folio- *Marsh.*
rum diversitate dissimilium.

F O R M A.

Primum genus foliis edie
horrensi haud dissimilia, mi-
nora tamen, & quæ ad terram
sunt per ambitum laciniata,
subalbicanthiq;: caulem ses-
quicubitale, ramofum, ac
etiam striatum: semen raco-
mosum, & exile: Radicibus
niritur numerosis, ac tenui-
bus.

L O C U S.

Nascitur sponte eùm in
hortis, & vineis, tum secus
itinerà, & locis incultis, &
campestribus.

Q U A L I T A T E S,
E T V I R T E S.

Humida est, & frigida, sed *Gal. b.*
minus quàm horrensis. Itaque aliquantulo plus digerit. *fimp. me.*

ATRIPLEX SYL-
VESTRIS. II.

FORMA.

Folij exil latioribus, quercus modo per ambitum incis, subalbicanibus. cetera cum altera paria sunt.

LOCVS.

Nascitur propè urbium mœnia, & locis quoque alijs incultis.

QUALITATES,
ET VIRES.

Eadem illi sunt qualitates & vires, quæ priori.



ATRIPLEX

ATRIPLEX SYL-
VESTRIS III.

FORMA.

Folias habet oblonga, viridia, carnosa, non, ut reliqua laciniata, in acutum desinentia: semen racemosum, ceteris minutius, caule ramoso, supino atq; striato.

LOCVS.

Nascitur intra, & extra urbium, & oppidorum moenia, & in arvis.

QUALITATES,
ET VIRES.

Viribus praestat, quibus, & praecedentes.

Q 4

ATRIPLEX

ATRIPLEX Marina, Græcis, ἀνέπατος θάλασσα. Italis, *atriplex*, sur *Egyptus marino*.

ATRIPLEX MARINA.

FORMA.

Matth. Caules humi repunt, in quibus folia exeunt albican-
tia, spanachij oleis figura,
minora tamen, salso sapore:
Semen profert in caulium
summitatibus racemosum,
radicem diuvaricatam, multi-
fidamque.

LOCVS.

Idem. Nascitur sponte mariti-
mis locis, non procul à lito-
re.

QUALITATES.

Matth. Abstergit magis quàm ce-
tera genera, magisq; aluum
citât, & digerit. Incidit, at-
tenuat, liquat, à putredine
vindicat, aperit, & abraden-
do expurgat.

VIRE S.

Idem. Hum entem ventriculum
siccat, hydropicos iuuat, pingues extenuat.



SPANACH

SPANACHIVM, Græcis, Σπανάκιον. Italis, Spinace. Germanis, Spinat. Arabibus, Spanach. Gallis, Espinacher, sive Espinars.

S P A N A C H I V M.

F O R M A.

Nascitur septem diebus, à *March.* satione, folijs primò triquetris, quæ deinde in sagittæ formam exeunt, mox à pediculo intybi sylvestris modo laciniata evadunt. Exigua nititur radice, tenuibus capillamentis fibrata, caule cubitali, & quandoq; maiori, inani tamen, flores gerit in vertice rotundos, paruos, herbaceosque, racematim coherentes, semen acaleatum, angulosumque.

L O C Y S.

Scratur passim in hortis *Idem.* exterorum olerum modo.

Q U A L I T A T E S.

Humidum est, & frigidum *March.* ordine primo, nec omnino vacat nitrosa qualitate.

V I R E S.

Alum emollit, sed flatu gignit. Succus foliorum potus, præstat ad scorpiionum, & phalangiorum ictus. In cibum deutoratum, lenit exasperatas arterias.

KALI vel Vfusenita Maritima vocata. Italus, Soda, Salsola. Gallis, Sode.

K A L I.

* G E N E R A.

Placima eius habentur genera, è quibus quatuor exhibemus.

F O R M A I.

E T IIII.

I. Multis ramulis frutescat, è stipite lignoso, grandi perpetuo, & interdum ad duos cubitos attollitur, subrubente cortice obducto. Surculi ex folijs ceu granulis, hordei magnitudine, componuntur sapore saluginoso.


IIII. Vel idem genus habebitur, vel parùm differt à priori, granulis tantum in summitate rotundis ceu seminibus annatis, lenticulas referentibus, aut exiles squamas.

L O C U S.

In maritimis nascitur.

Q U A L I T A T E S.

Calida & sicca est herba, & calidior ex eo confectus cinis, qui ad quartum qualitatis utriusq; gradum accedit, vrendiq; & causticam habet.



V I R E S.

Comburentur in cinerem hæ plantæ, quo liquefiunt contriti lapides ad præparandum vitram. Lixivium inde percolatum acerrimum & mordacissimum, addito oleo in saponem de coquitur ad abluendas vestes utilissimum. Herba exigua quantitas intro assumpta, urinas & menses potenter evocat, serpen excitat, aquosos per alium humores ducit, hydrolicos purgat. Eius nidore fugiunt serpentes. Miscetur etiam cinis, quæ scabiei & cutis fœditatibus illinuntur, medicamentis, superfluum & excrecentem in malignis vlcetibus emolliunt.

* Cafi II. & III. *Saliscornia*. Germanis, *Saltkraut*.

C A L I.



F O R M A.

II. Frequentioribus ramulis prodit è stipite cinereo componiturque tota planta quasi granis in se inuicem confertis, superioribus semper inferiorum osculis ceu acetabulis insidentibus. III. Tenerior est herbula, folijs crassis, pinguibus, carnosis, teretibus constans, ut reliquæ id genus plantæ præcedentes, quæ omnes, ut ex iconibus patet, differentias parvi momenti sortitæ sunt, & autumnî tempore rubent.

L O C U S.

Ad maritimas oras crescit & minor illa species in Germania quibusdam in locis circa Salinas & salcos lacus prodire visitur.

Q U A L I T A T E S,
E T V I R E S.

Hæc refer quæ paulo ante de reliquis dicta sunt.*

BRASSICA LEVIS, Plinio Cumana, Græcis, Κραυβα λεύκη, Theop. ἀνθήραβ. Arabibus, Corumb, seu Karumb. Italis, Cauolo Isciao, sive Verza Isciao. Germanis, Köll. Gallis, Choux Verts, aut Choils. Hispanis, Colbas, seu Cucum.

BRASSICA LEVIS.

FORMA.

Marrb.

Folio exir grandi, ima parte vtrinq; dissecto, per ambitū fimbriato, læni, pinguiq; caule breui, firmo, subalbicante, albainr^o medulla. Flores edit melinos, & semē rapi simile, ac similibus quoque siliquis inclusum subrufo colore, & subamarum.

LOCVS.

Idem.

Scratur passim in hortis.

FACULTATES.

Gal. 7.

susp. me.

Desiccandi vim habet, non tamē admodum ærem, quin etiam emolliendi, glutinandi, & abstergendi.

VIRES.

DIOSC.

Cæcipientibus, & tremulis deuorata prodest, Summo cibo sumpta erapulā discuris, & vini noxiā restinguit. Crudus succus cum nitro, & Iride deuoratus, aluū emoluit, ex vino verd potus, viperarum morfib^o auxiliatur. Cum fenogreci farina, podagris, &

articulorū vitij; cōmodē illinitur. Prodest sordidis, & vetustis vlcetibus. Cogni purgat natibus iafusus, Menses trahit cū lollacea farina inditus. Illita folia per se, aut cum polenta, conserunt inflammationibus, & tumoribus, & ignē sacrum, leprāsq; sanant, carbunculōs ex sale rūpunt, fluentes capillos retinent. Ex mele cocta valent ad depascencia vlcera, gangrenāsq;. Cruda ex aceto lienosis profunt. Mansa, & exucto sacco resusam vocē instantant. Decoctū eorum potus aluū, & menses ciet. Semen porū tin eas ve nartis pellit: lentigines, alphōiq; illud in facie purgat, caulū cinis adipe suillo exceptus, illinitur vtiliter ad diuinos laterum dolores: Brassica leuite r feruefacta aluum cirar deuorata, percoctarō sistit.



BRASSICA crispa, seu Sabellica Plinio. Græc. κρῖςπὴ ἰταλική. Italis, *Cavolo crispo*, seu *Verza crispa*. German. *Krausföh*.

BRASSICĀ CRISPA.



FORMA.

Caulis exit firmo, nodoso, *Metth.* è quo folia numerosa exeūt, lata crispaq;, & quæ in medio sunt, crispiora, albicanria, & in orbem conglomerata, tenera, & in cibis grata.

LOCVS.

Seritur in hortis, perinde *Idem.* ac altera.

QUALITATES,
ET VIRES.

Prestat ad ea omnia, quorum in *Idem.* laevi Brassica meminimus.

BRASSICA capitata, siue Imperialis, Græcis, *Κεράμβη καπασάδα*. Italis, *Cavolo Cappuccio*, *Cappuccino*. Germanis, *Kapstrauch*. Gallis, *Choux*, *Calox*. Hispanis, *Repelbo*, *Colher mercianis*.

BRASSICA CAPITATA.

FORMA.

Marth.

Folia fert primam ampla subrotunda, à pedamento in girum sese fundentia, quæ deinde in orbem capitatum, ac solidum cōgtomerantur, qui in aliquibus rufescit, in quibusdam albicat, in nonnullis virescit.



LOCVS.

Idem.

Scratur in Germania in campis. In Italia vèrò in hortis.

QUALITATES,
ET VIRES.

Marth.

Viribus ab alijs brassicis non differt, nisi quod in clavis nocentior habeatur.

*CAVLORAPVVM, Raprecaulis. Græcis, *αγκύρα γογγυράδης*. Germ. Rübenköl.

CAVLORAPVVM.



FORMA.

Lævi brassicæ congruit foliorum figura, quæ tamē nonnunquam crispantur profundis lacinijs, sed magnitudine capitatam ferè adæquat, eius caulis crassescit infra folia iuxta radices, extuberatq; in rapæ mediocris magnitudinem, flores & semina veluti alia profert.

L O C U S.

Hortensis est, & amat solum mediocre, pingue, & bene stercoreatum, probeq; subactum. Semen aliunde inferitur.*

*BRASSI.

* *BRASSICA cauliflora*, sine *Cypris*, Plineo *Pompeiana*. Germanis, *Rapin*,
Ybl; *Wimentöl*. Italis, *Caulo fiore*. Gallis, *Chou floriz*.

BRASSICA CAULIFLORA.

FORMA.

Caulis folijsq; imitatur læ-
 vem brassicam sed albidior
 est, crassiorq; ac in totum ma-
 ior, in medio foliorum in ca-
 put conglomerantur ramuli
 pingues albidi molles, quasi
 asparagi, denso ordine com-
 pacti, floret ut vulgaris bras-
 sica, cui semen etiam simile
 profert.

LOCVS.

Peregrina est, & instructio-
 nibus tantum hortis manci-
 pata. *



BRASSI-

BRASSICA marina, Græcis, Κρήνη θαλασσία. Italis, & Officinis, Soldanella.
Gallis, Chou de mer.

BRASSICA MARINA.



FORMA.

Faciè à farina proterfus ab- DIOSCO.
horret: nanque folia fert Ari-
stolochiæ rotundæ similia, sed
parua, singula à ramis ruben-
tib⁹ excurrentia singulari, vt hæ-
dera, pediculò, lacteo succo
prægnantia, falso iustu, & cali-
quantum amaro. Flores fert Matth.
læuis smilacis vulgaris haud
absumiles, calathi effigiem re-
ferentes.

LOCVS.

Prouenit sponte locis ma- Matth.
ritimis, & præferim in litori-
bus Venetis, & Aquileiensis-
bus.

QUALITATES.

Cùm subfalsâ, & subamara Gal. B. 6.
sit, sanè etiâ ad externos cor- simp. me.
poris vsus idonea fuerit, & ad
omnia, ad quæ tales qualita-
tes accommodantur.

VIRVS.

Herba in cõrùm stomacho inimica, acris, ciet alium vehementissimè in cl- DIOSCO.
bo cocta, & coquitur propter acrimoniam cum pingui carne. Præstat eius Matth.
decoctû potum, cum Rhabarbaro, ad pellendas hydropicorum aquas. Idem
facit foliorum siccorum puluis, addito Rhabarbaro, & cubebis, pluries ex vi-
no potus.

*SOLDANELLA alpina. Italis quibusdam *Lunaria di dinari.*

SOLDANELLA ALPINA.

F O R M A.

Herba elegans est ob flocculum caeruleo colore pulcherrimo insignem, multipliciter dissectū campanulae formam representantem. Folium est ipsi crassifolium unum atque alterum & saepius plura, Soldanelle marinae subastringente & amaro nonnihil sapore, unde illi nomen.

L O C U S.

In Alpibus colligitur.

Q U A L I T A T E S,
E T V I R E S.

Vipollet glutinandivulnera, atque ad cicatricem perducenda.*



BETA, Græcè, *βήτα*. Arabibus, *Decka*, sine celib. Italis, *Bietola*. Germanis, *Wangelst*, sine *Pieffen*. Hisp. *Afelga*. Gal. *Porree*.

BETA ALBA.

G E N E R A.

Trium est generum, alba, Matth. nigra, & rubra.

F O R M A . A L B Æ.

Alba folijs provenit exteris grandioribus atpicis aut hortensis rumicis ferè similibus, per ambitum leniter simbriciatis; caulem getit bicubitalem, striatumq; flores exiguos, sublatei coloris: semè copiosum, inæqualiter rotundum, ac subsæperum: radice alba, raphani modo longa, ac etiam tenera:

* Nigra paulo minor est, & colore differt.*

E O C V S.

Scratur passim in hortis. *Idem.*

Q U A L I T A T E S.

Nitrosæ facultatis particeps *Galén. 3.* est, qua tum digerit, tum ex *siup. me.* tergit, & per nares purgat. Cocta nitrositatem omnem exuit, sicq; facultatis leniter digerentis. Porro ad detergendum, digerendumq; validior.

et alba, quam nigra. Succus absterforius est.

V I R E S.

Succus naribus inditus caput purgat: antrium dolentibus auxillatur radice *DIOSC.* decoctum, & folioetum: furfures, lendesque detergit: pernicioses foru mitigat. Crudis folijs vitiligines nitro antea perfrictas, alopeciarum inanitates, scapello prius exasperatas, atque depascentia vlcera illini prodest. Eruptionibus papularum, igni sacro, ambustisque cocta medetur. Hains ceu aliorum olerum, *Gal. 2. de ali. fac.* exigua est alimonia, iccoris obstructionibus aptius, quam in alia accommodatur: magis autem, vbi cum sinapi, aut aceto estur, lienosos item similiter manducata mirificè iunat. Iure enim quis ipsam medicamentum potius, quam alimentum dixerit.

BETA tubra, Græcis, *βήτα* *βήτα*. Italis, *Bietolarossa*. Germanis, *Rot Kappkohl*; *Rot Rüben*.

BETA RUBRA.

FORMA.

Matth. Folijs provenit cæteris angustioribus; duriorib. rubentibusq; radice rapi longi modo crassa, sanguinolenta, adnatis citenmquaq; prodentibus: caule verdò, pariter rubente, semine cæteris simile.

LOCVS.

Idem. Scriitur passim in Germania in hortis.

QUALITATES,
ET VIRES.

Matth. Non aded multum differt suis in qualitatibus, ac viribus à cæteris generibus. Hæc Germani hyeme, aut elixant in aqua, aut cineribus calentibus coquunt, & ex his subinde corticibus, incidunt, & in acetarijs, asperso pipere, concinnant ad esum. Quin etiam semicoctas in aceto, & sale diu asseruant, & cum assis carnibus vorant.



PORTULACA, Græcis, *ἀνθόφυρον*. Arabibus, *Baklanche*, seu *Bachle Albanica*. Italis, *Portulaca*, *Procaccia*, sine *Porcellana*. Germanis, *Wunderkraut*. Hispanis, *Verdelega*, & *Baldroger*. Gallis, *Porcelaine*, *Poupiet*, sine *Pourchaille*.

PORTULACA DOMESTICA.

GENERA.

Duum est generum, Sarcia, & sylvæstris.

FORMA.

Sarcia: folia insunt latiora, *Marrubium pinguis*, crassa, splendens, & à tergo candida, gustu acido, & amaro: canth edir crassum, glabrum, & rectum, subpurpureū atq; pinguem: semine nigro, exiguo, in herbaceis calyculis incluso. Radice multibda.

LOCVS.

Scitur in hortis passim ab olicoribus.

QUALITATES.

Frigida, & aquea tempera. *Galen. 6.* mento est; refrigerat quidem *simp. me.* ordine tertio, humidat verbò secundo, viscosum etiã quiddam obinet. Succus magis adstringit, quàm herba, que succum gignit modicè, enimque frigidum, humidum, & glutinosum.

VIRES.

Portulaca enim hordei farina capitis doloribus, & oculorum inflammatio-
nibus vtiliter imponitur: Quin etiã ventriculi ardoribus, igni sacro, vesicæ do-
loribus auxilio est, commanducata dentium stuporem sedat: Stomachi, & in-
testinorum afluxionem, fluxionemq; mulcet. Veneris impetus coarctat. Succus
epomii simili effectum prodest. Contra veretes ventris rineas, cruenam excre-
tionem, dysenteriam, hæmorrhoidas, & profluvia sanguinis, percocta efficacis
est: ocularibus medicamentis vtilissimè commiscetur. Interaneis fluxione la-
borantibus, atq; vulvarum erosionibus, infunditur: contra dolores aestu exci-
tatos, caput ex rosaceo, & oleo fouetur. eruptiones papularum in capite, enim *Galen. 6.*
vino emendat: vulneribus ad siccationem spectantibus vtiliter illinitur. Fluxio-
nes calidas omnes repellit, & in febribus hæcicis rotis hypocondrijs illinitur. *Plin. libr.*
confert muliebris profusio cum herba ipsa deuotata, tum eius succus porus. & capite
Præciduo umbilico etiam imponitur. sanat quoq; & mammarum, & podagry *20.*
inflammationes.

R

PORTV

PORTULACA sylvestris. Græcè, ἀσπράγγια. Italicè, *Primbacia*. & *Portulaca salmatica*. & *pasimente grassola*.

PORTULACA SYLVESTRIS.

FORMA.

Matth. Portulaca, quæ sponte nascitur, caulibus exit rotundis, lentis, pinguibus, rufescentibus, humi sese diffundentibus, folia gerit alteri-similia. sed minora, oblongiora, numerosioraq; cætera cõsimilia sunt.

LOCVS.

Idem. Prouenit in hortis, vineis, campis, & agris incultis.

QUALITATES,
ET VIRES.

Idem. Non differt à domestica, nisi quod adstringenti vi, paulò sit potentior, atq; etiam non nihil minus humectat. Ruricolæ integras plantas elixant: & deinde in sole siccant. & ad hyemales cibos afferunt.



ASPARGVS, Græcis, *ἀσπράγος*. Mauritanis, *Halim*, sine *Helium*. Italis, *Asparago*. Germanis, *Spargel*. Hispanis, *Espargos*. Gallis, *Esparge*.

ASPARGVS.

GENERA.

Duplex habetur, altilis, & sponte nascens. Huius tria visuntur genera, nempe Palustre, Græcis, *ἰαῖος* vocatum, Monranum, & Petreum, corrupta, propriè dictum.

FORMA.

Thyrsum is primum, siue *Matth.* germen à radicibus mittit tenerum, cacumine crassiore incurvum desinente, perinde ac Orobanche, qui tandem, actus, in ramos festè explicat, in quibus folia sunt capillacea, fœniculo breviora, tenuiora-que. Florem edit exiguam, quo flaccescente, bacce subsequitur, primum virides, & deinde rufescentes. Radice nititur circa caulem spongiosa, à qua numerose oriuntur fibræ ellebori modo, albicantes, crassioresq; ut in rusco.

LOCVS.

Altilis passim in hortis colitur. *Matth.*

QUALITATES.

Abstergendi vim habet, idque citra manifestam, aut caliditatem, aut frigiditatem. *Gal. li. 6. sup. me.*

V I R E S.

Huius teneri cauliculi triti in vino albo, renum dolores sedant. Assus autem, siue coctus urinae stillicidiis, difficultatemque, ac dysenterias mitigat. Radix cum vino, aut aceto cocta, luxuriosos artus imbecet. Decocta cum ficis, aut ciceribus, sumpta, regium morbum sanat, coxendicis cruciatus, stranguriamque leuat. Seruntur ad elum, nam non ingratus sunt cibus, siue in aceterijs, siue dum calefant, aspersio modico sale, recentiq; butyro, cum pipere deuorentur. *Matth.*



ASPARGVS Sylvestris, Græcis, *ἀσπράγος ἄγρος*. Italis, *Asparago silvestris*.

ASPARGVS SYLVESTRIS.

GENERA.

Tria (vt in altitū diximus) huius habentur genera, Palustris, Montanum, & Petreum, Corradu vocatum.

FORMA.

Matth.

Montanus, & Palustris, facie vix ab altitū differunt. Corrada verò caule exit lignoso postquam adoleuit, flexiliq; folijs exiguis, præduris, & aculeatis. huius cauliculi prima germinatione etiam in cibis veniunt. sed cæteris tenuiores sunt, & amarifculi: quo fit, vt etiam ingratiōres habeantur in cibis.

LOCVS.

Idem.

Montanus, in montib. Palustris, in paludibus, & Petreus, siue Corrada, saxosis locis, & in sepibus, prouenit.



QUALITATES, ET VIRES.

Idem.

Palustris, & Montanus eadem omnia possunt, quæ altitū, nec imbecilliora, nec valentiores vires habent. Cæterum Corrada ob manifestam, quam possidet amaritudinem, longè magis aperit, prouocat, & abstergit, id quod manifestè patet ex fertida quam ciet vrinam.

APPENDIX.

Idem.

Nascuntur tibi Asparagi altiles totius anni decursa, si, vbi fructum legitur, radices, quæ summo cespite vagantur, circumfoderis, ac aperueris.

PLANTAGO, Græcis, *ἀγρίανθος*, Arabibus, *Lifen*, aut *Lefan albamel*. Italis, *Plantagine*, seu *Centinerbia*. Germanis, *Wegrich*. Hispanis, *Lbentem*, sine *Tambagem*. Gallis, *Plantain*.

PLANTAGO MAIOR.

GENERA.

Plantaginis tria obſervauimus genera, accepe malus; medium, & minus, quod quidam longam Plantaginem vocant. ſane etiam, qui æquaticam addant, de quibus omnibus ſpeciatim dicemus.

FORMA.

Maſor, latior, virentiorq; cæteris **PIOSC.** habetur, laeis conflans folijs, olera- **Marb.** ceo generis, ætris ſeptem, & quandoque pluribus ſecundum longitudinem excurrentibus, quo fit, vt à nonnullis ſeptinervia vocetur. Huius caulis cubiti altitudinem petit, & à medio ad verticem, tenui ſemine circumdatur, & in quadã ſpecie foliolis quibuſſã veſitur, quæ primò exorta, antequam peccius adoleſcant, roſæ effigiem præ ſe ferunt. Radicibus nititur teneris, hirsutis, candidis, digiti craſtitudine.

LOCVS.

Natiuitur plurimum in lacuſoſis, & humectis locis, in Præcis, in arciſ, & ſecus iſtiera, & ſepes.

FACULTATES.

Miſtis eſt temperantior: habet enim quiddam aqueam **Galen. l.** frigidum, quiddam verò, & aſterum, id quod **ſimp. me.** terreum eſt ſiccum, frigidum, itaq; refrigerat ſingul, & deſiccatur ordine ſecundo. Semen eius, & radix ſimilis ſunt facultatis, niſi quòd ſiccior.

in minus frigida. Sed ſemen ſubtilium etiam eſt partium: radices verò craſſiorum, folia vix tenuiora, & minus frigida facultatis ſunt.

VIRE S.

Folia maligna omnibus vlceribus, & fluxionibus opportunis, atq; elephanticiſ, ſordidiffq; illi- **DIOSC.** tu profant: profuſa ſanguinis, ſerpentis vlcera, carbunculoſa, nomaliq; cohibent: vlcera vlcera, & inæqualia cicatrice obducunt: chironia ſanant: ſinus conglutinant: canam in oſibus, anſalis igni, inflammationibus, panis, poroticibus, ſtrumis, ægiloſis illita cũ ſale profuſa. Folia collata cum aceto, & ſile dyſentericos, coeliacoſq; iuuant: Eſtur in Betæ loci olius ipſum, cum lentulo coctum, ad aquas intercutem, quam leucophlegmatiam vocant: foliorũ ſucco vtiliter oſ colluuntur ad ſananda eius vlcera: gingivis croentis, & ſanguinis reiectionibus in potu conferunt. Clyſtere dyſentericis inſunditur: valet ad vultus ſtrangulationes, cum vellere ſuppoſitus: ſemen ex vino peritum alui fluxiones, & ſanguinis excretiones ſilit. manſa radix dentium dolores ſodari: eadem cum folijs vtiliter in pallo datur ad vlcera, tum retum, tum etiam vlcera.

PLANTAGO media, siue minor, Græcis, ἀπὸ γὰρ τοῦ μέτρου, siue μέτρου. Italiæ,
 Plantagine minore.

PLANTAGO MEDIA.

FORMA.

Marsh. Folia habet angustiora, mi-
 nora, molliora, laxiora, & re-
 nuifera, cauliculo est angulo-
 so, in terram inclinato, flori-
 bus spicatis, pallidis, pilosisq̃;
 semine sammis caulibus emi-
 cante: radicibus multifidis, re-
 nuibus, albicantibusq̃.

LOCVS.

Idem. Nascitur, & hæc perinde,
 ac altera plurimū humectis,
 & vliginosis locis, in hortis,
 & secus vias.

FACULTATES, ET VIRES.

Hisdem pollet facultatibus,
 & viribus, quibus & maior.



PLANTAGO longa, Græcis, ἀγρίζ·λακων·μακρό· Italis, Plantagine longa, sine
lanceola.

PLANTAGO LONGA.

FORMA.

Folia gerit longa, cuspidis Martb.
 lanceæ modo, vnde illi nomē,
 striata, nervosaq̃, humi accu-
 bantia: caules, flores, semina,
 ac etiam radices mediæ plan-
 taginis, omnino similia.

LOCVS.

Nascitur locis incultis, ac
 ferè vbique.

QUALITATES,
 ET VIRES.

Non differt facultatibus, & idem,
 virtibus ab alijs generibus, nisi
 quòd minus humiditas quali-
 tates habet.



PLANTAGO aquatica ita recentioribus appellata, Græcis, incognita. Officinis, *Barbafylana*. Italis, *Piantagine aquatica*.

PEANTAGO AQUATICA.

FORMA.

Cum insigni acrimonia *Idem.* planta tota sit praedita, haud verendum est quin valenter exalfaciat, atque siccet, incidat, digerat, aperiat, & prouocet: mansa pituitam ciet: detrium dolores mulcet, concoctionem adiuuat, & vrinam mouet, Estur passim in acetarijs vnà cum lactucis, alijsq; oleribus.

OPHIOGLOSSUM. Græcis, *ἰσίδιον*. Italis, *Lingua serpentina*. Argentinis, *herba Lucciola*. Germanis, *Blatter Zünglin*. Gallis, *Herbe sans chofure, foctægue de serpent*.

OPHIOGLOSSUM.

FORMA.

Matth. Vno tantùm provenit folio pingui, plantaginis aquatica, quadam tenus simili, nulla per medium excurrente costa: è cuius inferiore fino, cauliculus exit, pallidam, serpentis modo, in summitate ligulam gerens, vnde illi nomen.

LOCVS.

Idem. Nascitur in pratis, sed ocysimè deperit, cùm tantum mense Maio perduret & appareat.

QUALITATES

Idem. Exiccatur, citra insignem caliditatem.

VIRES.

Idem. Recensia folia vulnera mirifice glutinant, & cetero cellas sanant. Maceratur in oleo, quo diutius insolato, vtuntur chirurgici commoissimè ad prædicta. Datur potanda ex aqua equiseti ad intrinseca vulnera auxiliatur sanguinem reijcientibus, pota ex aqua foliorum quercus alba excrementa silit: decoquitur in vino austero ad collachrymantes oculos. Vtuntur recens cum adipe gallinaceo ad vulnerum inflammationes.



ARTM. *Gezsis, Linn.* Mauritania, *aurum, sine Sura.* Siris, *Lepha.* Officinis, *Aron*
pro feruentaria minor. Herculis, *Gigero.* Germanis, *Klein Dactylorhiza* Aron,
Drahtwurzel. Hispanis, *Taro.* Gallis, *Pat de chien.*

ARTM.



CENSURA.

Duum est generatimatus, & *Matth.*
 minus.

FORMA.

Hederaceis provenit foliis, *Idem.*
 sed magnis, dracunculimor-
 ribus, minime dissectis, & solo
 siccaulem edit dodrantalem,
 è cuius fastigio erumpit follis-
 culus in acutum desinens, in
 quo fructus reconditur solis-
 dus, pitilli faciem referens, au-
 reo colore in cuius infima par-
 te crocea quedam veluti semi-
 na spectantur: quæ deinde aci-
 nosa fiunt & per maturitatem
 rubescunt, bostruq; circa cau-
 lem efficiunt frumenti Indici
 modo. Radix subest alba, bul-
 bosa, oblonga, acerrimi gustus.

QUALITATES.

Terrena essentia constat, *Gale. 1.*
 calida, proinde extergedi vim
 possidet, verum nõ valentem,
 veluti draconium: est itaq; in
 exicando, calefaciendoq; pri-
 mi ordinis. Abstergit, incidit,
 attenuat, digerit, & aperit. *Matth.*

VIRES.

Radix, semē, & folia dracun-
 DIOSC. *Matth.*

culi vires habent. Primarium autem radix ex fumo bubulo podagræ viliter illi-
 nitur. Decocta radix, melleque excepta, medetur pituitosis pectoris morbis.
 quare asthmaticos maxime iuvat. Datur elixa, vel feruentibus cineribus tosta
 amygdalino oleo viliter trullentibus. Id quod commodius præstat lac, in
 quo ipsa fuerit incocta. Elixa subijcitur oleo, & tumenibus hæmorrhoidibus
 viliter illinitur. Radicis succus exedentia, & contumacia vlcera sanat: semen
 drachmæ pondere potum, anenses, & secundas peluit.

CENSURA.

Nescio sine qua ratione scripserit Galeus, Arum, quo degustato os totum
 tumitur, & acerrimum sentitur, calidum, siccumq; ordine tantum primo haberi.

N O M I N A .

Distillivm referens Arifios, & eius radix vegetior.



ARVM MINVS, Græcis, ἀρμήνη. Italis, Gigaromisorr.

ARVM MINVS.

FORMA.



Folijs exit sagittæ imaginem *Matth.* præferentibus, caule recto, glabro, dodrantali, botum in cacumine habenti, rubentibus baccis stipatum, in acutum desinentem: Radices funditennes, numerosasque, è quibus bulbosi quidam globuli fabarû magnitudine dependent, gustu per quam acerrimo.

LOCVS.

Nascitur in montibus.

Idem.

QUALITATES ET
VIRES.

Excalfacit, & siccit ordine quarto: Ideoq; vrit, attenuat, incidit, & abstergit. Sunc qui radicem farina vtantur ad arceudos à suis mensis parasitos, & voraces luscones; eandem delicatis cibus admiscen-

tu: nam vbi fauces occupauerit, tam vehementi, ac contumaci ardore afficit, ut post hoc quicquam vorare queant, nisi lacte bubulo diutius gargarizato, aut tunc beryto sensim delincto.

BONVS

BONVS Henricus, Italis, *Herba infarinata*. Germ. Schmetzelbas; Cat. Henrich

BONVS HENRICVS.

FORMA.

Matth.

Planta candicat tota perinde ac si tenuissimo farinæ polline conspersa esset: quin etiam tactu, ad eò levis percipitur, ut vngvine aliquo peruncta videatur: Folia habet triquadranterius similia, caules plures, foliosos, in quorum fastigijs racemosi emergunt flores; Radicem habet vegetam, crassam, multifidamque: croceo colore, acuti lapathi modo: cuius speciem esse censemus.



LOCVS.

Idem.

Nascitur sponte ferè vbiqùe in pagorum plateis.

QUALITATES.

Idem.

Excalfacit, siccat, aperit, abstergit, resoluit, & digerit.

VIRVS.

Idem.

Præfertur ad venenosorum animalium ictus: Radicis succus illius, scabies sanat, & cutis maculas extergit, præsertim, si cum aceto miscetur.

ARISARVM, Græcis, *Arisarion*. Italis, *Arisare*. Germ. *Alein Aron*.

ARISARVM.



F O R M A .

Folijis provenit Ari, longè *Matth.* tamen minoribus; cauliculum edit tenuem, in cuius summitate vaginula quædam oritur, altera parte divisa, è qua ligula tenuis, exigui germinis modo se se exerit, pallido colore. Radix illi olivæ instar magna, oblonga, candicans, a dnatis pluribus vbiq; emergentibus.

L O C U S .

Nascitur in collibus, & campis. *Idem.* pestribus.

Q U A L I T A T E S .

Acrius multò Arisatam, *Gal. 6.* quàm Arum est. *sup. m.*

V I R E S .

Radix illita, nomas fistit: si *Diosc.* unt collyria ex ea ad fistulas efficaciacia: illitu radicis, genitale animalis cuiuscunq; in perniciem agitur.

ARISARVM alterum: sine Pseudo arisarum. Italis, *Arisaro falso*.

ARISARVM ALTERVM

F O R M A.

Matth. Folia mitia longa, angusta, longis pediculis nientia: radicem bulbosam, iuglandis magnitudine, numerosis vbiq; adnatis fibris, gustu etiam acri.

L O C U S.

Idem. Nasctur frequens in agro Romano.

Q U A L I T A T E S, E T
V I R E S.

Idem. Excalfacit radix, siccat, incidit, abstergit, digerit, & capent.

* A P P E N D I X.

Non omnino segregari potest à speciebus Arisari cum gustata radix lavis prodar ac redine suam, id quod ipsemet autor fatetur paulo supra, in descriptione huius plantæ, licet idè pro falso Arisaro habeat.*



HASTULA *regia*, Albucum, Asphodelus mas. Græcis, Ἀσφὸδελός, Mauritanis, *Chama-Sirach*, seu *Azras*. Italis, *Asfodillo*. Germanis, *Asfodillwur*. Hispanis, *Gambes*; seu *Cassonites*. Gallis, *Asfodiles*.

HASTULA REGIA, SEV ASPHODELYS.

FORMA.

Planta est à radicibus folio- *Marb.*
sa: folijs portraceis, carinatis,
caulē edit cubitalem, & sæpe
maiore, insigniter leuem, flo-
res in cacumine albicantes, &
quandoq; inclinos, numero-
sos, in stellę modum; è quibus
baccę proueniunt suborun-
dx, herbacei coloris, semine
intus nigro triquetroq;: Ra-
dicibus nititur numerosis, ni-
gricantibus, bulbosis, oblon-
gis, virefcere intus pulpa, ima
parte vetricolis, & in tenuem
caudam desinentibus, succo-
sis: gustu acri, atq; amaro.

LOCVS.

Nascitur in montibus pin- *Idem.*
gui solo.

QUALITATES.

Radix extergentis, & discu- *Galb.*
tients est facultatis; vix au- *sup. m.*
tem cinis calidior, & desiccant
rior, subtiliorq; est, & ad dige-
rendum potentior.

VIRES.

Radices epote vrinæ, & Dio *sc.*



peris docent: auxiliantur à serpente demorsis trium drachmarum pondere
hæc, sed tota planta ex vino morsus illinire oportet, valent quoq; ad sordida,
& depascientia leera; mammarum quoq; & cretium inflammationes, tubercu-
la, forniculosq;. Radicis succus per se, prodest ad parulentas aures in contrari-
um aurem infusus, dentium dolorem mitigat: cinis è radice illitus, pilos, capil-
losq; in alopecij replicat. oleum in excavatis radicibus feruifactum, pernio-
nibus, & ambustis medetur in auribus distillatum, surditati auxiliatur. Semen
in vino potum scolopendre & scorpionum venenis mirum in modū resistit. Illi- *Marb.*
nuntur vtiliter radices in aceto decoctę lichenosis, scabiosisq; crispantur quoq;
capilli abrafo capiti affricta sæpe radice, decoctę & illitę parotidas sanant.

* ASPHODELVS femina siue luteus, Ispyas Theophrasti quorundam sententia, aut aliorum, Eri~~z~~amta~~ab~~ Arabum. Germ. Gels Uffotilum.

ASPHODELVS FEMINA.

F O R M A.

Folia multo angustiora quam albus, & Cypero ferè similia, striata saturatè virentis promittè radicibus multiplicib. longis, minus tuberosis, per laterales fibras sese vndiq; propagantibus, colore luteolis, Caulis hinc emergit cubiti altitudine, rectus, rotundus, in quo flores crebri lutei, fastigiati, stelliformes, gignunt semen nigrum triquetrum, subrotundis capitulis inclusum.

L O C U S.

Hortis est familiaris. Spontè natus quod sciam non reperitur.*



BULBUS VOMITORIUS, Grecis, Βίβλος-ίπποκράτους. Mauritanis, Ziv. Italis, Cipolla ca-

stata.

BULBUS VOMITORIUS.



FORMA.

Folia habet esculento bul- **Diosc.**
 bomultò latiora, & longiora,
 radicem similem, nigro obdu-
 ctam inuolucro.

LOCVS.

Nascitur clinosis locis. **Matth.**

QUALITATES.

Calidioris est temperatu- **Gad.s.**
 ra, quàm bulbus esculentus. **sup. me.**

VIRES.

Radix mansa, aut decoctum **Diosc.**
 eius potum, vesicæ malis me-
 detur, vomitiones mouet.

* APPENDIX.

Videatur de pinxissè autor
 Bulbi Vomitorij loco ob odo-
 ris, quem spirant flores, præ-
 stantiam familiare Turcis di-
 ctum Mulcari, ideoq; hoci-
 psium hic expressimus.*

SCILLA Græcis, Σκίλλα. Arabibus, *Hafel, Hausel, Aftil, sine Alafibi.* Italis, *Squilla.* Germanis, *Meerzwibel.* Hispanis, *Cebolla albarrena.* Gallis, *Squille, cepuraire, sine Oignon marin.*

SCILLA.

FORMA.

Matth. Bulbo nititur ingenti, subrubro, radicibus inferna sede numerosis: squamis crassis, leno succo prægnantibus, acri, & amaro, folia mitit aloes similia, caulem sesquicubitalem, lævem, & flores in summitate subpurpureos.

LOCVS.

Idem. Nasitur maritimo tractu.

QUALITATES.

Qualitatem admodum incidentem obrinet, non tamen admodum calidam, itaq; secundi ordinis exal-facientium facit: præstat autem, aut assam, aut elixam fumere, sic enim virium illius vehementia exoluitur.

VIRE.

Diosc. Interna scillæ pars in oleo serue-facta, rimis pedum vtiliter admo-eur. decocta in aceto illiuntur ad vi-perarum morsus: tosta, & odoratis medicamentis admista, haustaq; vri-nam ciet, hydropicos, stomachicos, auriginosos, torminibus, & tussi ve-tere laborantes, suspiriosos, & reuo-mentes iuuat, tribus obolis ex melle sumpta, quin etiam comitialibus & resolutis auxiliatur. sed cauedus scil-læ vifus his, quorum intestina viceribus afficiuntur. Scillimum quoq; acetum admirabilis est ad multa facultatis, si quis enim quotidie parum ebiberit, illi quidem facium, otisq; partes nunquam male valebunt: os ventericuli bene-lebit: facillè spiritum duacet: oculi acutissimè cernent: status nullus in ventre-citabitur, & bene spirans, benèq; coloratus deget. hoc aceto qui vlturibus bellè conficiet, etiam si licentiosus edat: nihil superus cui in corpore ieiudat, non flatus, non bilis, non cruditas, non stercus, non vrina, aluus subrica omni-no erit. Morbo comitiali diuturno efficaciter profuit, incipiens verò ac nonn-perfectè distat: ad podagras, præterea, & ceteros articulares morbos, & ad



**Pirhego-
res.**

ad vifus his, quorum intestina viceribus afficiuntur. Scillimum quoq; acetum admirabilis est ad multa facultatis, si quis enim quotidie parum ebiberit, illi quidem facium, otisq; partes nunquam male valebunt: os ventericuli bene-lebit: facillè spiritum duacet: oculi acutissimè cernent: status nullus in ventre-citabitur, & bene spirans, benèq; coloratus deget. hoc aceto qui vlturibus bellè conficiet, etiam si licentiosus edat: nihil superus cui in corpore ieiudat, non flatus, non bilis, non cruditas, non stercus, non vrina, aluus subrica omni-no erit. Morbo comitiali diuturno efficaciter profuit, incipiens verò ac nonn-perfectè distat: ad podagras, præterea, & ceteros articulares morbos, & ad

CAPPARIS, Græcis, *Κάπρωσις*. Arabibus, *Cappar*. Italis, *Capparo*. Germanis, *Cappm*. Hispanis, *Alchapparyas*. Gallis, *Cappres*.

CAPPARIS.

FORMA.

Aculeatus est frutex, qui in ter Diosc. tra stratus, magis in orbem euagatur: spinas, ut rubus habet in hammi modum aduncas: folia mali cotoneæ, rotunda: fructum oleæ similem, qui cum dehiscens panditur, florem candidum prominquo excusso, non nihil glandis oblongæ figura invenitur, quod apertū grana acinis puniceorum similia ostendit, parva, rubicunda. Radices spargit lignotas, grâdes, numerosasq;.

LOCVS.

Tenni solo, asperisq; locis, in *Idem*. insulis, & iuxta ruderata nascitur.

QUALITATES.

Radiceis cortex vincentem ha- Gal. 7.
bet qualitatem amaram, proxi- *simp. me.*
mâ acrem, deinde acerbam: qui
bus palam est, quod diuersis, &
pugnantibus constet facultari-
bus, quippe abstergere, purga-
re, & incidere potest sua amari-
tudine, excolescere, & incidere,
digerere, acrimonia: potè
densare, constringere acerbira-



radiceis cortici fructus virium proportionè responder, quin & folia, & can-
tharum imbecillius operantur.

VIRES.

Fructus drachmis duab⁹ in vino potus quadraginta diebus, lienem absumit, Diosc.
& urinâ pellit bibitur utilissimè Ischiadicis, resolutis, conuulsisq;, menses ciet,
& caput purgat: seminis, aut aridæ radiceis ex aceto decoctis; colluto ex eo ore,
dentium dolores mulcet. radiceum cortex, vlcera vetera omnia, & fordida, callo-
sisq; expurgat: lienosis, cū hordei farina utiliter illinitur: cū aceto trita, albus viti
ligatus abstergit: Radix foliaq; intrica, strumas, ac duricias discutiunt, foliorum
succus infusus aurium vermiculos enecat. Fructus in ciborū vsu venit, sed pa- *Metth.*
rum alit: valet tamè ad excitandam cibi appetentiam, & deradendam, deijcien-
damq; pituitam, quæ ventriculo in hæserit, & ad lienis, & iecoris morbos.

* CAPPARIS Sylvestris seu Fabaginea vel Leguminosa, Pepleos quibusdam dicta, Auicennæ *Ardifugi* vel *Ardifugi*. Rhasi *Andirian*. Alepi in Syria *Morgan*.

F O R M A.

Egregie virent huius plantę folia, Cappari similia sed minora & oblongiora, crassiuscula, bina vnico pediculo cauliculis teretibus, lenibusq; annexa & sibi inuicem opposita. Flores Capparibus conditis forma congruant antequam aperiantur, foris herbidi, expansi vero albicant & intus rubent, è medio staminalutea emergunt, his succedūt siliquę oblongę in quibus semina. Radix subest longa lignosaq;.

L O C U S.

Nobis peregrina est planta, nec nisi in hortis inuenienda. Sed Roma inter rudera sponte nasci perhibent.

V I R E S.

Vsurpatur ad vermes, tosa enim planta grauis est odoris & saporis amari.*

CAPPARIS SYLVESTRIS.



LEPIDIVM, *Gençis, Aspidion.* Mauritanis, *Sairaregi, Hansab, Afsaita regi, sive Scitharegi.* Italia, *Lepido, seu Iberide.* Germanis, *Wilder Krefj.* Hispanis, *Nasturtio brutifas.* Gallis, *Passerage sauvage, sive Nasturtio sauvage.*

LEPIDIVM.

FORMA.



Folia gerit nasturtij; vere Diosc. virétiora, caulem cubitalem, Marrb. aut minorem, florem album, tenuemque. Semen circum summos tenuesque cauliculos in siliquis, nasturtij amullis, sed minoribus, minuto intrus semine. Radicem albam, acri sapore.

LOCVS.

Nascitur locis incultris, Democr. zosis: in remplorum areis, atque sepulchris, secus itinera, in tuderibus, & agrorum extremitatibus.

QUALITATES.

Excalfacit & siccat, magis Marrb. quam nasturtiū extrahit, attrahit, incidit, attenuat, aperit, digerit, & vrit.

VIRES.

Prestat mirum in modū Ichthiadicis, si cum Helenij radice, quarta parte Diosc. trillinarum. Idem prestat contrusa radix & cum salsa arungia illita; quaternis Democr. sis, sed deinde in balneum descendere ægrum oportet, & locum cum oleo unguere; addita lanæ herballienosis admota proficit eadem lepras eximit.

CENSURĀ.

Qui Lepidium, & Iberidem duas faciunt plantas, manifestè fallantur.

LEPIDIVM, Paulo Aeginete, & Plinio: posterioribus Græcis, *Aspidon*. Itali, *Piperite*, & *Peperella*. Gallis, *Peffrage*, *fiue* *Poyuree*. Germanis, *Pfeffer Kraut*.

F O R M A.

Matth.

Caulis cubitalibus fruticat, subalbicans: folijs lauri, maioribus tamē, robustis, floribus in cacumine spicatis, tenuibus, ac albicantibus. Radice alba, acerrimi gustu, petinde, ac folia, quę dentibus attrita os vinerisum accendunt.

L O C U S.

Idem.

Seritur in hortis, ac etiam quibusdam in locis sponte nascitur.

Q U A L I T A T E S,
E T V I R E S.*Idem.*

Excalfacit & siccit vehementer, ac ea omnia potest, quę lepidium primum, ceterum longē valētius operatur.

LEPIDIVM.



RAYLIN

N O M I N A.
"RAMVLV: Lepidij cum flore & femine."



RANVM-

RANUNCULVS, Græcis, Βαρύδενον. Italis, Ranuncolo, sive Piccorbino. Germanis, Dauten Jusf. Hispanis, Ternabellida. Gallis, Grenouillete, sive Besfontz.

RANUNCULVS.

G E N E R A.

Matth. Sex nobis Ranunculi recensentur genera: de quibus inferius dicitur.

F O R M A.

DIOSC. Folijs exit coriandri latioribus, pinguibus, subalbidisq; floribus luteis, & interdū purpureis, caule gracili, cubitali: radice alba, exigua, amara, & ellebori modo fibrata.

L O C U S.

Meus. Nascentur in limitib. humidis.

Q U A L I T A T E S.

Gal. li. 6. Omnis facultatē vehementer acrem possident, aded, ut eum dolore exulcerent. Radix arefacta, sternutatoriorum est medicamentum, similiter alijs omnibus, quę vehementer desiccant, & ut semel dicam, calida & sicca valde est, tum radix, tum vniuersa herba, aded ut sua exiccatione sicca radices quoque frangat.

V I R E S.

DIOSC. Folia, flores, & cauliculi recentes cuiuscunque generis, exulcerant illis, & crustas non sine dolore exciunt: quare scabros vngues exciunt: scabiē detrahunt, & stigmata delent: peniles, & formicantes verrucas, alopeciasque per illosper illita, tollunt, repente decocto foventur vtiliter perniciōnes, siccatione tritaque sternutamenta ciet, naribus indira.

G E N E R A.

Qui Ranunculum coronopum esse contendunt: hī sanē delitio agunt.



RANUNCULUS SECUNDUS.

F O R M A.

Ranunculus secundus, la-di-ose. ruginosior, hirsutior, quàm primus est, longioribus caulis, & pluribus foliorum incisuris.

L O C U S.

Plurimus in Sardinia nascitur, quàm acerrimes, quem sylvestre apium appellant. *Idem.*

Q U A L I T A T E S,
E T V I R E S.

Apium risus quidã hoc ranunculi genus appellanere, *Matth.* quòd si herbã hanc, quispiam in eduljis vocauerit, eius nerui contrahantur, rictuque os diducatur: vt grauissimi testantur aurores, ita vt qui mortem appetunt, veluti sidentiam facie intendant.



RANUNCU-

RANUNCULVS TERTIVS.

FORMA.

Minoribus provenit folijs,
floribus melius: sed tota plan-
ta grauem spirat odorem.



RANUNCULUS QUARTUS.

F O R M A.

Non est abſimilis tertioſo D I O S C. lia tamen magis diuifa ſunt: *Matth.* florem edit lactei candoris. Radices numerosas, fibroſas- que.

* L O C U S.

Nafeitur in montibus, & in hortis, flores numeroſiore folio luxuriant.*



RANUNCU-

RANUNCULVS quintus. Italis, *Pis di Galle*. Germanis, *Delphinium*. Gallo
Piepa.

RANUNCULVS QUINTVS.

FORMA.

Morb. Folia mittit secundi ferè si-
milia, atque etiam hirtiotà,
radices albas, numerosas, el-
lebori modo, inter quas me-
dium occupat locum, tubo-
rosa radix dependens, veluti
ex funiculo, nucis iuglandis
magnitudine, albicans rapi-
odo, sed actis, & exulectans.

LOCVS.

Idem. Nasçitur locis inçultis, &
secus itinera.

QUALITATES,
ET VIRES.

Idem. Excalfacit & siccat ordine
quarto: ulcerat, extrahit, inci-
dit, digerit. Radix recens tu-
sa & admota, vesicas excitat,
quare ischiadicis vtiliter illi-
nitur.



RANUNCULVS SEXTVE.

F O R M A.

Folia mittit anemonis præ-
mi similia : caules cubitales,
striatos, flores in summitate
magnos, aureo colore : radi-
ces numerosas, fibrosasq;

L O C U S.

Nascitur in riguis, & hu-
metis locis.

Q U A L I T A T E S, E T
V I R E S.

Cæteris minus est aeris,
qua se minus exalfacit, &
siccat.



Bb

ANIMO-

ANEMONE, Græcis, *Ανεμώνη*. Italis, *Anemone*. Gallis, *Passe fleur*. Arabibus, *Ischqik*, *Alshamen*, *Schqik*, seu *Mamira*.

ANEMONE.

G E N E R A.

Matth. Plura habet genera, quorum quinque nos observavimus.

F O R M A P R I M E.

Diosc. Folio provenit coriandro simili, sed frequentioribus incisuris, caulibus lanuginosis, tenuibus, striatisq;: in quibus tenuiora folia per intervalla spectantur: floribus sylvestris papaveris magnitudine, purpurascensibus, prominente umbilicatenus capitulo, nigro colore, nigrisque capillamentis stipato, perinde ac in papavere. Radix illi inest oleæ magnitudine, subrotunda, fibrataq; ac sapore acri.

L O C U S.

Idem. Oritur in arvis, & alijs cultis locis.

Q U A L I T A T E S.

Gal. l. Anemone omnes, acrem, *Emp. me.* extergendi, attrahendi, & ora vasorum referendi facultatem obtinent.

V I R E S.

Diosc. Succus eum foliorum, tum radice naribus infusus, caput purgat, coneducta radix pituitam trahit: decocta in passio, & illita, sanat oculos tum inflammationes, cicatrices eorundem, & hebetudines emendat: sordida vlcera abstergit. Folia, & caules, si cum prissana cocti edantur, lactis copiam præbent: si vellere folia supposita, menstrua cient, & lepras illita erimunt.



ANEMONE secunda, Italis, Anemone secunda.

ANEMONE SECUNDA.

FORMA.



Folijis provenit maioribus, *Matth.* frequentius laciniatis, cynodonti aconiti modo; caulibus altcrius similibus, sed aliquanto crassioribus, in snibus, & in rectum spectantibus, quibus flores insunt in summitate dilutione purpura nitescentes: capitulo circumquaq; comato: perinde, ac altera. Radicem habet brevem, rapunculi ferè figura, fibris adnatis multis: acris gustu.

LOCVS.

Nascitur locis cultis, & præ-*Idem.* fertim in aruis.

QUALITATES, ET
VIRES.

Nihil suis in facultatibus à *Idem.* priore differt.

F O R M A.

Math. Folijs est ranunculi primi
similibus, caulibus tenuibus,
sesquipalmatis, rotundis,
in quorum cacumine flores
exerunt albi, ac diluta quadam
purpura nitescentes, inferiori
praesertim sede rosarum ma-
gnitudine, radicem habet fi-
bratam, ac tenuem.

L O C U S.

Idem. Nasceitur in collibus.

Q U A L I T A T E S, E T
V I R E S.

Idem. Tota planta caeteris mitior
est, quare minus exaescit, &
siccat.



ANEMONE QUARTA.

FORMA.

Folia profert frequenter laciniata, flores in summitate caulis purpureos, radicem globosam, & parvam, fibris numerosis stipatam.

LOCVS.

Prouenit cultis locis.

Idem.



Bb 3

ANEMO-

ANEMONE QUINTA.

*FORMA.

Folijs prœnit ranunculi
 ferè, sed tenerioribus, floribus
 aurcis, radice parva fabæ ma-
 gitudine.*


L O C U S.

Oritur cultis locis, & in arvis.



*ANEMO-

* ANEMONES distincti flores.



Plurimæ species Anemones habentur aded vi serè quibus peculiare depingat ab alio nõ obseruatas. Ideo non putauit superuacaneum fore, si reliquis, quas coactus fui subdere depictis ab autore nec dum à me cõspectis, adlungerem collararij vice rariotes hosce flores, quorum A. litera insignitus candidus est, & medio luteus, B. Cæruleus, C. aureus, D. Purpureus variegatus venis subrubris, E. Coccineus. Eorum vero stirpes cum radice nondum viderimiki cõtigit.*

PULSATILLA. *Italis, Pulsatilla.* Germanis, *Rüchcn Schel* seu *Quack Kraut*. Gallis, *des coquerelles.*

PULSATILLA.

FORMA.

Matth.

Cum primùm erumpit folia mittit incana, & ad modum hirsuta, minutim laciniata, sapore per quam acriflores prodeunt anteaquàm folia emergant purpurei, nigricantes, atque hirsuti, caule rotundum, tenuem atq; incanum. Radix illi subest pè doli longitudine, exesa chamæleonis albi modo, sapore potius subdulci, quàm acri.

L O C U S.

Idem.

Prouenit locis incultis, aridis, & saxosis.

QUALITATES.

Idem.

Folia, caules, & flores cum acerrimo sint gustu, excofaciunt, & sicant ordine quarto: incidunt, attenuant, attrahunt, digerunt, expurgant, & exulcerant. Radix verò cum subdulcis sit, non longè aberit à temperatis.

VIRUS.

Idem.

Sunt qui radicem maximè præferant contra pestilentiz contagia, & venena, & virulentorum animalium ictus, si cum vino bibatur, drachmæ duarum pondere, quare in antidotis additur. Aqua è folijs distillata, vulnera sanat, & potè sudorem prouocat.



**Pyrolis lutea*. *Edic. Sigmunt.*

PYROLIS LUTEA.

FORMA.

Folijis proenit minus laciniatis quidem, sed cætera præcedenti similibus, flos Maij medio luteus subrobens summo cauliculo insidet, quem subsequitur semen papposum, barbaturæque.

LOCVS.

Gaudet montanis, & in Helvetia frequens est in monte Gothardi.*



Eb 5

ANAGAL:

ANAGALLIS, Grecis, *Ανεγυλλία*. Ital. *anagallo*, Officinis, *Morsus Galinae*. Germanis, *Sanich-Heil*. Hispanis, *Atarages*. Gallis, *Margellus*, seu *Mearon*.

ANAGALLIS MAS.

G E N E R A.

Diosc. Duum est generum, Mas alterum, alterum femina.

F O R M A M A R I S.

Mem. Planta est parva, humi lacēs, folijs in quadrangulo caule puffillis, subrotundis; floribus phæniceis; & paruo, ac rotundo semine.

L O C U S.

Matth. Nasctur in hortis, culte, ac lato solo.

Q U A L I T A T E S.

Gal. li. 6. Admodum extergentis est *f. sup. m.* cultatis, habet etiam quendam calorem attractorium: vis etiam mitigandi illi inest.

V I R E S.

Inflammationes arceat: adactos corpori sculeos extrahit, normas cohibet: succus gargarizatus, capitis pituitam purgat: & naribus infuso, dolocem denarium lenit, si in a duersam narem injiciatur: argemas cum melleo mendat: prodest contra viperarum morsus, iocinoris, & renum vitia si cum bibarua.



ANAGALLIS formina, Græcis, ἀνάγallis ἑλλάς. Italis, Anagallo formi.

ANAGALLIS FORMINA.



F O R M A.

Nihil ab altera differt, nisi flo- DIOSC.
tis colore, qui in hac cœruleus, in
illa phœniceus spectatur.

L O C U S.

Nascitur cultis, & incultis lo- Matth.
cis. Et sæpe in hortis.

Q U A L I T A T E S,
E T V I R E S.

Utriusque formæ sunt, ira facul DIOSC.
tibus. & viribus: peculiariter au-
tem hæc, procidètem sedem ad-
mota reprimit: altera verò cuo-
cat, ut quidam volunt.

*ANAGAL-

* ANAGALLIS Aquatica, Germanis, Wasserbüchsen/Wachbüchsen. Gallis, *Bois*

ANAGALLIS AQUATICA.

G E N E R A.

Distingui possunt potissim. duo eius genera, quamvis plura sint strictissimis folijs ab hisce differentia.

F O R M A.

Primum genus recto caule attollitur, folijs oblongis, carnosis, & leuiter in ambitu serratis vestito, ex quorum sinibus enascuntur ramuli copiosis flosculis purpurascensibus ornati, quibus succedit semé minutú exiguis folliculis inclusum, radix est fibrosa, vt a-liatum herbarum palustrium. Alterum supinú est, & repit, folia habet rotundiora & flosculos eleganter cartuleos.

L O C U S.

Inuenitur in palustribus, & riuis gaudet.

F A C U L T A T E S.

Apud veterinarios magno est in vsu discutendis tumoribus & scabie equorum sananda: in acetarijs sumpta stomachacem emendat, calculos rumpit, miccit, fetus mortuos pellit, & menses euocat. Cum aceto & butyro rosa t-
posita, ac subinde renouata, tumoribus quibusuis & ignibus factis prodest.



SYCCISA, Officinis, *Morsus diaboli*. Italis, *Morso di diavolo*. Germanis, *Zweifels
Zug*.

SYCCISA, SEV MORSYS
DIABOLI.

F O R M A.



Folijs constat plantagini *Matrib.*
angustifolijs similibus, leuio-
rib. ramis, caulibus sesquicu-
bitalibus, in quibus minora
sunt folia per ambitum den-
ticulata, flores edit scabiose
similes. Radicem habet pol-
licarem, sed succisam, & vel-
uti demorsam, à qua complu-
res oriuntur fibrae, ellebori
modo.

L O C U S.

Prouenit locis incultis, sal *Idem.*
tibus, ac dumetis.

Q U A L I T A T E S,
E T V I R E S.

Herba trita & admota, *Idem.*
praesentaneo auxilio, carbon-
culis pestiferis medetur, aut
si vinum bibatur, in quo in-
cocta fuerit. Radix per se, aut
vinum in quo efferbuerit po-
tum, non modo vteri do-

mmulcet, sed pestilentiae contagia superat. Gusu admodum amara est: quae
malis & licet.

HEDERA, Græcis, *Κισσός*. Maurica. *Cassus*. Ital. *Hedera*, seu *Leffa*. Germ. *Wann* siue *Wann* *Ephem*, siue *Ebich*. Hispan. *Hedera*, seu *Ede*. Gallis, *Lierre*.

G E N E R A.

H E D E R A.

DIOSC. Hedera differētijs multas in genere sortit: summās autē genere tres, nā altera cādda, altera nigra, & tertia, q̄ Helix appellat. Nos autē alterā maiore, alterā minorem appellamus.

F O R M A M A I O R I S.

Idem. Maior, quā arboreā vocant, nō solū in sylvis excellās arbores scādit, sed etiā antiqua edificia, vtrbiū mēnia, sepulchraq; ad eō occupat, vt tandē suo artiori cōplexu, ea oīa diruar, & vnā cū ijs collabat: folijs suo exorta puenit oblongis, q̄ dein de rēporis tractu triquetra euadūt, lēuia, crassa, robustaq; Florere incipit ad finē Autumni, floribus mucosis, pallescentibus, ē quibus racemosi hyeme nascūtur corymbi, bacis ligustrinis maioribus.

L O C U S.

Idem. Nasct in sylvis, in cāpis, in hortis, & edificiorum muris.

Q U A L I T A T E S.

Gal. li. 7. Ex cōtrarijs cōposita est facultatib⁹, habet. n. quiddā adstringētis substantiē, quā terrenā & frigidā esse cōstat: habet & nōnihil acris, quā calidā esse, vel gustus cōprobauit: deest tertia: aquē namq; substantiā quandā tepidā detinet, si visib⁹ in sicca enim exhalat.

V I R E S.

DIOSC. Recctia folia ex aceto decocta, aut cruda, cū pane detrita, lienesantifētorū, & corymborū succus narib. infusus, cū melle, pituitā deponit: valet cōtra veteres capitis dolores, si cū aceto, & rosaceo perfundat: purulenti, an dolenti, aurib⁹, cū oleo medet: bacce quinq; trite, & in malicorio, cū rosaceo vefacta, si in stille oleū in contraria aure, dolorē dentiū mitigat: corymbū vitæ, ac subditi, mēles monēt. Instillat us succus, putrida tradia nariū, græuolūm emēdat: Lachryma p̄slothrū est. Illita pediculos necat. Foliorū succus et vis austero potus, lienosos sanat: consuta recctia folia, in pilei formā, papulosis ulceratisq; in fantiū capitiibus, vtiliter imponuntur.



HEDERA MINOR, *Circis*, *Euphr* Læf. Italis, *Hedera minor*.

HEDERA HELIX, SIVE MINOR.



FORMA.

Folio exit triquetro, ac ma *Math.*
 cufoso: farmentis albicanti-
 bus, ac lignofis. Hæc humi
 repit, & faxis hæret: fructu
 nullo neque flore.

LOCVS.

Prouenit aridis & faxofis *Idem.*
 locis, circa fepes, & faxa gran-
 diora.

QUALITATES,
 ET VIRES.

Potest ea omnia, quæ ma- *Idem.*
 ior: fed inefficacior tamen
 eft.

HED-

HEDERA terrestris, Græcis *Karib* *ἡλιόχορδος*. Italis, *Hedera terrestris*. Germanis, *Grundreben* siue *Grundreben*.

HEDERA TERRESTRIS.

F O R M A.

Longo hæc reptans humi serpit, quadrangularibus funiculis, è quibus folia prodeunt rotunda, crispa, subaspera, & per ambitum serrata, flores edit in purpura albicantes, pusillos: Radicibus tenuibus, è funicularumgeniculis prodeuntibus. Plâta rota amara est.

L O C U S.

Nascitur in opacis, circa semitas, urbium muros, & in hortis.

Q U A L I T A T E S.

Amaro gustu tota plâta est, quare abstergere, exrenuare, aperireq; facile poterit.

V I R E S.

Additur in potionibus quæ ad v. cerum interiorum vulnera parantur: succus cum ærugine mistus, instillatur vtiliter cuniculosis viceribus: Fit è folijs recentibus oleum, ijs in eo maceratis, diuque æstate insolatis, admirabilis sanè facultas tormina, & cæteros intestinorum cruciatus, cum potum, ram infusum.



• HEDERA TERRESTRIS Species montana.



FORMA.

Viticulos profert vulgari breviores ; hirsutioresque, folia circinata: rotundioris, maiora, flosculi quoq; paululum rubescunt, & grandiores aliquantum sunt quam in ea que passim nascitur.

LOCVS.

Nascitur in Thuringia locis montosis & opacis.

QUALITATES ET VIRES.

E sapore odoreq; validioribus, conijci potest omnia valentius prestare posse hanc, quam que in planitie provenit. *

Cc

CHELY.

CHELIDONIUM maius, Græcis, *χελιδονική*, *χελιδονική*, *χελιδονική*, seu *Memirum*. Itali, *Celidonia maggiore*. Germanis, *Schilfrum*. Hispanis, *Celidonia*, seu *Torcedillo* *golundrina*. Gallis, *Celidoine* seu *chibère*.

CHELIDONIUM MAIUS**FORMA.**

DIOSC. Caule est gracili, cubitali, aut altiore, agnatis foliosis, folijs ranunculi, mollioribus tamen, & colore cesijs: flore violæ albæ, secundum singula folia prodeunte, succo tota planta mader croceo: qui mordax, & acris est, subamarus, & graviter olens. Radix supernè singularis, internè in multa crocea capillamenta fibratur: siliqua cœn corniculati papaveris, tenuis, in metze figuram longa, in qua semen recluditur.

**LOCVS.**

Matth. Provenit propter sepes, in scrobium ripis, secus vias, inter rudera, & in muris, & parietibus.

QUALITATES.

Galē. 1. Extergentis admodum, & **simp. m.** calidæ facultatis est, succus eius, & ad acuendum visum, commodus est: utque in quibus crassum quiddam, quoddam in pupilla colligitur digestionem indigens.

VIRÆ.

DIOSC. Radix cum aniso, & vino albo posita, medetur regio morbo, & vicibus, si serpunt imposta cum vino. Succus oculi, sanam claritatem affert.

CHELIDONIUM minus, Græcis, *Χελιδόνιον μικρόν*. Arabibus, *Memiten*. Hætrolicis, *Farnschello*, seu *Celidonia minore*. German. *Beignwart* *Blatter Kraut* / seu *Pfaffenhöflin*. Hisp. *Scrofularia menor*. Gal. *Conilos de Presfres*, seu *petite eschliere*.

CHELIDONIUM MINUS.



FORMA.

Folijis provenit hederæ mi- **DIOSE.**
noribus, rotundiorib⁹, tene-
ris ac subpinguib⁹, humi ac-
cubantibus, sine caule: Radice-
s habet ex eodē callo com-
plices, passillas, in granorum
tritici modis acervatim con-
gestas, quarum tres, aut qua-
tuor in longitudinē exeunt.
Flores fundit luteos, tenuib⁹ *Matth.*
pediculis nitentes: Brevis de-
perditur tempore: vere enim
& nascitur, & arefcit.

LOCVS.

Nascitur viginoso solo, **DIOSE.**
iuxta aquas, stagna, & lacus.

QUALITATES.

Cum actius sit maiore, illi. *Gale.*
tum celeriter entem exulce- *sim. me.*
rat, itaque hæc herba quarti
ordinis iam absoluti, cum in
calfaciendo, tum in siccan-
do fuerit.

VIRVS.

Succus eius per nares pur- *Gale.*
gar, utpote admodum acer. **DIOSE.**
Pforas, & scabros vngues eij-

cit: Decoctum eius ex melle gargarizatum, caput purgat. Idem facit iuccus è
radice expressus; omnia pectoris vitia decoctum extrahit.

CENSURA.

Amentium coculla digni sunt, qui Chelidonium minus, Vergilij Amellam
esse contendunt.

APPENDIX.

Chelidonium minus tamen Dioscoridi, & Galeno aded sit acre, ut admo-
tum corpori celeriter exulceret, quod facile de eo credendum est, quod in Græ-
cia præsentit: cum tamen Italicum nulla sit acredine præditum, calidis, ac sic-
cis qualitatibus penitus destituitur.

AQVILINA, sive aquilegia. Italis, *Aquileia*, *Celidonia maggiore*, seu *Celidonia italiana*. Germanis, *Ädelwey*. Gallis, *acéboles*.

AQVILINA, SEV AQT-
LEIA.

FORMA.

Carth.

Planta est fruticosa, folijs maioris Chelidonijs quadantenus similibus, subalbicantibus, per ambitum diuisis: caules edit numerosos, tenues, sesquicubitales. Flores in cacumine emicant purpurei, aut candidi, aut lutei, in stellæ modum radiantes, quatuor inferiori sede corniculis, concavis, & sursum reflexis, è quibus capitula suboriuntur melanthij modo, quæ nigrum, pellucidumq; concludunt semen.

LOCVS.

Oritur in montibus, syluosis locis, & feritur in hortis.

QUALITATES ET
VIRES.

Semen drachmæ pondere potum ex Cretico vino, & croci momento icteritiam sanat: sed ægros sabinde in lecto sardare oportet.



* ACQ

*AQUILEGIE flores varij.



Non tantum color diversitatem parit multifariam in floribus hisce, sed & figura discrepare iidem quotidie deprehenduntur. Nam sterura non solum multiplici flores densiores & nitidiores stipantur, aut colorum distinctiones nonnunquam in diversis nonnunquam in vnico flore variaz commendantur, sed & diversas sortiuntur facies interdum, sine naturæ lusu sine artificio quodam, ut inuersi * flores propemodum videantur, aut degenerant † sæpiuscule & strigosiores apparent, & tum quidem aut colore languidior & quasi diluuiore spectantur, aut profus virorem induunt. *

Cc 3

CARYO-

CARYOPHILLVS Indicus, Italis, *Garofano Indiano*. Germanis, *Goldfarb* & *flein* vel *Indianifch* Dreglin.

CARYOPHILLVS INDICVL

G E N E R A.

Duo habet genera: *Majus*, & *Minus*.

F O R M A M A I O R I S.

Math.

Planta est fruticosa, caulis bicubitalibus, & quandoque maioribus striatis, rectis, subrescens, à quibus numerosa procedunt folia, tanacetum æmula, sed maiora, & magis diuisa: flores à calice oblongo torosoque ac longo pediculo uidentes excurrunt autem, magni, numerosis admodum stipatis folijs, odore minus quam in altero graueolenti, semine tenni, oblongo, nigro: Radix illi est breuis, multifidaque.

L O C U S.

Scrunt in hortis, colunt in scissilibus, & arculis, spectaculi gratia.



Q U A L I T A T E S E T V I R I E S.

Idem.

Excalfactit, & siccat, quo fit, ut in medicum usum venire possit, ubi absterge, extenuare, digerere, ac referare sit opus.

CARTOPHILLVS Indicus minor: Italis, *Garofanus Indicus minor*.

CARTOPHILLVS INDICVS MINOR.



F O R M A.

Flore tantum à maiore distat, quippe qui in hoc genere minorum spectatur bino, tenoque foliorum stipamento: color illi inest aureus, subnigricansque, & leui quadam purpura adumbratus, aspectu admodum incundo, adeo quòd ex oloferico, quòd velutum vocamus, à natura facti videantur: sed odore sunt graui, & qui caput feriat. *Martb.*

L O C U S.

Visitur passim super fenestras in fistilibus, atque etiam in hortis.

Q U A L I T A T E S E T
V I R E S.

Excalfacit, siccat, attenuat, incidit, & abstergit, ac aperit valentius, quàm maior.

Cc ← AVRI-

AVRICVLA muris, Græcis, Μυρίς ἁγία. Italis, *Oreochia di revo*. German. *Witt Mangoldt* mit blauen Blumen. Hispanis, *Oreys de raton*. Gallis, *Oreigede rait*.

AVRICVLA MYRIS.

FORMA.

DIOSC. Planta est caulibus pluribus ab una radice, aliquatenus ab imò rubentibus, & concavis. folijs angustis, oblongis, dorso acuto, ac elevato, nigricantibus, per intervalla alidudè germinatis, atq; in mucronem desinentibus, & tenuibus cauliculis ex alarum sinu prodeuntibus, flosculo, vt anagallidis, cæruleo. Radix digitali crassitudine, multis capillamentis fibrata.

LOCVS.

Matth. Oritur in pratis, in campis, & hortis.

QUALITATES.

Gale. 7. Desiccata ordine secundos
fimp. me. cæterùm nullam euidentem caliditatem possidet.

VIRIS.

DIOSC. Radix illita ægilopas sanat.



ISATIS domestica, sine Glastum, Græcis, *isâris êpapor*. Italis, *Guada domestica*. Germanis, *Werb*. Hispanis, *Pajel*. Gallis, *Guada*, seu *Pajel*.

ISATIS DOMESTICA.

FORMA.

Folia profert plantagini si- *Marb.*
milis, verum pinguiora, ni-
grioraque: caulis illi est bi-
cubitalis, floribus in summi-
tate numerosis, parvis, tenui-
busque, aureo colore.

LOCVS.

Seritur passim in campis ad *Idem*.
lanificia caruleo colore infi-
cienda.

QUALITATES.

Facultatis est valenter exic- *Galt. 7.*
cantis, nondum tamen mor- *simp. me.*
dantis: est etiam simul ama-
ra, atque adstringens.

VIRES.

Illita folia tumores omnes *Diosc.*
discutiunt: eruenta vulnera
glutinant: sanguinis proflu-
via sistunt, ignem sacrum, ex-
cedentia, putrescentia, ac ser-
pentia ulcera sanant.

Cc 3

ISATIS



ISATIS sylvestris, Græcis, *Isatis asyria*. Italis, *Grado seluetica*. Germanis, *Wilde Weide*. Gallis, *Pastel sauvage*.

ISATIS SYLVESTRIS.

FORMA.

DIOSC. Folia fert maiora, lactuce proxima: caules tenuiores, multifidos, quadratenus ru- bentes, in quorum cacumine folliculi multi dependent, quandam linguarum faciem referentes, in quibus semen: flore luteo, tenui.

LOCVS.

Matth. Nascitur in campestribus, incultis locis, & in pascuis.

QUALITATES.

Galt. 7. Manifestè iam acre quid- dam tum gustu tum actione præfert, proinde valentius quàm sativa desiccatur, atq; va- lentius humidis putredinibus resistit.

VIRES.

DIOSC. Eadem quæ & supradicta præstat, poru, & illitu lienosis auxiliatur.



TELEPHIUM, Græcis, τριφύτον, Italis, Fava grassa, Gallis, Reprise; Ionbarbe des vignes. Germanis, Knabenkraut, Wundkraut, Zettjenne, Schmerzwurzel.

TELEPHIUM SIVE FABARIA.



V I R E S.

Telephij folijs senis horis illita, vitiliginem sanant, sed postea locus hordeaceus farina illini debet: peruncta ex aceto in sole, idem quoq; præstant. sed ubi immoerunt, abstergantur.

A P P E N D I X.

Fabaria Telephij notas omnes habet, verùm de vitibus dubitandum est.

F O R M A.

Folia promit portulacæ similia, quin etiam caules non absimiles; alas binas in singulis foliorum geniculis, annectit. Ramuli à radice seni, septemve prodeunt, folijs cæferi cæruleis, crassis, lentis, carnosis, flore luteo, aut candido.

L O C U S.

Nascentur in cultis, & maxime inter vites. Quin etiam saxosis locis, in rectis, & antiquis parietibus.

Q U A L I T A T E S.

Telephium exiccantis, tergentisq; est facultatis, non tamè insigniter calidæ: verum in hoc forsitã quispiam ipsum primi esse ordinis censent. delectat tamen secundo ordine intenso, aut certe principio tertij.

* TELEPHIUM vel *Crassula purpureo flore*. Germanis, *Sinsenthan*
Weyhe.

TELEPHIUM.

FORMA.

Parum discrepat ab altero; teneriores tamen sunt & magis rubent cauliculi. Folia quoq; non ita caerulea sunt, & flosculi suavi purpura rubent. Radice nitur paulo minore quam praecedens.

LOCVS.

Nascitur multis locis in Germania, praesertim montanis & opacis ad Rhenum.*



AGARICVM, *Geris, A. agale, Maurit. Garicum, Italis, Agarico, & fungo di Larice.* *Ger. Darnici Schmitt. Hisp. Agarico. Gall. Agaric.*

AGARICVM.



si hinc molliatur: si urina ægred̄ excernatur, si vulvæ strangularis urgeat, si pallor in corpore afflicto hinc pondere dari solet. Tabidis ex passio, ticciosis ex oxymelice vulvæ propinatur. Malar ac postea deauratur siccus ubi ventriculus cibi tenax non sit, & acidos mittat rudis sanguinis reictiones sistit tribus obolis ex aqua haustus: menses ciet, & veteri inflatione abstergetur. Aluum purgat, & vitæque bilem, & pituitam pellit: venenorum antidotus est Serpentium venenolorum moribus mirificè auxiliatur, tribus obolis ex vino sumptis. Verum agarici proprium est, cerebrum, nervos, & omnium sensuum organa expurgare: & postus, à lentis, crassisque & putrescentibus excrementis detegere, atq. concrementum omnem in articulis calcitrem evolueri. Resoluit, stupefidis, comitalibus, vertiginosis, diurno capitis dolore affectis, omnibusque quibuscunque morbis ab infestis prouocantibus mirum in modum auxiliatur. Recensetur quoque inter medicamenta que ad cordis affectus proficere dicuntur.

GENERA.

Duo cius habentur genera, Mas alterum, alterum Formina.

FORMA.

Fungus est in Larice nascens, non DIOSCOR. tamen vna & eadem semper moit Matth. proueniens. Qui autem formina vocatur rotundior, c& didior, friabilior, leuiorq̄, habetur, quin etiam primo gustu dulcis, mox amarus percipitur, & facit fumma rimodus spectatur. Mas verò, qui rotundior habetur, cum compactior, durior, villosior, lignosiorq̄, sit, inurilis pure ur.

LOCVS.

Nascitur pharicum in Tridenti- Matth. norum montium sylvis, vbi larices arbores crescunt.

QUALITATES.

Is primo quidem gustu (vt prædiximus) dulcis, sed paulò post subamarus percipitur, acrimonie ac leuicula adstrictionis particeps, quin etiam laxa c& sistentia præditus, quibus omnibus palam est, quòd compositum sit ex aëre ac terra subtilia à caliditate extensata. Hæc itaque ratione & digerendi & coificandi vim habet, & crassitudinem incidendi, tum viscerum infarctus expurgandi.

VIRES.

Efficax est contra tormina & crudi- DIOSCOR.

ditates: prodest contusis & ab alto deuolutis: istericis, hydropticis, suspensicis, lectinorosis, nephriticis mi-

RHABARBARVM, Italis, *Roebarbars*.

RHABARBARVM.

FORMA.

Caulis prope ad radicem brevis, sed crassus, è quo circumquaque folia omerosa exeunt, ex angusta origine, in amplum desinèntia, deorsumq; spectantia, lanuginosam quædam per ambitum obducta. Hæc dum adolefcunt viridia, adultis verò lutea spectantur. E medio foliorum stipatu cauleculus affurgit, qui summo fastigio flores natis caeruleos: odore acuto simul, & graui. Radix pedale longitudinem superat, colore ex rufo nigricante. Crassitudo radices non omnibus plantis eadem inest: verum quæ ad summam crassitudinem exceuerunt, humani cruris molem æquare solent: numerosis adstantis vadiq; fibris. Interna pulpa aureo colore nitet, rubris quam plurimis intercurrentibus venis: succo madet copioso tum croceo, tû purpureo, qui suo lentore manus implicat, & colore inficit.

LOCVS.

Oritur in Tragodytica regione, quæ propriè *Barbaria* appellatur, vnde illi nomen: quocirca, in *Catalægo*, eminentibus quibusdam montibus & saxosis, sunt qui scribant *Rhabarbarum* in *India orientali*.

QUALITATES.

Coolax cum æquis, cum terrenis qualitatibus, quæ adstringentem illi facultatem vident, quin etiam aëreâ & igneâ.

VIRES.

Omnis penitus noxa vacat: aded, ut quouis tempore dari possit hoc solum patris ænticæ, sed & veteri gerentibus. Sinceri macerati dilatum, vbi absterione, deiectione, & infestus liberatione sit opus, mirificè confert. Atqui vbi adstringere ac roborare oportet, ipse quidem in puluerem contriti exhiberi debet. Id quod vehementius operatur, quod ignis fuerit rostum: Deiecit *Rhabarbarum* cum bilem, tum pituitam: etique propriè facultas distergendi, roborandiq; cum ventriculum, tum etiam iecur: atq; eorum perniciosa amovet. Saaga inem pellucidam reddit, obstruções aperit, & qui ab his proceunt morbos, sicut *Ictericos*, *hydropicos*, *hæmicos*, ac diuturna febre laborantes iuvat. Datur videri ab alio deuolutis drachmæ pondere addito *Mumix*, & *rubiæ radices* mox cito ex vino albo *Opitalur* singulantiibus, ac *dysentericis*, præsertim illud, quod ignis fuerit rostum.

* APPENDIX.

De pictura *Rhabarbari* ab autore expressâ tanquam ad hæc incerta, nihil habeo quæ plerumque.



GENTIANA, Grecis, Γεντάνη. Arabibus, *Gentiana*, seu *Gentiana*. Italia, *Gentiana*. Germanis, *Gentianwurk*. Hispanis, *Gentiana*. Gallis, *Gentiane*.

GENTIANA.

G E N E R A.

Trium est generum. Maior. **DIOSC.**
Minor. Minima.

F O R M A.

Maior folijs provenit partim proximè radicem plantagini similibus, subrubris, partim à medio caule, & præsertim iuxta cacumen paulum dissectis: caule cano, ac lævi, dugui crassitudine, geniculato, bicubitali: semine in calicibus lato, lævi, glutinoso, satis ad spondilij semen accedente. Radice longa, crassa, amara, subluteo colore.

L O C U S.

Nascitur in sublimium montium iugis, umbrosis, & vliginosis locis. Ac etiam in eorundem montium ptatis, ac pascuis.

Q U A L I T A T E S.

Radix efficax est, ubi extinctione, purgatione, abster- **Gal. H. A.**
sione, obstructionis liberatione **sim. me.**
opus sit. Nec mirum si hæc possit, cum impense sit amara. Excalfacit tertio, & sic **Anticor.**
cat secundo.

V I R E S.

Radix datur vtiliter drachmarum duarum pondere cum vino, pipete, & Reta à serpente demortis. Eiusdem succi drachma, laserum dolore affectis, et obliuis deturbatis, ruptis, & convulsis prodest: Epacicis, & stomachicis ex aqua pota subvenit. Radix collyrij modo subdita parrus eicit. Imposita, vt Lycium, vulneraria est, & ad caniculosa vlcera vtilis. Id quod etiam facit succus. Radix viriliginem abstergit. Aquæ radicibus distillata febres ab infatu promouentes, misticè pellit. ventris tineas necat, maculas qualescumque in facie etiet.

FORMA.

Punicos gerit flores, folijs à priore parum differens nisi acuminatiora essent, radix invenitur nonnunquam brachiali crassitudine, duos pedes longa in summo divisa in caules prodeuntes, quorum aliquando tres, quatuor, quinque vel sex etiam enascuntur.

LOCVS.

Prodit in alpium iugis.

FACULTATES.

Atunt soluerè & purgare vehementius priore.*



GENTIANA minor, Græcis, Τριαντάφυλλο, siue γαυλάνθη. Italis, Gentiana mi-
nor. Officinis, Cruciata. Germ. Kreuzkraut; Sprenstich; seu Wädelgert.

GENTIANA MINOR.



FORMA.

Caulis exsertotundo, genicu-
lato, dodrantali, ac etiam maio-
re, in cacumine rufefcente. fo-
lia in caule prodeunt è genicu-
lorum alis bina, paribus inter-
uallis diftinéta, oblonga, sub-
pinguis, vulgaris faponariæ æ-
mula, fuperioribusq; gentianæ
folijs fimilia. Flores, qui purpu-
reo funt colore, fupremo caule
in orbem exeunt. Radix illi al-
ba, longa, locis pluribus in cru-
cis modum fecta, amaro admo-
dum gultu.

Locvs.

Nafcitur fecus itinera in mō-
tibus & locis non caldis.

QUALITATES,
ET VIRES.

Radix præftat contra pefti-
lentis contagia in antidotis ad-
dita. Eaq; omnia potefl, quæ
Gentiana maior.

GENTIANA minima, Italis, *Gentianella*, & *Perrinberga*. Germ. *Augentium*.

GENTIANA MINIMA.

FORMA.

Radicibus, provenit numerosis, tenuibus, albicantibus, per quam amaris cauliculis lætis, humi accubantibus. floribus ex cæruleo purpurascens: minoris Gentianæ similis, per inde ac folijs.

LOCVS.

Nascitur in collibus, locis incultis, & in campestribus.


QUALITATES, ET
VIRÆ.

Parum vitibus à Gentiana differt. Contusa radix, & ventri adhibita, teretes tinea necat. Exulceratas strumas sanat radicem siccarum pulvis inspersus: Cum melle autem illitus, cutis vitia quæcunque, & maculas abstergit.



ARISTOLOCHIA, malum terræ & venenum terræ, Plinio referente, Græcis, *Amoroxia*. Arabibus, *Zarand*, *Mafmaira*, seu *Zarand*. Hispanis, *Astronomia*. Gallis, *Sarrafat*, seu *Aristologie*.

ARISTOLOCHIA.



GENERA.

Trium est generum, Rotunda quæ *erypodu*, longa, quæ *podu*, & tertia, quæ *oxyperis* dicitur.

FORMA ROTUNDÆ.

Rotunda, quæ *stamina* vocatur, folijs crescit bederacis, præstanti odore, cum acrimonia quasi, molli-
libus subrotundis: natis ab vna radice germinibus, prolongisque palmitibus. Floribus subalocentibus, oblongis, ex paruo capitulo in apiculæ modum distinctibus, graucolentibusque, colore lotus ex atro purpureo, fructu viridi, rotundo, in glandis magnitudine: Radice rotunda, tuberosa, mali quæmilitate, vegeta, ponderosa, buxo inrus colore, graui autem & amaro sapore.

Diosc.

Matth.

LOCVS.

Nascitur in campetribus, in pratis, & in Apulia Monte Gargano.

QUALITATES.

Omnium generum subtilissima est rotunda, & ad omnia efficacior. Inque in quibus crassum humorem validius extenuare oportet, illic vsus est rotunda. Excelsior ordine tertio inchoant, & siccit secundo.

Gal. 6.

sup. me.

Mesur.

VIRES.

Rotunda omnibus venenis resistit, & venenosorum animulium moribus: eadem cum vino, pipere,

Diosc.

& mepha pœa drachmæ pondere mensis, secundas, partus & cætera vularum onera eorundem quoque subitæ facti singularibus, suscipiæ, horrosibus; lysterum dolosibus, broctis cornulis ex aqua pota singulariter auxiliatur. A culcos & spulca extrahit, osissimâ squamâ illis admittit, vlcera putrida exest, sordida expurgat, canquæ cum iride & melle repingit & dentes extergit. Dolores ab infarctu, aut crassitie crudorum humorum, flatuque onerosi curat pœalib; & ad asthma sicca, comitialia, podagricosq;. Radix drachmæ pondere pœa, pœuram deijcit, quare huiusmodi etiam, antequam nò solium haurit, sed sustinet prodest. Ad hoc enim perantur ex ea pastilli hoc modo. Semiantur aristolochie rotunda, aut pigmenti eiusque partes æquales, & excipiuntur ouis vitello, & formantur inde pastilli. E quibus vna luocenditur. Et sicca per in fundibulum per os sumitur.

Gal. 6.

sup. me.

Mesur.

CENSURA.

Errat, qui maiorem Fumariam Aristolochie rotundæ vici in vsum trahunt.

ARISTOLOCHIA longa, Græcis, *ἀριστολόχια μακρά*. Italis, *aristolochia longa*.

ARISTOLOCHIA LONGA.

FORMA.

DIOSC. Longa, quæ mascula & dactylitis appellatur, folia mittit rotundæ latiores, longioraque caulibus tenuibus, sesquidodranalibus: Floribus, ut in rotunda auricularem formam referentibus, aliquanto tamen maioribus: à quibus fructus enascuntur virides piri similitudinem referentes: in quibus semen: Radice nititur digiti crassitudine, dodrantis longitudine: buxæo intus colore, & amaro gustu.

LOCVS.

Matth. Vera provenit in Italia: sed tantum in Apulia & Calabria.

QUALITATES.

Gal. 6. sup. me. Minus tenuitatis obtinet, quam rotunda, sed nec ipsa inefficax est, verum abstergendi, utq; exalfaciendi vim possidet, minus quidem, quam rotunda abstergit, & digerit, sed non minus calcfacit, imo forsitan plus quoq;. Itaque in quibus usus est molis absterfionis commodior est longa, nempe in carniùm exulcerationibus, Abmenstrationibus uteri. At in quibus crassum humorem valdè extenuaret, illic rotundæ usus esse debet.

VIRIS.

Ad ea omnia præstat, ad quæ rotunda, peculiariter autem ad herfus anguis venenosorum morsus, & venena, tum ex vino drachmæ pondere potius quoq; exterius illita. Menses, partus, & secundas elicit, pota cum pipere, & piperina. Id quod etiam præstat subdita.



**ARISTOLOCHIA longa vulgaris* vel maior, quibusdam Saracenicis vel Cle-
matis. *Aristolochia* tertia apud Plinium. *Gallis, Saraptes.* Germ. *D'stuckey.*

ARISTOLOCHIA LONGA VULGARIS.



FORMA.

Caules huius omnes rectè affurgunt ad cubiti altitudinem & cælius nonnunquam in quibus lutei flores, & fructus turbinati, parvi oui magnitudine, semine intus lato, ad exortus foliorum accrescunt, quæ pediculo annectuntur longiore, quam in reliquis speciebus fieri solet, hædèz aut a sari folijs non ab similia, ampla, venosa. radix quam cæterorum exilior, flava odorata, amara, aromatica, ætris, in multiplici et sese sub terra serpendo propagans.

LOCVS.

Passim nascitur in Italia & Germania, copiose vero in vineis Alsatiæ.

FACULTATES.

Eisdem vsus creditur præstare, quæ rotunda quæquam carnositas febricitantem suffire præcipitat & ita febrim promittunt liberari. Ad hæc vulneribus illitu mederi: cum cypero aut dracunculi semine, adiecto melle narium e carcinoma resistere, in oleo decoctam & suillo adipe argenti-
ni hæcrocis discurrere.*

* **PISTOLOCHIA**, Aristolochiz quartum genus apud Plinium, vel Polytrich.
205.

PISTOLOCHIA.

F O R M A.

Plin. Tenuior est quam proxime dicta, densis radicis capillamentis, iunci plenioris crassitudine. Quæ tam in rectum quam obliquum sparguntur, ipsa herba penè humi sternitur, foliaq; habet partim nullis partim brevissimis petiolis annexa. flos similis est prioribus, minor ramen est, & nigrior, vel potius magis rubens, interdum etiam ex herbaceo flavescent, Semen fuscum in vasculis seu lagenulis continetur.

L O C U S.

Provenit locis siccioribus, saxosis & apricis.

F A C U L T A T E S.

Plin. Conuulsis, ex alto præcipitatis, radice pota ex aqua utilissima esse traditur. Semine pleuriticis auxiliari, neruos confirmare & exalfacere putatur.*



DVLCS RADIX, Glycyrrhiza. Græcis, Γλυκύριζα. Mauritanis, Sac. Italis, Regali-
na. Officinis, Liquiritia. Germanis, Sœdtrij (sive Süßholz). Hispanis, Regalica.
Gallis, Rarhise, sive Regalisse, seu Hecatisse.

DVLCS RADIX.



F O R M A.

Sarculis fruticat bicubitali. Dioscor-
bus: folijs lentisci, densis, pin-
guibus, ac gummosis: floribus
hyacinthinis: fructu placati fe-
rè simili, asperiore tamen, qui
siliquis lentium modo habet,
easq; fulvas & parvas. Radici-
bus est longis, sarmentosisq;
buxeo colore, gustu dulci ac
subacervo.

L O C V S.

Nascitur sponte in monte *Matth.*
Gargano Apuliz, & seritur in
hortis, & vindarijs.

Q U A L I T A T E S.

Familiaris est radicis natura *Gal. 6.*
nostræ temperaturæ, sed cum *simp. iur.*
adstrictio quædam adiuncta sit,
vulnerum eius temperamen-
tum quantum ex caliditate, &
adstrictione est, tepidæ potissi-
mum caliditatis fuerit, quàm
proximè accedens ad tempe-
ramentum. Abstergit, mun- *Matth.*

delet, malectq; humorum acrimoniam.

V I R T U S.

Radicis succus in arteriæ febricitia efficax est, si lingua subditus eliquescat: *Diosc.*
etiam stomacho, iocinoti, thoracisq; conuenit. Sanat vesicæ scabiem, & re-
ren dolores, cum passo potus. Idem spiritum sedat, vulnera conglutinat, illitus.
Eisdem farina pterygijs vtiliter adhibetur. Ardoribus vrinæ mirificè auxilia-
tur. Mansa radix, præsertimq; recenter effossa, non solum spiritum sedat, sed etiam
sanct, seruatq; vites dicitur pluribus. Idem præstat concretus succus in ore
contemptus. Pectus, & pulmones iuuat, quare datur vtiliter suspiriosis, phthisi-
ca, pleuriticis, & ruffientibus.

* *GLYCYRRHIZA vulgaris*, forte *Radix Scytica* apud Theophrastum. Germ. *Wurcin Süßholz*.

GLYCYRRHIZA VULGARIS.

FORMA.

Suffrutex est precedenti Dioscorideo similis, virgase-mirtens bicubitalis & altiores, lignosus, semestres, folia quoq; in pediculo seriatim sibi invicem opponuntur subrotunda, glutinosaq;. Flosculi in summitate purpurascentes post se relinquunt semina siliquis maiusculis inclusa, quæ non tam dense stipantur ut platani pillulam efformet, sed singulæ singulis pediculis adherentia aliquanto spacio à se invicem distant, radicibus propagantur, sarmentosis, prælongis, dulci succo præditis, intus flavescentibus; & mire vinacibus.

LOCVS.

Scratur in hortis & alicubi sponte nascitur. Imprimis vero hæc radice nobilis est ager Bambergenus.



QUALITATES.

Calore temperato humentisq;, recens potissimum & succo abundans & moderata quadam absterfione naturæ conveniens & amica est, viscerumq; obstructions expedit.

FACULTATES.

Præstat omnia & potiora in super, quam saxe Glycyrrhizæ tribuunt Dioscorides & Galenus. Acres & salios humores retardando thoracis & tracheæ tita sanat, asperitates lenit & concoctionem inuat.*

CENTAVRIUM magnum, Græcis, Κενταύριον μέγα. Aphris, Chantaurion libir, seu Sarcion habet. Italis, Centaurea maggiore. Germanis, Xeripontic. Hispanis, Esipontic. Gallis, Rhexontic.

CENTAVRIUM MAGNUM.

FORMA.



Folia pmit ruglâdis, oblonga, viridi brassicârũ colore, in ambitu serrata. Caulẽ tenuissimis bicubitalẽ tricubitalẽm ve, multis ab radice adnatis: in quib. cœpita sunt oblonga, papaveris magnitudine, Cnici figuræ quib. flos exit cœruleus, & semẽ Cnico simile, papposã la mugine circumstante. Radix est illi crassa, pôderosa, solida, tripedalis, tubeo succo prægnã, cũ adfrictione caligua, & dulcedine acris, & rufescens.

LOCVS.

Plurimũ provenit, idq; præ-
 Math. rã in Gargano Apulię môte, quin etiã in Monte Baldo in Veronensi agro, ac etiã in alijs nonnullis Italię môtibus, sed Apulo longè infirmius.

QUALITATES.

Radix sicut gustu cõstratius Gal. li. 7. qualitates, ita in vñ cõstratius susp. me. esse dẽ demonstrat. Gustu itaq; acris, simulq; adstringẽs apparet, cũ lenicula quadam dulcedine. Lenit, trahit, aperit, roborat, adstringit, puocat, vul-

nerã glutinat.

VIRES.

Radix medetur ruptis, cõmullis, pleuriticis, agrẽ spirãtibus, diuturnæ tussis, sanguinemq; expuentib. duarum drachmarũ pondere in aqua potã, si febris sit in aër in vino. Præstat & ad tormina, & veteri dolores subditi, mensis & partus extrahit. Tusa recens, aut arida ante madefacta vulnera glutinat & coniungit. Carnes in ollis coalescãt, si tusa simul decoquatur. Datur vitlicer hydropticis, lithicis, & Iecinorosis, cũ vino macerata, cũ in pulnere potã: huiusdẽ succus vnicũ pondere hantus, ac etiam vnicũ illitus, auxiliatur à serpente demorsis.

CENSURA.

Qui putãt Centaurij magni radicem legitimũ esse Rhexonticũ, magno in errore versantur.

CENTAVRIUM minus, *Grecis, Καταύγου πομπή. Arabibus, Chentaurium fere, & fegir, seu katarion fages. Italis, Centaurea minore. Hetruscis-Biondella. Germanis, Taufent gülden Kraut/ Fieberkraut/ Erbsgall/ sine Fieberkraut. Hispanis, Fel de tierra. Gallis, Repeyeret, sine Centaure poulet.*

CENTAVRIUM MINUS.

FORMA.

DIOSC. Herba est hyperico, aut O-
Matth. riganò similis, caule anguloso,
palmum excedere: floribus in
umbellæ ferè modum coman-
tibus, è purpureo in purpuram
vergetibus, folijs oblongis ac
parvis: semine tritico simili: ra-
dice pusilla, lævi, & superua-
cua.

LOCVS.

Nascitur in pratis, pascuis,
& campestribus.

QUALITATES.

Gal. li. 7. Radix procius inefficax est,
simp. mt. sed ramuli eius, & potissimum
folia, & flores, utilissima sunt.
Vincit in eis qualitas amara,
paululum habet adstriktionis,
atque ob huiusmodi tempera-
mentum, admodum exiccato-
rium est medicamen, expers
mordacitatis.

VIRE.

DIOSC. Herba recens ipsa, vulnera
glutinat, vetera vlcera purgat,
& diestrice obducit: bilè, cras-
siosq; humores per aluū ducit,
si decocta deuoretur. Ius decocti conuenientissimè ischia dicis in fruditur. Sot-
Matth. cus cum melle mistus esiginem oculorum purgat. In vellere subditis, mentis
& partus extrahit, haustus verò neruorum vitij medetur. Datur foliorum, &
florum decoctum vtiliter potandum tertianarijs, quòd bilem per inferna de-
ciat. Idem, pari terque succus iocinoris, ac lienis, obstructiones, & duricias stol-
lina ut tinea pellit, cum potus ex melle drachmæ pondere, cum umbilico illi-
rus. Herbar, comarq; decoctum, varos, alphas, lentiginès, ac ceteras cutis infe-
ctiones extertit. Insillatur succus vermiculosis auribus, quin etià insillitur con-
tra papulas, & manantia capitis vlcera.



* *CENTAVRIVM* luteum, perfoliatum, vel diaphyllum. Germanis, *Wels Rau*
senigeldel.

CENTAVRIVM *LUTEVM.*



GENERA.

Duo sunt Centaurei lutei genera, hoc potius differentia, quod alterum angustiora & non perfoliata folia habeat, alterum latiora & caulem vndique ambientia.

FORMA.

Herbula est pusilla, alterius Centaurij minoris magnitudine, folijs rotundis eleganter vestito cauliculo, qui per medium ipsorum trajicitur. Flores lutei sunt interdum pallidiores, interdum crocei magis, semina profert pusilla, in rotundis capsulis.

LOCVS.

Nascitur in aruis, & nunquam in vetustis muris, praesertim in agro Bononiensi.

QUALITATES,
 ET VIRES.

Quamvis eam amaritudinem non habest quam Centaurium minus, amara tamen est euidenter, & ad vulnera valet.*

CHAMÆLEON ALBUS, Græcis, *Kamaleon Avoda*. Mauritanis, *Chemelon leste*, seu *Chamelym*. Italis, *Carlina*, & *Chamæleon bianco*. Hispan. *Cardo pinto*. Gallicis, *Carlina*, seu *Chamæleon blanc*.

FORMA.

DIOSC. Folia habet sylibo, aut scolymis similia, asperiora tamē, acutiora, ac nigro Chamæleone validiora. Caulē non promittit, verūm ex medijs spinas Echini marini, aut Cinaræ modo erigit. Flores emittit purpureos veluti papporum lanugines: semen cnico simile: radicem in latis collibus, crassam, in montosis verò graciliorem, in profundo albā, aliquatenus odoratam, dulcem, & odore granul.

LOCVS.

Matth. Nasctur in collibus, cum in latis, tum in montosis locis, quin etiam in incultis, arido solo.

QUALITATES.

Gal. li. 3. Excalfacit ordine secundo sup. ms. absolato, siccat, verò tertio.

CHAMÆLEON ALBUS.



VIRG.

DIOSC. Pota radix acetabuli mensura latis interaneorum tinesc pellic. Hydropicis datur commodissimè drachmæ pondere ex vino albo. Eiusdem decoctum potum vrinæ difficultatibus subuenit. Hausta in vino serpentium venenis resistit.

Matth. Enecat tamen canes, sues, & mures. Vulgus radicem magnificat contra pellentis contagia, si quotidie drachma deuretur.

CHAMÆLEON niger, Græcis, Καμαίλιον μέλαν. Arabibus, *Chameleon melanos*. Italis, *Chameleone nero*. Germanis, *Echtrourg*. Hispanis, *Cardo pinto*. Gallis, *Chardonette*.

CHAMÆLEON NIGER.

FORMA.



Folijs exit scolymo minoribus, tenuioribus, & rubro colore distinctis, caule dodrantali, digitali crassitudine, subrubro, & in umbella flores spinosos, tenues, hyacinthino colore, verticillatæ. Radice crassa, nigra, cæsa, interdum exesa: quæ dissecta flavescit, & cômmanducata mordet.

L O C U S.

Provenit in campestribus, Idem. & in maritimis, siccis, & cliuosis locis.

QUALITATES.

Radix lethale quiddam obtinet, detergit, digerit, & emolliit, siccat ordine tertio, & ex calcificat secundo absoluto. Gal. li. 2. simp. wt.

VIRES.

Tria radix cum chalcanti exigno, & axungia scabiem abigit: cocta in aceto, addito sulphure, & bitumine impetigines, vitiliginisque sanat. Decoctum in ere detentum, dentium dolorem mitigat, phagedenas tetraç; vlcera illitu facit.

Herb.

Non defunt qui hanc plantam legitimam nigrum Chamæleonem esse contendunt, verùm cum plures in ea (quantum video) desiderentur notæ, ego quidem, eorû sententiæ haud ita faciliè subscribam.

* APPENDIX.

Non differt à Chamæleonte albo, nisi quod in caulem creverit.*



LABRYM

LABRVM Veneris, Græcis, *Αἴμαξορ*. Aphris, *Dilfacos*. Italis, *Cardo da panni*, & *Difusa*. Germanis, *Kantendistl*. Hispanis, *Cardencha*, seu *Cardo penteador*. Gal-
lis, *Carden*, & *Carder*.

LABRVM VENERIS.



GENERA.

Duum est generum. Sati- Matth.
uum, & sylvestre.

FORMA.

Satiuum caulem habet al- DIOSC.
tum, spinis horridum, folijs
lactuæ, spinosis, binis, geni-
cula singula complectentib.
prælongis, bullisq; quibusdã
refertis, ipsisq; pariter acu-
lentis, concavo alarum sinu è
foliorum cõnexu, in quo im-
ber aut ros asseruetur. In ca-
cumine caulium singula sur-
culis capitula insunt oblonga,
echinata spinis, quæ arefacta
candida spectantur, dissecta-
que medullatenus vermicu-
los ostendunt.

LOCVS.

Seruntur in campis ab Ita- Matth.
lis multis in locis ad lanificia,
quin etis & spontè nascitur,
nonnullis in regionibus.

QUALITATES.

Radix est ac et dine secundo, atque nonnihil abstergie.

VIRIS.

Tusaradix & vino decocta, vsque dum sit cetera trassitudo, sedis rimas & si-
nus curat: sed in ea pyxide recondenda, pennis verrucis, & formicantibus
vulnibus adhibetur. Capitulorũ vermiculi in folliculo collo suspensi, produntur
quartanis febribus remedio esse. Expetuntur piscatoribus, quòd ijs hamis im-
positis, pisces hac esca mirum in modum alliciantur.

Galb.
sup. me.

LABRYM Veneris alterum, ijfdem appellatur nominibus, quibus primum appellari diximus.

F O R M A.

Marsh.

Facie à priori parum admodum differt, fylaeftrius tamé est, & spinis longè horridius. Echinata capitula fetis quoq; compluribus scarent, aculeis non aded firmis, atque aduncis, vt in altero genere.

L O C Y S.

Idem.


Nascitur sponte in campestribus, in agrorum, & scrobium aggeribus, secus itinera, & prope sepes.

Q U A L I T A T E S,
E T V I R E S.

Idem.

Non differt suis omnibus in facultatibus ab altero.

LABRYM VENERIS ALTERUM.



VIRGA

VIRGA pastoris, Italis, *Virga di pastore, & disface minore.*

Matth.

VIRGA PASTORIS.

FORMA.



Folijs caule echinatis capi- *Idem.*
tulis, ac cæteris suis partibus
Venetis labrū æmulatur, sed
omnibus gracilioribus, mino-
ribus, & infirmioribus capi-
tulis adeo parvis ut aliuz ma-
gnitudinem vix æquent, te-
nuibus capillamentis refer-
tis.

LOCVS.

Provenit umbrosis, & vli- *Idem.*
ginosis locis. * In hortis se-
mel facta vix potest iterum ex-
tirpari, ita è semine hinc inde
spatio repullulat.*

QUALITATES,
ET VIRES.

Non crediderim ego hanc *Idem.*
plantam à Venetis labro ad-
modum distare, imbecillioris
ramè esse facultatis haud ne-
gauerim.

SPINA alba Græcis, *Σφοδα λευκή*. Arabibus, *Bodeguer*. Italis, *spina bianca*.

SPINA ALBA.

F O R M A.

DIOSC. Folia fert albi Chamæleonis, angustiora tamen, candidiora, aliquantum hispida, & aculeata, caule bicubitalem, & maiorem, pollicari, aut ampliore crassitudine, albicantem, intus cauum. In cacumine capitulum inest spinosum, echini marini æmulum, sed minus & oblongi: flores purpurei, ex quibus semen gignitur Cnici modo, sed rotundius.

L O C U S.

Idem. Nasçitur in montibus, & syluosis.

Q U A L I T A T E S.

Gal. & sup. me. Radix desiccatoria est, & modicè adstringens: semen vero tenuis essentis, & calidæ facultatis habetur.

V I R E S

DIOSC. Pota radix exliaciis, stomachicis, & ijs, qui cruenta extrussant, efficax est: vnam circa moribus illinitur: Decoctum eius in ore detentum, & in collationibus adhibitum, dentium dolores mulcet. Epotum semen conuulsis infansibus, & à serpente demorsis auxiliatur.



* SPINA alba petata, alijs Echinopus, nonnullis Acanthium, vulgo Sphærocephalus, quibusdam Chamæleon niger, alijs Crocodilium, Ger. *Wismutskyff.*

G E N E R A.

Plurium est gênerum, è quibus duo vulgatiora.

F O R M A.

Prior Sphærocephalus echinatum gerit capitulum flosculis candidis ceu stellulis è quorum singulis apices extant cærulei pulvere exornatum. Caulis altus folijs vestitur latis, aculeato ambitu horrentibus prona superficie ex albidis, supina ex atro virentibus. Radice nititur oblonga alba, quæ altero à sæculo lignescit. Semina in capitulis villosa dense stipantur, & ventorum flatu decussa passim se propagant.

L O C U S.

Habetur in hortis, & sponere nascitur saxosis & fluvijs imminentibus collibus.

V I R E S.

Decodum echinati capitæ una cum caule & seminibus, quæ admodum sunt amara, mirifice prodest in doloribus dentium.*



* SPINA alba putata flore cœruleo.

F O R M A.

Differt à priore, quod humilior sit, & candidiora proferat folia, quæ angustiora magisq; laciniata esse observantur. Flores in globulis cœrulei elegantissimi disponuntur, summo cauli insidentibus, è quibus semen relinquitar ut in precedente hirsutum, sed grandius.

L O C U S.

Peregrina cum sit planta non nisi in hortis querenda erit.*



CAR.

CARDVVS, Scolimus. Græcè, *Ξαίανθος*. Arabibus, *Raxos*, *Marxos*, *sive Sacolomas*. Italis, *Cardo*, *Carciſa*, & *Archibiscop*. Germ. *Strohildorn*. Hispanis, *Cardo de cemer*, *ſeu Cardos*. Gallis, *Arceuthaut*, *sive Carciopbe*.

CARDVVS NON ACULEATVS.

GENERA.

Plura habentur genera. *ſed* Mattb. duum tantum hic meminiffe fat fuerit, nãpe fatiui & ſpontè naſcentis. fatiui duo ſunt genera: alterum aculeatum, & alterum ſine aculeis.

FORMA.

Qui aculeis caret, folia pro *Idem*. mit grandia per ambitum laciniaſa, averta parte ſubalbicans numerosãq; : caulem edit longum, folioſum, capite echinato, ſine aculeis tamen. Et quadantenus pini cono ſimile.

LOCVS.

Seritur paſſim in hortis, & *Idem*. viridarijs.

QUALITATES.

Excalfacit ordine ſecundo *Gal.* completo, aut tertio incipi-*ſimp. me.* ente, & exiccat ſecundo.



VIRES.

Radix contuſa, & illita, cum alarum graueolentiam, tum corporiſtotiusc. *Dioſc.* mendat. Eadem decocta in vino bibita copioſam, ſertidamq; urinam ducit. Herba cum recens tenera ſcit, in olera aſparagi modo tranſit. Melancholicum *Gal. lib. 2.* ſuccum gignit carduus pro obſonio ſumptus. Non ſolum foliorum carinas *de ali. fac.* mangonio elaboratas, albicantes teneraſq; , ſed etiam caules vorant Itali cum ſale, & pipere ſecundis menſis, ſed fructus quoque tum crudos tum iuſculis in-
coctos.

CARDVVS aculeatus, Grecis *Σαλμυς ἀκανθώδης*. Italis, *Cardo*. & *Cardo fi-
noso*.

CARDVVS ACVLEATVS.

FORMA.

Marb.

Folia gerit alacrius magis
diuisa, magisq; laciniata, re-
nibus circumdata spinis: cau-
lem quoque alteri similem,
striatum subalbicantem, in
cuius summitate echinatum,
aculeatumque extuberat ca-
pur, flore hyacinthino: semi-
ne Cnici minore. Radice niti-
tur crassa, firma, non insuavi.

LOCVS.

Idem.

Colitur in hortis ad men-
saram bellaria.

VIREB.

Idem.

Idem prestare potest, quod
alter.



*SCOTT

*SCOLYMUS sylvestris. Germanis *Schönharle*.

C A R D U S S Y L V E S T R I S.



F O R M A.

Sylvestris Scolymus non alte assurgit, folijs aculeatis, caulibus duorum dodrantum altitudine, colore atro rubente, odore vinoso, in summitate crescunt capitula, in quibus semen & pappi albi.

L O C U S.

In Bohemia & alibi sponte nascitur.

V I R T U S.

A feminis usurpatur in illicio ad abluendos capillos qui flavescent inde & pulcriores efficiuntur, & à pediculis & lendibus immunes redduntur.*

E c 4

P o r t.

POTERIVM, Græcis, Περύγισσ. Italis, Paterio.

POTERIVM.

F O R M A.

Diosc. Largè frutescat, cortice obductū tenni, spinis horridum, lanugine spissa, ramulis longis, tenuib^s, tragacanthæ proximis, folijs parvis, rotundis, flore exiguo, candidi coloris, semine superuacuò, sed gustu acuto, & odorato. Radices mittit binum, ternumve cubitorum, nervosas, & firmas, quæ proximè terram incisæ, succum fundunt gummi similem.

L O C U S.

Idem. Nascitur in aquosis, & colibus.

Q U A L I T A T E S.

Gal. s. simp. me. Desiccandi absq; mortu facultatem possidet, adeo, ut & neruos incisos glutinare credatur. Radices eius potissimum sunt eiusmodi.

V I R E S.

Radices tase præcisjs perulis, & vulneribus glutinandis illinuntur. Decoctum quoq; earum, neruorum affectibus prodest.



ACANTHIVM, Græcis, *ἀκανθίσκος*. Italis, *acanthis*.

ACANTHIVM.



FORMA.

Planta est albæ spinæ simi- Diosc.
lis, folijs extremo ambitu acu-
leatis, & araneosa lanugine
obductis, ex qua collecta, &
netarelas bombicinis similes
texunt.

LOCVS.

Nascitur in montibus, & *Marb.*
locis incultis.

QUALITATES,
ET VIRES.

Folia & radices ad remedia Diosc.
opistotoni vsurpantur in po-
tu.

Ec 5

ACAN-

ACANTHVS, Græcis, *ἄκανθα*. Italis, *Acantho*, *sive Branca Orfina*. Germanis, *De-
ren Klam*. Hispanis, *Ternus gigantea*, & *Branqua Prina*. Gallis, *Branca Orfin*.

FORMA.

DIOSC. Folia habet multò laetia
cis latiora, & longiora, cra-
ce diuisura, nigricantia, pin-
guia, leuia, caulem bicubita-
lem, digitali crassitudine, la-
uem, prope verticè ex inter-
uallis circumdatū foliolis, cu-
nucamenta quædam oblon-
ga referentibus, spinosis, è
quibus flos prodit albus; se-
men oblongum, luteum. Cap-
ut thyrsi speciat. Radicibus
nititur longis, mucosis, ru-
bris, & glarinosis.

LOCVS.

Idem.

Nascitur in hortis, petro-
lis, & riguis.

QUALITATES.

*Gal. li. 6.
sup. me.*

Folia quidem medioeriter
digerentem facultatem obti-
nēt. At radix exiccatoria est,
& leuiter incisoria, & tenuiū
partium.

ACANTHVS.



VIRES.

Radices vtilis igni, & luxuris artubus illitæ subueniūt: potæ vrinam cient, sed
alium cohabent ruptis, conuulsis, tabidis mirè profuant.

APPENDIX.

Tametſi Acanthus, qui nostris in hortis seritur, folia spinosa non habet,
non tamen ob id spurium id esse fuerit credendum. Siquidem (vt Plinius est
autor lib. & cap. 22.) duo Acanthi habentur genera, alterum crispum acule-
rumque, alterum læue.

ANONIS sive Ononis, Græcis, *ἰωνίς*, sive *ἰωνίδις*. Officinis, & Herbarijs, *Rosa lion.* Italis, *Ononide*, & *Boraga*. Germa. *Stallkraut* seu *Hartheckel*. Hispanis, *Catibon*, & *Garbines*. Gallis, *Boyranes*, sive *Durgraundes*.

ANONIS, SIVE ONONIS.



VIRÆ.

Radix cortex ex vino potus, urinas eiet, calculos comminuit, & vlcerum **DIOSE.** margines erodit. Radix ex posca decoctum collugione dentium dolores mulcet. Decoctum eius potum hæmorrhoidas sanare creditur.

FORMA.

Ramos habet fruticosos, **DIOSE.** dodrantaes, aut maiores, frequentibus geniculis cinctos, canis alarū multis: folijs lenticulæ tenuibus, pusillis: ad præteritū loti folia accedentibus, subhirsutis, non iniucundè olentibus. Rami acutioribus spinis, & veluti spiculis firmioribus, horrent. Radicem mittit candidam.

LOCVS.

Nascitur plurims in pratis, **MATH.** quin etiam in incultis locis.

QUALITATES.

Radix exalfacit tertio qua **GAL. li. 7.** dantenus ordine: cortex eius *simp. me.* maximè est visilis, habes quipiam & abstersorium, & incisorium, proinde non tantum urinas prouocat, sed & lapides confringit.

* *ONONIS* lutea, montana, Natrix alija.

FORMA.

Er radice singulari, simplici, parva, lignosa, cauliculi lutei losi orientur, dodrantales, albicantes, ab imo vsq; ad summum folijs parvis, crassiusculis, ternis plerunq; , oblongis, falluginosis vestiti. Flores in summis coliculis lutei pallescetes leguminum specie, è quibus siliquæ fiunt semine plenis, colore pullo. Herba tota est hirsuta & pinguis, odorata, sed hircinum quiddam olet.

LOCVS.

Frequens Montspelij inter segetes & prope mare.*

ONONIS LUTEA.



CARDYS

CARDVVS lacteus. *Italica, Scardacio bianco, seu Cardo del latte.* Germanorum *Oel-*
ficinis, Cardus sine Maria, & Cardus lactarius. Germanis verò ipsius, *Wasser*
Traven Duffel. Gallis, *Chierden de nostre Dame.*

CARDVVS LACTEVS.

FORMA.



Folia fundit magna, pinguis, per *Mattb.*
 ambitum laciniata, ac tenuibus, ac-
 cutisq; aculeis circumquaq; stipa-
 ta: albicantibus vbiq; maculis cau-
 lem profert bicubitalē, & sepe ma-
 iorem, spinis horrentem, brachia-
 rum. Echinatis, aculeatisq; in sum-
 mirate capitibus, qui ætate media
 florent cinæte modo, floribus pur-
 pureis capillaceis. Semine Cnici mi-
 nore; papposa lanugine obducta.
 Radice nititur, valida alte descen-
 dente, amaro sapore.

LOCVS.

Nascitur sponte in campestribus, *Mattb.*
 incultis locis, secus itinera, & agro-
 rum marginibus.

QUALITATES.

Radix exalfacit, abstergit, ape- *Idem.*
 nit, prouocat, & attenuat.

VIRE.

Radici decoctum datur vtiliter potandū ad locinoris, & vasorum infarctus,
 & remouentes vrinæ, quare confert hydropticis, ictericis, ac nephriticis. Idem
 menses elicit, tum porum, tum in deflectionibus additum: Radicum siccarū pul-
 uis: propinatur ex ptisiana cum fœniculi semine, & longo pipere ad lac augen-
 dum. Scillatitæ foliorum aqua vruntur quidam ad lateris dolorem, valentiusq;
 id ptisitate aiunt, si cum seminis drachma propinetur.

TRAGACANTHA, Græcis, Τραγάκη. Italis, *Tragacantha*. Arabibus, *Chînir*, *Chatech*, seu *Alchated*. Germ. *Dragan*. Hispan. *Alquerira*.

TRAGACANTHA.

FORMA.

DIOSC. Radice nititur lata, & summo cespite lignosa, unde furculos humiles, frequētes, robustos latissimè fundit, in quibus minuta folia, multa, & renuia exoriūtur, quæ sub se spinas albas, rectas, & firmas occulunt. Est etiam *Tragacantha lachryma*, quæ vulnerata radice manat.

LOCVS.

Matth. Nascitur in Apulia in monte Gargano, ac etiam in alijs longinquis meridianisq; regionibus, unde ad nos commportatur lachryma.

QUALITATES.

Gal. 6. simp. me. *Tragacanthæ lachryma* similem gummi vim obtinet emplasticam quandam, quæ humorum acrimoniam obrundit, & sanè similiter illi deficcet.



VIRES.

Lachryma estis spiracula obstruit: additur in oculorum medicamentis: prestat & contra tussim, exasperatas fauces, rursas voces, & cæteras defillationes, cum melle in delincta: subdita quoque lingue liquefit: in passo mellecta drachmæ pondere bibitur contra renum dolores, & vesicæ rosiones, nido cornu cerui vido, & eloto, aut scissi aluminis momento: quæ tosta fuerit dyseteticis auxiliatur ex cydoniorum vino hausta. In summa ubi leuigare, obrundere, & reprimere opus est, præstabilissimum semper fuerit medicamentum.

ERYNGIUM, Græcis, ἄγγυρον. Italis, tringa. Germ. *Stachel Distel* sine *Wannenn*. Hispanis, *Cardo corredor*. Gallis, *Paracaulis*.

ERYNGIUM.



GENERA.

Tria eius habentur genera. *Matth.* Montanū, sive campestre. Marinum & planum.

FORMA.

Montanum folia fert Cardiosculi, lara, per ambitum laciniata, aspera, gustu aromatica, sed ubi adolevit circa complures caulium eminentias in spinas aculeatur, in quorum summitaribus globosa capitula durarum, acutissimarumq; spinarum ambitu stellatim circumvallantur; quorum colos alias virides, alias albus interdū cæruleus invenitur. Radix oblonga, lata, foris nigra, interne cædida, pollicis crassitudine, & odorata.

LOCVS.

Nascitur in asperis, campediostribus & in sabulosis pratis. *Matth.*

QUALITATES.

Caliditate quidem aut parū *Gal. li. 7.* aut nihil, que temperata sunt *simp. me.* superat, sicciatorem verd in reni essentia consistentem, nō parum obrinet.

VIRES.

Potest radix, mentes & vrinæ pelles, tormina inflationesque discutiit, contra iocinoris vitia, sepe vicia necesse, & hausta venena, vino pota prodest. Bibitur aduersus plurima cum feminis pulvis drachma. Appenda illisve tubercula discutiere proditur. Pota cum hydromelle opisthococis, & cominalibus moderatur. Eiusdem decoctum expedit iocinoris & lignis infestis: vale aduersus rubetas, toxica, & aconita ex tanaxum cornicibilibium lute pota, vel ex uricino, vbi ranc non sint ad manus, valet & contra cordis affectus. Praestat quoque contra frangulam, obstruos renes, & vularum preclusiones. Illa ex melle infusa corpori extrahit. Praesumpta crapulam arceat, & aluum lūcti. Fit & renellis Iryngij folijs stillatitia aqua, ipsa quoniam maxime vtilis, qui morbi Gallici viceribus laborant, si diuinus quotidie ea vtiatur in potu.

CENSURA.

Magnoadmodum tentatur errore, qui Eryngiam Mauritanorum sectari esse contendunt, ERYN-

ERYNGIUM marinum. Italis, *Tringio marino*.

ERYNGIUM MARINUM.

FORMA.

Matth. Folia edis alterius longè latiora, ciliolata, & in ambitu aculeata, & eęsiotesperis colore. Caulem carnosorem, crassiorēm, atque striatum, capitulis caruleis, maioribusque. Radices habet prælongas, teneras, ac molles digitali crassitudine.

LOCVS.

Idem. Nascitur in maritimis, nõ longè à littoribus.

QUALITATES,
ET VIRES.

Radix minus siccatur, quàm altera, sed eandem possidet vires.



ERYNGIVM planum, siue lenc. Italis, Iringo liscio, & Iringo seu Ze spine.

ERYNGIVM PLANVM.

FORMA.

Folijs exit latis, oblongis, minimè laciniatis, in ambitu tamen serratis caulibus compluribus, ramosis: oblongis in summitate capitulis, ipsisque subsuperis. Radice vegeta cæteris crassiore.

LOCVS.

Prouenit in Austria in Viennensi agro, campestribus locis.

QUALITATES,
ET VIRES.

Radix minus quàm cætera præscripta siccatur, minùsque ad omnia præstat.



Ff

ALOB,

ALOE, Græcis, *Αλοε*. Aphris, *Saber, Paber, sive Suhar*. Italis, *Alog*. Germanis, *Alexand / & Bitter Aloe*. Hispanis, *Hierna habesa*. Gallis, *Aloes*.

F O R M A.

DIOSC. Folijs pronis scilicet similibus, pinguis, modicè lenis, rotundis retrosum pandis, quæ vtrinque obliquo longioribus intervallis friantur, & in mutiles spinas desinant, caule æneberico non dissimili, flore albo, ac purpureo, fructu hastula regis cognato: Tota planta graniter olet, & gustu est amarissima. Radice vnicâ ceu palo, in terram depacta.

L O C U S.

DIOSC. Plurima præpinguisq; in India gignitur, ex qua coactus succus asferretur. Nascitur, & in Asia, & Arabia in locis quibusdam maritimis & insulis, v; in Andro.

Q U A L I T A T E S.

Gal. 6. simp. me. Est Aloe non simplicis nature, sed vt iudicio est gustus, adstringit simul, & amara est: adstringit quidem mediocriter, sed vehementer est amara: subducit & aluum: Exiccit quoq; ordine tertio, exalfacit verdè aut primo intenso, aut secundo exoluto. Repellit, digerit, extergit.

V I R E S.

DIOSC. Sanguinis reiectiones sistit: regium morbum purgat drachmæ pondere ex aqua frigida. Deuorata cum resina, vel melle cocto, aluum soluit. cæteris medicamentis aduicilla præstat vt minus stomachum lædant: siccæ & inspersa vulnera glutinat & vlcera cicatricem perducit cohibetq;. Eadem peculiariter pudendorum vlcibus moderat. Costioma, & sedis rimas ex passo sanat: hæmorrhoidum abundantiam & sanguinis fluxum sistit. Priuatione febres lippitudines, prariginisq; in oculorum angulis permulcorumque, & frontis ex aceto, & rosæco illita, capitis dolorem sedat: cum vino autem capitis lacerentem continet. Vnicæ stomacho est medicamentum, vt si quid aliud. Infestissima est illi qd

Gal. li. 8. simp. me. & 1. de com. me. sec. locos. Meth.

citra variatos humores, ex calida, siccâq; intemperie affliguntur: proximè in aëre lacerent precipitant, qui siccat in temperiem habent, eum cum frigiditate coniungunt. Deiorè non modo balnem, sed piculum ipsam: Quotidianus eius vltus à moriferis morbis tu multo sus omnes, intellectuâq; acuit: Iocur ab infarctu purgat: hæmorrhoidibus, ac capitis lacerentem inflammationibus nocet (sicut pota, non tamè ex æterius admota) ex aceto & felle balneo vmbilico, venaq; illiâ, intestinorum animalis necet,



* *ALOE AMERICA.* Italis, *Aloe americana.* Hispanis, *Cardou,* & *Maguay delles Indis.* Valentinis, *Fily agulla,* Indis, *Magne y Mesh.*

ALOE AMERICA.

FORMA.



Folia promit sterius, multes maiora, quorum ambitum duri maniant aculei, nigricantes, & fibris intus albis firmisque tota substantia plantae contextitur, ut si uellatur aculeus qui in summo est, stamta quaedam robusta ueluti acui appensa simul extrahantur: radices sparguntur in obliquum summa tellure in multam longitudinem, unde soboles eascitur vinctissima, quae paucis annis crescit in arboream amplitudinem, ut palmae eadem, non tamen apud nos attollitur, neque floret. Scribant tamen aliqui in hortis Pisani vere, ex medio foliorum scapum clarum fuisse breuibibus folijs & tenui qui paucis diebus ad altitudinem vnde cum cubitorum adoleuerit, & sparsit in cacumine circumaque ramos ueluti latam umbellam constituentes, in qua flores in orbate sursum spectantes, digiti longitudine, exterius herbacei intus pallidi, explicati in sex foliola, sine fructu deciderint, (hunc autem in India terre Cystis Mali Puncti similem indicant quidam) caulis vero aduruntur hinc exaruerit instar Ferulae.

Locvs.

Nasitur copiose in Mexico, & nostri quoque hori ea participes facti sunt.

QUALITATES ET VIRES.

Tolla abundant succo amaro & acri non tamen in Italia & apud nos tanta illi amaritudo, quanta in America regione, qui ulcera sanat, & contra viperarum morsus utilis est. Eorundem fumus per os ac naris inustus morbo Gallico modicus, sed a debet vehementer sudores mouere vires admodum debilitet. Praeterea tradunt in India arboreo fore hanc plantam, ut ex caulis fiat, sacrum salicis melleum inesse, ex folijs confusis & maceratis curati linum, quae linteae texuntur olivis candidissimae, & huiusmodi plura alia, quae ex varijs auctoribus passim cognosci possunt.*

ABSINTHIUM Græcis, *ἄψινθος*. Mauritanis, *Absinthium*. Italis, *assenzio*, & *Assentio*. Germanis, *Wermuth*. Hispanis, *Assentio sine Absina*. Gallis, *absynthe*, *sive Absinthe*.

ABSINTHIUM.

G E N E R A.

Matth. Quatuor Absinthij nominantur genera: vulgare, Ponticum, Marinum, siue Scriphium, & Santonicum: Ponticum tamen à vulgari non diuidit Dioscorides. * Plura etiam habetur quæ apud alios Auctores picta & descripta inueniuntur.

F O R M A V Y L G A R I S.

Matth. Caudex erit ramoso, folijs incanis, amaris, multipliciter sectis artemisia modo, floribus melinis paruis, semine rotundo racematim dependente: radice diuisa, dura.

L O C V S.

Idem. Provenit ferè vbiq; & feritur, & per se quoq; in hortis nascitur.

Q U A L I T A T E S.

Gal. 6. sup. me. Adstringentiam, amaram, & acrem simul qualitatem possidet, escalfaciens pariter & extergens, & roborans, & desiccans, ex acrimonia quoque constat, quod maiori portione calidum sit magis, quam frigidum. Itaq; calidum fuerit excessu primo, & siccum tertio. Atqui succus, longè quam herba calidior est.

V I R E S.

Diosc. Eilem expurgat, vrinam cit, crapulam præsumptam auert: cum fœli, & Celtica nerdo post, inflationibus ventris, & stomachi doloribus auxiliatur: fœli discutiit & arquatos sanat, epoto quotidie eius diluto, aut decocto: Menstris elicit venustum, tum ex melle suppositum. Bibitur vtiliter contra fungorum strangulationes: traxit ex vino sumptum aduersus Ixas, cicuta, musis araneis, & martini draconis venenis. Illius ex melle ad iugillata, & oculorum caligines, quin etiam & ad purulentas aures. Admoxit ictericis præcordijsq; cum ocrato el primo, stomacho quoque diuina valeret ad laborant, cum rosaceo: aqua intercutem cum sicis, loliacea farina, & aceto, subuenit & lenoia. Præstat ad ea omnia vinum, quod ex eo paratur. Concreta in ventre pituitam obstruat abluat, nec eam, quæ in thorace, & pulmone continetur.



* *ABSINTHIUM MORTANUM.* Germanis, *Bergweckhut.* Italis, *Agenzo montano.* Hispanis, *Alofena montesina.* Gallis, *Alyue montaigne.*

**A B S I N T H I U M M O N -
T A N V M.**



F O R M A.

Vulgari absinthio tam radice, quam caulibus, nec non folijs floribusque profus simile est, sed exilius, ad summum duorum dodrantum altitudinem attingens, amaritudo illi, quæ priori, sed gratior, & minus tetro abominabiliq̃ odore saporeq̃ commendatur.

L O C U S.

Nascitur in montibus, pluribus in locis.*

Ff. 3

ABSIN-

ABSINTHIUM Ponticum, Græcis, *A-ψίνθη πόντικος*. Italis, *Affetto Pontico*.

ABSINTHIUM PON-
TICVM.

FORMA.

Morb. Folijs, caulibus, floribus, se-
mine, ac cæteris suis partibus,
provenit vulgari absinthio
longè minoribus, ut ex appi-
ta hic imagine constat.

LOCVS.

Idem. Nasçitur plurimum in Pon-
to, unde illi nomen: quin eti-
am in Vngaria, & Bohemia.

QUALITATES.

Gal. li. 11. cap. 16. Meth. med. Quam duplex in omni ab-
sinthio facultas, & qualitas sit:
vnique in Pontico adstringen-
di qualitas non parua est, in re-
liquis omnibus amara quidem
qualitas est vehementissima,
adstrictio verdè, aut planè obscura, aut profus nulla sentitur. Proinde Pon-
ticum ad iocinoris, & ventriculi inflammationes eligi præstat. Id autem est
cum folio tum flore longè quam cætera absinthia minore. Odor quoque
illi non modo non insularis, verum etiam aromatum quid præferens, ac reli-
quis omnibus est sædus, quare hæc fugere conueniet, & Pontico semper
vii.

V I R E S.

Fit è recentibus floribus, & saccharo simul contusis Antidotum ad hydro-
pem præstantissimum, cuius longo vsu per plures sanatos vidimus. Puz-
di ratio hæc est. Sumito florum uncias tres. Sacchari albi libram vno
contundantur in mortario diligenter. Et deinde pyxide vitrea recondita in-
solentur per mensẽ.

ABSINTHIUM macinum, sine Scirphium. Græcis, Ἀψίνθιον Θαλάσσιον. Ital.
lis, *Astragalus maritimus*. Aquileiensiſibus, *Santonia*.

ABSINTHIUM MA-
RINUM.



FORMA.

Folijſ exit, quæ ad terram *Matth.*
ſunt, vulgari abſinthio ſimi-
libus, ſed quæ in caulibus ha-
bentur, longè minoribus,
caulibus gracilibus, minuto
ſemine reſertis, guſtu amaro
& odore grani.

LOCVS.

Nascitur in maritimis. *idem.*

QUALITATES.

Specie, & guſtu abſinthio *Gal. &*
ſimile eſt. *ſim. med.*

VIREſ.

Folia per ſe, aut cum oriza *ni o sc.*
cocta interarcorum anima-
lia; & teretes tincas adieſto
melle enecant: alium leui-
ter leuigant. Id quod cum
lenticula decocta pariter per-

ſtant. Eius pabulo pecora maximè pingueſcunt.

Ff 4

* ABSIN-

† ABSINTHII marini genera

A. Absinthij marini Autoris, flosculi, quos in summo gerit, sublatai tenues, è quibus minutum semen. B. C. Folia eiusdem. D. E. Alia species folijs magis albis, simplicibus, indivisis. F. Aliud, cum Autoris absinthio marino conveniens, sed magis dissectis folijs. G. aliud à perito rei herbariae pharmacopæo Veronensi, Francisco Calceolario missum minoribus folijs, ferè quanta hic pinguntur. H. aliud, Bononiæ marinum dictum, folijs minus candidis, fusciginosis cum amaritudine, abundat seminibus parvis, cubitalis est planta, multos ramulos habens. Folia primum nascentia succulenta sunt & viridia ut solet marinis stirpibus evenire. *



† A. ABSIN-

† A. ABSINTHIUM Scriphtium /Egyptium & Semen sanctum, Scheha Arabum. * Santonici species mascula, & longiusculis foliis.

F O R M A E T

L O C U S .

† *Egyptium* pumila est *Marth.* planta in *Egypto* proveniens, folijs minoris *Abrotani* semine ferè similibus: surculis copularibus gracilibus, brevis ac foliosis, A. minuto semine gustu amato non tamen vehementer.

Semen sanctum planta est admodum fruticosa, caulibus & ramis numerosis refertis minuto semine; oblongoq; racematim procedente atriaresculo gustu, odoreq; non ingrato. * Folia pusilla sunt, colore cinereo nostri *Abinthij* amula. Nasitur in terra sancta. * Affertur ex *Alexandria*, *Egypti*, ac alijs meridionalibus locis.

Marth.

Q U A L I T A T E S ,
E T V I R E S .

Egypti ijs omnibus praeditum est facultatibus quibus

& italicum. Semen sanctum oblinitur passim Saccharo à pharmacopœis, daturque vultiter infantibus & pueris ad intestinorum vermes.

F F 5

* ABSINTH.

F O R M A.

Herba est fruticosa Absinthio pontico similis, maioribus tamen folijs candida lanugine pubescentibus, flosculos promit croceo rubore variegatos, è quibus semen paruum amarum sere oritur. tota planta amara est, & cum aromatica qualitate aliqua odorata.

L O C U S.

Nascitur Massiliæ in maritimis, petrosis, apud nos verò culturae assuetum in hortis habetur.*



ABROTO

ABROTONVM, Græcis, *ἄβροτον*. Mauritanis, *Casum, Kofum, seu Gaisum*. Italis, *Abrotano*. Germanis, *Stabwurty* /sive *Schofwurty*/sive *Bertrurty*. Hispanis, *Abrotano, & Hierua Lombriquera*. Gallis, *Abron, & Garderobe*.

ABROTONVM MAS.



G E N E R A.

Duim est generum, alterũ *Matth.* mas, alterum foemina.

F O R M A M A R I S.

Sarmentosa est planta, cau- **DIO S C.**
libus gracilibus veluti abſin-
thium. Folia habet tenuia *Matth.*
numerofa, longiufcula; o-
dore grani fed medicato: Flo-
res mittit exiguos. ſemen mi-
nutum, rotũdum, copioſum-
que, ramulos ferè totos com-
prehendens.

L O C U S.

Nafeitur ſponte in colli- *Idem.*
bus arido ſolo, ac etiam paſ-
ſim in hortis colitur.

Q U A L I T A T E S.

Calidum & ſecum eſt or- *Galen. 6.*
dine tertio. Digerendi etiam, *ſimp. me.*
ac incidẽdi vim quandam ha-
bet, rarefaciendi, & morden-
ditenuium enim eſt partium.

V I R E S.

Semen cradon tritum, &
ex aqua feruefactum in potu
auxiliarur orthopnoicis, con-

nulũs, ruptis, iſchiadicis, vrinx anguſtijs, ac ſuppreſſis menſibus. Ex vino au-
tem potum exitiali bus venenis, anridotum eſt. Horroribus ex oleo illinitur.
Serpentes cum ſubſtrato tum nidore fugar: quin etiam cõtra eorum iõtus po-
tum ex vino prodeſt: priuatim efficax eſt contra ſcorpionum & phalangiorum
iõtus: oculorum inflammationibus cum pane aut cotoneo coõto commode
illinitur. Tritum & cum hordeacea farina coõtum, tubercula diſcurit.

* *ABROTANVM* foemina, Chamæcyparissus. Germ. Garten Cypress. Italia, *Abrotano foemina, herba Camphorata, Santolina, Cipressina, Crespolina.*

ABROTANVM FOEMINA.

FORMA.

Herba est fruticosa, lignosis ramis, folijs albis tenuibus minutissime divisis, & quadruplici ordine, veluti parvis apicibus compositis, odore medicato, sapore amaro, flore aureo corymbaceo, in fastigijs furculorum longis pediculis insidente.

LOCVS.

Nascitur in campis & vineris, apud nos vero hortensis est.

QUALITATES, ET VIRES.

Easdem qualitates ac vires habet, quas Abrotanium mas, Ipsius semen in vsu est ad necandos vermes, si intra corpus sumatur.*



VERO.

VERONICA ita Germanorum Officinis vocata, Italis, *Veronica*. Germanis, *Symptris* est Grundheyl.

VERONICA.

GENERA.

Duum est generum: *Mas*, *Matib*, & *fermina*.

FORMA MARIS.

Mas caule erit dodrantali, aut minore, rubescente, lanuginosoq; folijs oblongis, humili accubantibus, nigricantibus, hirsutis, & in ambitu ferratis: flores edit summis caulibus illuc purpurascetes, & semen in siliquis loculi faciem referentibus. Radice nititur tenui, quæ in plures diuiscatur fibras.

LOCVS.

Nascitur locis incultis.

QUALITATES.

Cum gustu amara adstringit. *Idem*. genisque manifestè appareat, calidæ & siccæ facultatis omnino fuerit.

VIRES.

Medetur crucentis vulneribus, quin etiam diuicinis viceribus. tumores præterea in



uenerunt discutit, præcipueque quæ in cervice oriuntur. Datur vtiliter potandus foliorum puluis drachmæ pondere cum ad pestilentes febres, tum ipsa pestilentia affectos cum theriacæ tribus obolis ex vino meraco; sed illico affectos sedare oportet. Datur eadem potanda ex sua ipsius stillatitia aqua contra tussim, & omnia pectoris, & pulmonum vitia; quin etiam tabidis, & suppurationibus: aperit quoque locinoris, & lienis obstructions: vterum, renes, & vesicam expurgat.

VERONICA *femina*, Italis, *Veronica femina*. Germanis, *Chrysotholide*.

VERONICA FEMINA.

FORMA.

Caulem edit lanuginosum, folia rotundiora minime denticulata, subpinguia, flores ex luteo purpurascetes, semen orbicularis vasculis conclusum; radicem maris similem.

LOCVS.

Nascitur in inculto solo & asperis tractibus.

QUALITATES,
ET VIRES.

Non differt à mati, sed ad omnia imbecillior habetur.



HYSSOPVM, Græcis, Ἴσσοπος. Arabibus, *Cyso*, seu *Labea*. Italis, *Hissopo*. Germ. *Cyso*, seu *Dyffop*. Hispanis, *Hissopo bierna*. Gallis, *Hissopo*.

HYSSOPVM.

GENERA.

Duum est generum: Hortensium, & Montanum.

FORMA.

Hortensium frutex est surculis numerosis ex vna radice pedunculatis, lignosis, sesquipedalibus, folijs in vniuerso caule oblongis durinseculis odoratis feruido, & amaro gustu: Flores edir spicatos in summis caulium partibus cetero colore: Radicem multifidam ac lignosam. Montanum surculis folijs floribus, & cæcitis in vniuersum partibus nihil ab hortensio differt, nisi quod hic surtus syluestriusque apparet, rudiorebus folijs & asperioribus, & gustu amarioribus, nec vsq; adeo acris. miscetur tamē in hortos translatus, hinc hortensium per quam similitimum.

LOCVS.

Hortensium fertur passim in hortis, & viridarijs. Montanum sponte in montibus provenit.

QUALITATES.

Dulcecat, & excoctat ordine ter. Galen. s. simp. me. Matth.

VIRES.

Decoctum eius cum scia, nocte, & rursus potum peripneumoniacis, diuturna tussi laborantibus, siccationibus, destillationibus, & ortho pnoicis ventris uncis enecat, cum scia detritis viridibus diuertum alij subducit, sed vehemens addita istius radice, cardamo mo, aut isio: Cassiam enim humorem detinet, & persicam decoctis ex oxymelate, colorem in corpore fouet. Illi autem hincis, & hydropicis cum sicq; & nitro cum tersenti aqua impositum suffragia dicitur. Decoctum cum acetto dentium colorem in collusione mulcet. Aduersus serpentium morsibus, cum sale & cumino adhibetur: Ex oleo illius pediculus necat, & capitis periginem tollit: comitiales luetat quous modo sumptum. Dicitur eius vsus contra mares infestationes, sibi appetentiam leuare, morfes, & vnius diet, & febrium horores excutit, vsum conit. Praestat haec omnia quoque montanum etiam efficacius.

GRATIOLA, quibusdam Gratia dei. Italis, *Gratiola*. Foroiulienſibus, *Stech-
ca cenabo*.

G R A T I O L A.

F O R M A.

Metib. Planta eſt dodrantalis, cau-
libus quadrangularibus, ſo-
lijs hyſſopi paulò latioribus,
ac longioribus: floribus in
purpura albicantibus, amaro
admodum guſtu: quadam cū
obſcura adſtriptione.

L O C U S.

Idem. Naſcitur in pratis vligino-
ſis, & paluſtribus.

Q U A L I T A T E S.

Idem. Excalfacit, ſiccac, incidit,
attenuat, aperit, deſiccit, ab-
ſtetgit, vulnera glutinat.

V I R E S.

Aluum vehementer pur-
gat, bilem pituitamq; deſiccit:
vulnera celeriter ſanat, ſi tri-
ta ſuperponatur.



C E N S U R A.

Qui hanc plantam Meſuiſ Eupſtoriam eſſe contendunt, omnino ceſ-
ſant.

STOECHAS, Dioc. *styx*. Galeno *Strocha*. Mauritaniis, *Astuchades*, *Astuchorades*, seu *Astuchades*. Italis, *Strechade*, seu *Steca*. Officinis, *Strechades*. Germanis, *Stuchastrust*. Hisp. *Tomani*, *Cantuelle*, *Cantuesse*. Gallis, *Strechades*.

STOECHAS.

FORMA.



Planta est Lapendulæ hand *Matth.* ab similibus, folijs oblongis, crassis incanis, acerratum in vniuerso caule excurrentibus, circum lris pluribus, ab vno caule fructificatibus: lignosis, flores edit in spicatis, oblongisq; capitalis thymi modo, subæruleis, in quib. semen oritur melissophylli non ab simile. Radix est illi lignosa ac multifida.

LOCVS.

Prouenit in Stœchadibus *INDIOSC.* sulis, & Massiliæ regione.

QUALITATES.

Stœchadis quidem quali- *Gal. lib. 8.* tas amara est. Et mediocriter *simp. me.* subadstringens. Cæteri temperies cõposita, nempe ex terrena essentia frigida exigua, vnde sanè adstringit: & ex attenuata altera terrena copiosiore. à quauisque amara est: Ob vtrorumque verò conuenientiam, & coitum, referat, extenuat, extergit, roboratq; tum viscera omnia, tum totius corporis habitum.

VIRES.

Foliorum & capitulorum decoctum hyslopi modo ad pectoris vitia efficacit *DIOSC.* est. Antidosis vtiliter miscetur. Deijcit tum pituitam, tum aëram bilem. Cere- *Matth.* bram, nervos, & sensu meatus mundat, ac roborat. Datur vtiliter cõtra qualescunq; frigidos morbos. Itaq; comitialib. cõueniens fuerit auxilium, addita scilicet, aut eius aceto. Balnea, fomenta, ac Laconica, quæ ex ipsius decocto, aut vapore fiunt, oclusos narium meatus aperiunt, nervorũ, & articulorũ cruciatum leniant, ac interna viscera frigido humore affecta roborant. Abstinentium tamen ab eo baliosus est, præsertim, si eorum ventriculus sit bile repletus.

ORIGANVM. Græcis, *ὄργανον*. Mauritanis, *Fundenigi*, *ſic Fundenigi*, *ſic Fundenigi*. Italis, *Origano*. Germanis, *Brumbet* *Wolgethut*. Hiſpanis, *Oregano*. Gallis, *Origan*, *ſeu Marislaire* *baſtards*.

O R I G A N V M.

G E N E R A.

DIOSC. Duo eius habentur genera, *Heraſcleoticum*, & *Onitis*.

F O R M A P R I M I.

DIOSC. Folium habet hyſſopo non diſſimile, umbellam autem non in rotæ ſpeciem orbiculatam, ſed veluti multifidam: ſemine in ſuturis virgis haud quaquam denſo, amaracimo do ſpicato.

L O C V S.

Matth. Prouenit in Creta, & Cypro: & alijs Aegæi maris inſulis.

Q U A L I T A T E S.

Galen. 8. Heraſcleoticum efficacius ſimp. me. eſt oſitide, omnes verd incidendi, extenuandi, calefacienti facultatem poſſidete, hæcque tertio exceſſu, obtinent.



V I R E S.

Decoctum cum vino potum demortuos à serpente sanat: Qui autem doctam aut mæconium hauerunt, ijs ex paſſo: ſi verd gypſum, aut ephemerum, ex aceto mulſo propinatut: ruptis, conuulſis, hydropticis cum ſeu eſſi dant. Aridum acetabuli menſura porum, in aqua mulſa, aëros humores per ſtem extrahit, menſes ciet & tuſſi cum melle delinſtum medetur. ad pruriginem, pſoram, regionumque morbum, decocti ius in balneis prodeſt: herbaſum ſubſtrata ſerpentes fugat.

ORIGANVM onitis. Græcis, *ἰσίδιον ὀνίτις*. Italis, *Origanum onite*.

ORIGANVM ONITIS.

FORMA.

Cædidiore est folio, & hyf. Diosc.
fopo similis: semen veluti
coniunctos corymbos habet.

LOCVS.

Nascitur in Creta, & alijs *Marib.*
nonnullis Aegi maris insulis.

QUALITATES,
ET VIRES.

Vis ei origani Heracleoti- Diosc.
ei, sed ad omnia minus effi-
cax.



Gg 2

*ORIGA-

F O R M A.

Similimum est Oniti ab Autore depicto, sed nō idem. ab Origano vulgari, cui⁹ icon sequitur, nō multum differt, nisi quod habeat multas, pulcras & oblongas quasi spicas, purpureas. caulis etiam totus purpurascit; semē gignit rufum, pusillum, ut reliqua Origanigenera.

L O C U S.

Crescit in Gallia, prope Monspellium. *



ORIGANUM

ORIGANVM vulgare, Italis, *Origano nostrano*. Germanis, *Wolgemut*.

ORIGANVM VVLGARE.

FORMA.

Folia mittit amaraci maioris, *Matth.* ra, subhirsutaq; , caules complures pilosos, flores in summitate purpureos in umbellæ multitudine modû, radice summa tellure vagante.

LOCVS.

Nascitur inculto solo secus *idem*. itinera, in collibus, & apricis.

QUALITATES,
ET VIRES.

Excalfacit quidē, quòd *gu- Idem*. stu subacris sentiat, & siccat quoque similiter, sed haud strenuè. Aperit, digerit, incidit, & resoluit, sed longè mitius quàm præscripta origani genera.

CENSURA.

Hanc plantam Pseudo-origanum magis appellandum

censo quàm sylvestre Otiganum, ut quidam crederet. Huic enim flores candidi sunt, non purpurei.



TRAGORIGANVM, Græcis, *τραγορίζαν*. Italis, *Tragorigans*.

TRAGORIGANVM.

FORMA.

DIOSC. Tenuis est frutex folio & ramulis sylvestri serpyllis simili, quanquam in lætiori solo latioribus folijs inueniatur. æque glutinosus: floribus in summis caulibus subpurpureis.

LOCVS.

Idem. Prouenit copiosum in Cilicia, in Creta, in Chio, Cooque, & apud Smyrnas.

QUALITATES.

Idem. Excalfacit, aperit, attenuat, vrinam citat.

VIRES.

Idem. Decoctum potum bilem eicit. Bibitur ex aceto vtiliter lienosis, & ex vino contra iuxta venena. Menses trahit, peripneumonicis, tussientibus, ex melle in eodem datur. Grata, ac mitis eius potio est: quare cibum fastidientibus & stomachi acida ructanti imbecilloque præbetur: item si maritima iactatione male affectus præcordiorum excitetur. Tumores verò cum hordeacea farinâ discutit.



PVLEGIUM, Græcis, *Γαλβαν*. Mauritanis, *Alnam*, *Alnegem*, seu *Alnegem*. Italis, *Pulegia*. Germanis, *Poley*. Hispanis, *Polea*. Gallis, *Pulege*, & *Peulier*.

P V L E G I U M.

F O R M A.

Herba est humi repēs, ser-
pylli modo: caulibus dodran-
talibus gracilibus; folijs ama-
raci æmulis, paulò tamē maio-
rib⁹ oblōgiotibusq;: flores in
toto caule ad summum vsq;,
per intervalla propè foliorū
exortū, verticillatim enascan-
tur, colore purpureo langue-
scente. Radix illi gracilis, & ca-
pillosa summo cœspite vagāre.

L O C V S.

Nascitur humectis, & vli-
ginosis locis. *Marb.*

Q U A L I T A T E S.

Cūm acre, & subamarum *Galen. &*
sit, valde tum exalfacit, tum *simp. me.*
extenuat. Portò quod abūdē
exalfacit, magnū est signū,
quòd illitum rubificat, & ex-
ulcerat quoq; si diutius tole-
retur. Quòd verò extenuet
satis indicat, cū humida, cras-
sa, & lenta ex thorace & pul-
mone excreatu facilia reddat,
mensq; moueat.

V I R E S.

Potum menstrua, secundas, ac partus eiicit, pulmonis vitia ex melle, & aloe
potum extrahit, & convulsis auxiliatur: Nauseas, stomachi erosiones ex posca
pernulentuarrum bile in per alium exigit. Bibitur in vino vtilissimè contra ser-
pentium morsus, defectos animo recreat cum aceto naribus admotum. Are-
hisi cinis gingivas cor:òdorat. cum cerato varos extinguit. Lienosis cum sale
vulnet allinitur. Decoctum eius ablutat pruriginis mirigat: conuersas vulvas
curat, ac eiusdem inflationes, duriciasque in deselionibus mirificè iuuat.
Decoctum potum vrinas ciet: ictericos, & hydropicos curat: capitis, & net-
uorum affectibus ex frigiditate prognatis succurrit: visum acuit.



DICTAMNUM, *Grecis, Δικταμόνιον. Arabib. Mefcatremfir. Anegen araba, fœ Bari. Italis, Dittamo di Candia. Germanis, Wilder Polcy. Hifpanis, Dittamo Gallis, Dittamo Real.*

DICTAMNUM CRETENSE.**FORMA.**

DIOSC. Cretensis herba est pule-
Theopb. gio similis, maioribus tamen
libr. p. de folijs, quæ tomento quodam
biffo. 1. spiffa lanugine pubefeit. Ra-
Vir. L. 12. mulis tenuioribus, in quotû
Acneid. fummis partibus flores exeit
 purpurei. Et deinde semen.
 Rara hæc herba est.

LOCVS.

Theopb. Nafciur in Creta Infula in
ibidem. vno tantum loco, ipfoque ad-
 modum exiguo.

QUALITATES.

Galen. 6. Tenuiore effentia conftat,
fimp. m. quàm pulegiû. cætera illi fi-
DIOSC. mile. Sed efficacius multo.

VIREs.

DIOSC. Defunfos partus extrahit,
 non modò potum, fed appo-
 fitum quoque aut fuffitum:
 fuccus per fe illitus, aut eum
 hordæacea farina, purgandi vim habet. Herba impætos pedibus, reliquò
 corpore aculeos illitu extrahit; valet ad lienis dolorem. Radix eius gubri-
 facit, partus accelerat. Succus ex vino potus, auxiliatur à serpente dento.
 Tanta herbe facultas est, ut olfacta abigat feras, quæ venenato igne feuiant, et
 penfaq; conceptum exanimet: vulneribus ferro illatis, & venenatis ictibus
 fufus fuccus, præfentaneum est auxilium.



DICTAMNUM album, Italis, *Dittanco bianco*. Germanis, *Scmeiner Diptam-*
Gallis, *Dipsam bastarde*.

DICTAMNUM ALBUM.



F O R M A.

Planta est insignis, spectatq; *Matth.*
 que pulehritudinis, folijs fra-
 xini adeo similibus, vt à qui-
 busdam chamemelia: hoc est
 infima fraxinus appellari so-
 leat. Caulem gerit sesquicu-
 bitalem, rotundum, in cuius
 cacumine flores exeunt pur-
 purei, citrei mali æmulos. O-
 dore quadã eum graucolen-
 tia, acuto, nõ tamen inueun-
 do. Radice nititur diuatiata
 & sæpè singulari, albicante
 tenui intùs matrice, dum re-
 cens est hiteum olente, flores
 in triquetras siliquas abeunt,
 scabro exterius cortice, in
 quibus semen.

L O C U S.

Nascitur in collibus, elimo- *Idem.*
 fis, & saxosis.

Q U A L I T A T E S.

Radix eius est vsus amara
 est: excalfacit, attenuat, aper-
 rit & abstergit.

V I R E S.

Valet radix aduersus vene- *Idem.*
 na, & venenosorum animali-

umidus. Neceat interaneotum vermes drachmæ pondere hausta; datur contra
 frigidos vteri morbos, nam & menses, & secundas, & emortuum foetũ educit,
 tum supposita, tum cum pulegio suffita, tum ex vino meraseo duarũ drachma-
 rum pondere pota. valet quoq; ad alui tormiones, & ad eijciendos renũ calcu-
 los. Additur quoq; vtiliter in potionibus internorũ vulnerum. Datur comitia-
 libus, & in alijs eeteberi affectibus. Prestat contra pestilentie contagia, quoquo
 modo sumatur. In summa ad multa radix vtilis est: Siliquæ & flores contactu
 prurium faciunt, & in calidioribus regionibus eentem exulcerant.

C E N S U R A.

Qui album Dictamnium Dioscoridis Tragium esse contendunt, delitio pro-
 caldabio afficiantur.

PSEUDODICTAMNUM, Græcis, *Ψευδοδικταμνος*. Italis, *Dictamo affe*.

PSEUDODICTAMNUM.

F O R M A.

Marth.

Caulibus exit dodrantalibus, lanuginosis albicantibusque, è quibus folia erumpunt ex intervallis bina, subrotunda, dictamni tomento pubescentia, è quorum omnium exortu flores exeunt purpurei verticillatique ut in apialstro, & marrubio: sapore pulegij, sed minus acri.

L O C U S.

Idem.

Nascitur in Creta exulato solo.

Q U A L I T A T E S.

*Gal. 6.
simp. me.*

Pseudodictamnum ad omnia imbecillius dictamno habetur.

V I R E S.

Minus dictamno acre gustu sentitur: eisdem tamen effectus præbet, sed inefficacius multo.



SALVIA

SALVIA Græcis, *Ευκροάσις*, Mauritanis, *selifaces*, *fru-Estifaces*. Italis, *Salvia*. Germanis, *Salbey*. Hispanis, *Salvia*, & *Salna*. Gallis, *Saulger*.

SALVIA.

G E N E R A.

Duum est generum, Alter *Theoph.* rium quiddè urbanum, alterum *fl. d. ca. 2.* sylvestre, quod sphaecelas *ap. de hist. plant.* pellatur.

F O R M A U R B A N A E.

Frutex est ramosus, longus, *DIOSC.* virgas habens quadrangulas *Matth.* & canas, folia menthæ, maiora, longioraq; ; asperiora, crassiora, & quæ sensim attritorum quasi indumentorum scabritiem referant, hirsuta, subalbida, odore per quæ incundo sed graui. Flores gignit in *DIOSC.* summis caulis purpureos, sylvestris hormini æmulus, & semen quoq; simile. Radice nititur lignosa, fibrosa;.

L O C U S.

Colitur passim in hortis, & pro se sponte quoq; per se nascitur, *Matth.* arido, & aspero solo.

Q U A L I T A T E S.

Evidenter calefacit, & *Gal. si* uirer adstringit. *simp. me.*

V I R T U S.

Menses cit, & vrinas, decoctum foliorum, ramorumq; potum, & partus ex- *DIOSC.* trahit. Auxiliatur quoq; passinæ marinæ i cibus: capillos denigrat: vulne- *Matth.* rum sanguinem cohibet, terra vlcera purgat. Foliorum ramorumq; ex vino decoctum foris testium prurium tollit. Folia ab utero gerentibus deuora- *Acetim.* ta, conceptum roborant ac retinent, si eadem fluidæ, laxaq; fuerint, succi hemina cum sale pota, prolificas reddit mulieres, si quanto à secubito die bibatur, & vitis deinde se misceant. Darat succus cyathorum duorum mensura viliter potandus sanguinem expuentibus. Præstat salua ad omnes capitis punitolos affectus, omnésq; articulorum dolores, tam in potionibus, quàm in fomentis.



SALVIA MINOR, Græcis, Ἐράσηφ. Italis, *Salvia minore.*

SALVIA MINOR.

FORMA.

Folia habet alterius angustiora, & postrema parte auriculata, caules quoq; tenuiores, cætera verò similia sunt.

LOCVS.

Nascitur spontè in Hispania, & Gallia Narbonensi, exolentis locis. Et feritur quoque in hortis.

QUALITATES,
ET VIRES.

Ea omnia præstare valet, quæ Salvia maior.

* SALVIA CRETICA
BACCIFERA.

In Creta nascitur Salvia quædam longe tenerior nostrate, lanuginosiorque & candidior, odore quoque præstat & facultatibus, denique hoc peculiare habet ut globuli quidam rotundi gallarum instar illi nascantur, quibus vesci solent incolæ cum pane. *



MENTHA,

MENTHA, Græcis, *ἐίδωρον*. Arabibus, *Nahansa*. Germanis, *Müñg*. Hispanis, *Hierua bona*, & *Ortelana*. Gallis, *Mente*.

MENTHA.

GENERA.

Duum est generum sativa, *Matth.* & *Sylvestris*. Atqui sativa duum quoq; generum est, alterum maius, alterum minus.

FORMA MAIORIS.

Planta est odorata, folijs sal- *Matth.* uia minoribus, per ambitum denticularis, caulibus numerosis; floribus in summitate spicatis, subpurpureis, pilosisque, viua admodum est, nanque in hortis semel tantum sata, tam restibuli fertilitate durat, vt vix in posterum extirpari possit.

LOCVS.

Seritur passim in hortis. *Idem.*

QUALITATES.

Gusta est acris, calidaq; sa- *Gal.* cultate prædita, ex tertio qua- *simp. me.* dantenus exalfacientium ordine, sed minus exalfacit quam calamintha. Habet & in se quiddam amarum, & acerbum: substantia est tenuium partium. Adstringit quoque *Diosc.* acificat.

VIRES.

Succus ex æteto potus sanguinem sistit: reteres ventris tineas necat: venem stimulat. Terni rami cum acidi mali puncti succo poti, singultus, vomitiones, cholera&sq; sedant: Folia cum farina hordeacea illita, suppuraciones discutiant. Mammæ item tenas, aut lacte turgentes compescit. Cum sale canum moribus illinitur: vulvæ antè coitum admota, conceptionem impedit. Lac coire non patitur in ventriculo, si folia lacti immergantur. In summa stomacho utilis est, & in condimentis pecciliare gratiam habet. Aqua stillantia è tota menthe planta puerperarum mammis cum linteolis admota lactis concretionem inhihet, animam olfactu excitat, vlcera manantia in infantium capibus mirè sanat.



MENTHA altera, Italica, *Menta minore, sive Mentha gentile.*

MENTHA ALTERA.

FORMA.

Matth. Folijs exit brevioribus angustioribusque: caulibus rubentibus, floribus quoque rubentioribus: eximio odore.

LOCVS.

Idem. Scribitur passim in hortis, & viridarijs.

QUALITATES,
ET VIRES.

Idem. Ea omnia potest, quibus alteram prestare diximus.



MENTHA.

MENTHASTRUM; sine Mentha sylvestris. Græcis, *Μέντα*. Italis, *Mentafra*. Germanis, *Wilder Minc*. Gallis, *Mente ebeneuse*.

MENTHASTRUM, SIVE
MENTHA SYL-
VESTRIS.



Infillatur succus vermicalosis auribus. Item tum potus, tum testibus illitus nocturnas pellationes prohibet. Auxiliatur potus, regio morbo affectis: strumolos illitus innatex aceto potus ventris animalia pellit: Folia tam pota quàm illita, præstant aduersus venenosorum ictus.

FORMA.

Folia profert menthæ lon- *Matth.*
gè malota, hirsutiora, ac candi-
diora: caules cubitales, &
flores spicatos, colore sub-
purpureo, tenuibus vnde-
quaque pilis: bene quoque
olet.

LOCVS.

Nascitur plerunque vltigi- *Idem.*
noso solo: & proptè riuos a-
quarum.

QUALITATES.

Excalfacit, attenuat, ad- *Matth.*
stringit, incidit, & aperit.

VIRE.

Suffiti vapor feminas à *Idem.*
pattu purgat. Datur eius de-
coctum vtiliter anhelosis, &
ægrè spirantibus, quin etiam
mulcendis torminibus qui à
fiatu oriuntur. Substratū, vel
accensum serpentes fugat.

MENTHA Græca, Italis, *Menta Græca*, *sive Salvia Romana*, *sive Herba di Santa Maria*: *Nannulus Lappulata*. Gallis, *Coch.* Germanis, *Unser Frauen Minz*.

MENTHA GRÆCA.

FORMA.

Marb.

Folijis exit saluiz longioribus latioribusque betonicæ faciem quadritenus referentibus, circumquaq; serratis: caulibus cubitalibus: nonnunquam maioribus: in quorum cacumine flores exeunt corymbacei, melino colore. Planta est in vniuersam amara, non tamen vehementer, subadstringens, & grauiter odorata.

LOCVS.

Idem.

Habetur satis copiosa in hortis.

QUALITATES.

Excalfacit, siccat, aperit, roborat, abstergit, & prouocat.

VIRE S.

Idem.

Auxiliatur vterinis affectibus: frigesactum iecur excalfacit, & vasorum obstructiones aperit: illinitur ex icino, aut nardino oleo lienosis, & ex vino feructis vrinæ suppressionibus: Lentigines, albos, & alias cutis feditates emaculat: illitus noctibus succus: idem Lumbricos enecat: ventriculum roborat: haustus, quàm illitus, & vomitiones compescit. Tota planta tam sublimis, quàm salsu serpentes abigit, & eorum venenis resistit, quin etiam infans expedit, & caput roborat.



CALAMINTHA, Græcis, Καλαμίνθη Arabibus, & Officinis, Calamentum. Ita-
lis, Calamento. Ethruſcis, Nipetella. Germanis, Wilder Pfeffer. Hiſpanis, Nueva.
da. Gallis, Poſſio ſennage.

CALAMINTHA.



habet. corpori autem exterius admodum, primum quidem valde exalfacit, & mor-
dicat, cutemq; laniat, poſtremo etiam exulcerat.

VIRE.

Foliorum, ſtorumq; decoctum potum: menſes, & vrinas pellit, ruptis, conuul-
ſis, egre ſparantibus, torminibus, horribiſq; auxiliatur. Regium morbum exper-
git: ex vino præſumpta venenis reſiſtit. Tineas, ex teraſq; ineriorum animalia, cui
uſu, & mellis pota enecat. Elephanticos eſtata adiuvat, ſi poſtea ſecum lactis ebib-
itur. ſolia detrita, & ex vellere ſuppoſita, menſes eliciunt: partus enecat: Ac-
centis aut ſubſtrata, ſerpentes fugant: Ex vino cocta, & ſilia, nigris cicatricibus
candorem reddunt: ſuccus viliſter inſtillatur vermiculoſis auribus.

GENERA.

Trium eſt generum Prima Diosco-
quam nepeta Latini vocant,
Montana altera, & altera
menthaſtro cognata.

FORMA PRIMA.

Folijs oritur pulegio maſo-
ribus, ſubrotundis, hirsutis,
per ambitum leuiter ſerratis,
caulibus cubitalibus, angulo-
ſis, folioſisq; atq; piloſis. Flo-
res edit exiguos, purpuraſcen-
tes, qui à medio caule uſq; ad
ſummum, vt in pulegio eram-
punt, at in cacumine copio-
ſiores habentur. Radices te-
nues, multitudineſq;

LOCVS.

Nascitur in inculto ſolo, in ſtem-
apicis, collibus, ſecus itinera
& ſepes.

QUALITATES.

Eſſentia eſt tenui, & calida, Gal. li. 7.
ſiccaq; tepere, ex tertio quo-
ſim. ma.

dâmodo ordine. Horum ma-
niſeſta ſunt inditia partim gu-
ſtu apparentia, partim experi-
entia cognita: Guſtu ſiquidè
acris, & palam calida eſt, ac
paululum omnino ſubamari

quidem valde exalfacit, & mor-
dicat, cutemq; laniat, poſtremo etiam exulcerat.

Diosc.

CALAMINTHA montana, Græcis, Καταψύλλη βύβρα. Italis, Calaminta, seu Eipotella montana. Officinis, Calamintarum montanarum. Germanis, Bergmünz.

CALAMINTHA MONTANA.

FORMA.

DIOSC. Folia habet ocimi, incans, furculos, & caules angulosos, & purpureum florem.

LOCVS.

DIOSC. Nascitur in Montibus.

QUALITATES, ET VIRES.

DIOSC. Paribus cum nepeta tum qualitatibus, tum viribus præstat.



CALL

CALAMINTHA aquatica. Italis, *Calamento aquatico.* Græcis, *Karapithairi.*
 Ita. Germanis, *Wasserminze*, *Wasserpooley*, *Froschminze.*

CALAMINTHA AQUATICA.

FORMA.

Menthastro cognata est, fo-
 lijs oblongioribus hirsutisq̃,
 caule, & ramis maioribus,
 quam superior.

LOCVS.

Nascitur in campestribus, *idem.*
 asperis, & aquosis locis.

**FACVLTATES, ET
 VIRES.**

Suis in viribus, & facultati-
 bus, cæteris inefficacior est.

CENSURA.

Decipiuntur, qui Gattaria-
 riam herbam tertiam cala-
 minthæ speciem esse contendunt.



HERBA gattaria, Italis, *Herbe gatta*. Germanis, *Nept Zam Katzenfranz*.

HERBA GATTARIA.

F O R M A.

Murb. Planta est vulgaris notitiz, folia mitrens apiastris, aut vertice amula, sed incana, & minora, caules edit quadrangulos, bicubitales, ramos numerosos, & pariter in canos, flores albos circa caules, at qui in summitatibus exeunt, spicati spectantur: Radices habet multifidas: odor vniuersæ plantæ acutus, caput feriens.

L O C U S.

Idem. Nasclitur in campestribus, & in agrorum marginibus.

Q U A L I T A T E S.

Feruido quidem gustu herba est, cum amaritudine hand obscura, exalfacit, & siccac calaminthæ modò.



V I R E S.

Valet ad omnes capitis, pectoris, ventriculi, ac vteri motus, à pituita pectos, menses elicit tam pota, quàm in deflectionibus addita. herbæ vltus facilis prolificas facit, vbi causâ fuerit ab humida frigidaq; intemperie: succentibus inditus, pituitam valenter trahit, & visum acuit. In summa vbi excoherat opus sit, Gattaria plurimum prestat.

THYMVM, Græcis, Θύμα. Manritanis, *Hafer*. Italis, *Timo*. Germanis, *Nöm-
fch*. Quædæ. Hispanis, *Tomillo felfero*. Gallis, *Tim*, seu *Marjolaine de Angle-
terre*.

THYMVM.



GENERA.

Duum est generum: Can- *Theopb.*
didum & nigrum. *lib. 6. c. 1.*

FORMA.

Sarculosus est frutex, ex- *Diosc.*
libus folijs, multis, & angu-
stis circumdatus: capitulis in
cæcimine flore purpuralcem
te refertis.

LOCVS.

Gracili solo & petroso pro- *Idem.*
uenit.

QUALITATES.

Thymum incidit, & excal- *Gale. 6.*
facit manifestè. *fimp. ut.*

VIRES.

Cum sale, & aceto, pitul- *Diosc.*
tam per alium detrahic. De-
cocti ius prodest Orthopnoi-
cis, & anhelatoribus: tinea

ventris erigit: menses, partus, & secundas pellit. urinas ciet. Ex melle delinctum
faciles reddit excreationes. Recentes tumores discutit cum aceto illitum: con-
cretum sanguinem dissoluit: peniles verrucas tollit. Iſchiadicis illitum cum
vino, & polenta subuenit: hebetibus oculis in cibo prodest.

SATYRIA, Græcis, Θύβρα. Italis, Coniella, Saureggia, seu Satyria.

SATYRIA.

GENERA.

Matth. Duo eius sunt genera, Alterum quidem thymo cognatum, Alterum vero fruticosius, & maioribus folijs.

FORMA PRIORIS.

PROSC. Thymo tota ferè facie similis est, minoribus tamen folijs, & caulibus, & tota planta tenerior, spicam defert florum plenam coloris herbacei. Aut in purpuram languescens.

Matth.

LOCYS.

Idem. Gignitur in apticis, aspero, & arido solo, & ferit in hortis.

QUALITATES.

Fanlon. Tymbra sylvestris eadem, quæ thymum præstat: Hortensis autem altera quidem imbecillior est, sed ad ciborum usum gratior, & accommodatior habetur.

VIRES.

PROSC. Eadem potest, quæ thymum, si modo consimili sumpritetur.



SATYRIA aetca. Italica, Caniella, seu Satureggia maggiore, seu Penicella. Germanis, Pfefferkraut, Pfeffer Ysop, Satiren.

SATYRIA ALTERA.

FORMA.

Ramis multis fruticat, rotundis, atque lignosis, folijs thymo maioribus, subsperis, quæ circum sacculos plaxa simul per internodia erumpunt: e quorum exortu spicati quidam processus, foliolis quibusdam cæteris longè minoribus stipati prodeunt, è quibus flores exeunt parvi, ac subpurpurei. Radice nititur multifida. Marth.

L O C U S.

Non solum scitur in hortis, sed sponte per se nascitur in apricis collibus, & in torrentium alucis. Idem.

Q U A L I T A T E S.

Thymo-fais in qualitatibus Idem. similis est, proinde exaltescit, attenuat, aperit, incidit, digerit, & aperit.

V I R E S.

Viribus ab aetca non differt, Thymi enim facultatibus omnibus refert. Idem.
ta est.

SERPILLVM, Græcis, *Ἐριβάλλε*. Maurit. *Hemen*. Italis, *Serpillo*, seu *Serpilla*. Germanis, *Quendel*. Hispanis, *Serpollis*, seu *Serpam*. Gallis, *Serpulet*.

S E R P I L L V M.

G E N E R A.

DIOSC. Duum est generum, Hortense alterum: Alterum sylvestre, & huius quoque duo sunt genera.

F O R M A H O R T E N S I S.

DIOSC. Folia & ramulos origani habet, sed candidiores, odore sampuchii, floribus subpurpureis in spicatis capitulis: gustu admodum acri. Non serpit humi, sed ad palmi altitudinem increfcit.

Plinim.

L O C U S.

Matth. Seritur in hortis non solum ad coronas, sed ad ciborum quoque usum.

Q U A L I T A T E S.

Gale. 8. Visque adeo exalfacit, ut & *fimp. me.* menses, & urinam moueat: est *Matth.* autem & gustu admodum acre. Exalfacit, exiccat, digerit, incidit, & appetit.



V I R E S.

Menses potu, & urinam ciet: Torminibus, ruptis, vulfisque auxiliatur: nerfus serpentes, potu illitruve prodest. Diururnos capitis dolores mulcet: rosaceo, & aceto fincipiti illitum, veterinosos lauat: succus cruentos vomitus sedat, drachmarum quatuor pondere ex aceto potus. Additur bellinctorum condimentis.

SERPILLVM fylueftre, Græcis, Ἐρπύλλιον ἔρπον. Italis, Serpilla, seu Serpillo fatua-
tina.

SERPILLVM ALTERVM.

GENERA.

Aliud fatureiatum, hoc est *Theoph.*
fatuceiz odore : aliud citrea- *lib. 6. c. 7.*
tum, quod citrei mali odorem *de plant.*
refipiat. *hiff.*

FORMA.

Ramulos, quod zigis appel- *Diosc.*
latur, edit tenues, furculosos, *Marth.*
folijs referros longioribus,
durioribus, angustis. Flores
iucundè olent. Quod verò ci-
treum malum respicit, latius
prouenit, humi repens, lenio-
ribus folijs in girum sese vnà
cum ramufculis diffundenti-
bus.

LOCVS.

Nafcitur in collibus, & mon- *idem.*
tibus apricis.

QUALITATES, ET
VIRE.

Omnia genera paribus pol- *idem.*
lent facultatibus, verum ta-
men fylueftre ad omnia valen-
tius habetur.

Hh 5

AAA



AMARACVS, Græcis, *Σάρακος*, *ἀμαράκων*. Italis, & Officinis, *Maierata*, *Echruscis*, *Perſæ*. Atabibus, *Mer Çenim*, *ſen Moſanguin*. Germanis, *Weyrum*. Hiſpanis, *Maierata*. Gallis, *Marone*, *ſine Mariſtaine*.

G E N E R A.

A M A R A C V E.

Matth. Duum eſt generū maius, q̄ vulgò cognitū eſt: & minus, quod tēnuifolium vocatur.

F O R M A M A I O R I S.

Idem. Herba eſt tam oſa: caulibus tenuibus ſubſequioſis, folijs oblongis incanis, piloſisq̄, cauliculos circūquaſq̄ veſtienti- bus, flores edit in ſummis cau- libus ſpicatos, herbacei colo- ris, compactili ſquamaram congerie, vt in origano: è qui- bus minutum ortur ſemen. Radicem habet lignoſam, ac multiridam, ſeritur ſemine, ſarculo ac vitruſcide.

L O C V S.

Idem. Colitur in hortis, & ſiccilli- bus: In Ægypto autē, Cipro, & Cizico ſpontè prouenit.

Q U A L I T A T E S.

Gale. 6. Tenuium eſt partium, ac digerentis facultatis. Deſic- cat enim & excaſcit ordi- netertio. Planta eſt odorata tota, & in medicamētis ad plu- ra admodum vtilis. Digerit, attenuit, aperit, & roborat.



V I R E S.

DIOſC. Succus decocti potus conuenit hydropicis iam incipientibus, & iſis, con- tinæ difficultas, & tormina excruciant: folia ex melle illita ſuggillata delē. Ne- ſes trahunt ex peſſo ſubdita: illinuntur ſcorpionum ictibus, additis ſale, Ba- ceco, luxatis, tumotibusq̄; cerato excepta imponantur: profunt ad oculos inflammationes cum hordeaceæ farinæ polline illita. Præſtat amaracus do- rones frigidos capitis, & neruorum affectus, tam illita, quàm pota: ſolent ſuccus naribus inſuſus pituitam à capite trahit, & cerebrum roborat: valē ad peſtoris vitia. ſtomacho vtilis eſt, tum pota tum illita herba: iocinoroſos, & lo- noſos inuat: conſert ad vteri flatus ac ceteros eiufdem frigidos morbos.

Matth.

AMARACVS tenuifolia, Græcis, Χαμ-φύλλον, & ἀμάρυλλον ἀσπίδουλον. Italis, *Maiorana gentile*. Etruscis, *Perfa gentile*.

AMARACVS TENUIFOLIA.



FORMA.

Amaracus tenuifolia, folijs, *Matth.* cauliculis, floribusq; exi- tenuioribus, & odore lōgè præstantiori.

LOCVS.

Colitur à mulieribus Italis *idem.* in ficilibus, & in hortis.

FACULTATES, ET
VIRES.

Ea omnia præstare potest, *idem.* de quibus in altero diximus genere.

SERTVLA Campana, Græcis, *Μελιόλωτος*. Arabibus, *Alchemelmelesub*. Italis, *Meliloto*. Hispanis, *Corona de Rei*. Germanis, *Ziger Kraut*.

MELILOTVS SIVE SERTVLA CAMPANA.

FORMA.

DIOSC. Planta est cubitalis, statim à radice fruticosa, ramis exilibus, folio trifolio proximis, floribus melinis, parvis, siliquis repandis, numerosis, pluribus, è ramis colorum eacuminibus dependentibus, in quibus semen concluditur minutum, subrufum, odotis non ingrati, cuius est usus.



LOCVS.

DIOSC. Nascitur in Campanis circa Nolam, quin etiam in Cizico, & Calcedone.

QUALITATES.

Galen. s. sicc. m. Mistæ facultatis est: habet enim quiddam adstringens, sed & digerit, & concoquit. Copiosior enim in ea est substantia calida quam frigida.

VIRIS.

DIOSC. Inflammationem omnem emollit, præsertim, quæ in oculis, vtero, sede, & testibus erumpunt, si ex passo cocta illinatur, addito oui luteo affato. Recentes meliceridas per se cum aqua & vlcera in capite mansantia, illita cum etetachia, vino aut galla sanat: Stomachi dolores, & cruda & cocta cum aliquo ex antedictis leuat: Doloribus aurium mitigandis, cruda ex passo instillatur: In aucto aut rosaceo calefacta capitis dolorem lenit.

CENSURA.

Cum verè legitima & meliloti semen, cuius debet esse usus, ad nos non deferatur: nonnullis sylvæstris loti flores, quidam cuiusdam anrei Trifolij ipsius vice vltrepant, sed neuter tamen meliloti vim possidet.

MARVM, Græcis, Μαύρον. Italis, Mara.

MARVM.



FORMA.

Surculosa est planta: flore DIOSC.
origani, odoratiore, folijs
multo candidioribus.

. LOCVS.

Nascitur in Cizico, & iuxta DIOSC.
Magnesium copiosissima. Gale.

QUALITATES.

Herba est parùm actis, 2- Galen. 1.
mara verò plurimum. de Anti.

VIRES.

Vim habet silymbrio con- DIOSC.
similem: substringit enim &
modicè calefacit: quæ de can-
sa illita serpentina vlcera sistit,
& in calidas illitiones addi-
tur.

RVTA.

RUTA, Græcis, Πήζανον. Mauritanis, *Sedeh*, seu *Sedab*. Italis, *Ruta*. Germanis, *Raurcu*, seu *Weinraut*. Hispanis, *Aruda*. Gallis, *Rut*.

RUTA.

G E N E R A.

Matth. Sativa altera, altera verò sylvestris, quæ duplex habetur. Montana, & quæ peculiariter *Harmola* dicitur.

F O R M A S A T I V A.

Idem. Planta est perperam vitens, folijs crassiusculis, subpinguibus, ex angusta origine in latitudinem sese pendentibus; colore saturate viridi. Ramos mittit copiosos, surculo solique, flores in summitate luteos, hyperici amulos, è quibus capitula oriuntur quadruplici apice coronata, in quibus pusillum continetur semen nigro colore.

L O C U S.

Matth. • Scribitur in hortis, apricis gaudet, & siccis, terraque maximè latericia.

Q U A L I T A T E S.

Gale. 8. • Exaltescit ordine tertio. est
simp. me. autem non solum gustu acrised amaro. itaque digerit atque incidit crassos lentosque humores. Est & tenuium partium.



V I R E S.

D I O S C. Urinam citet: menstrua pellit. Lethalium medicamentorum antidotum est, & præsertim semen potum: folia cum iuglande, & sicut præsumpta, inefficaci venenorum vires reddunt, & pestilentie contagia superant. Contra serpentes eodem modo sumere conuenit. Sumpta genitaram extinguit, cum anetho oleo decocta tormina sedat: Potæ ex oleo feruè facta, ventris rineas erant: Hydropticis vtiliter cum sicut illinitur: Deuotata visum acuit. Saccus in malicosis calefactus aurium doloribus efficaciter infunditur. Trica, & inditæ sanguis est: natibus fluentem sistit: Mansa cepatum & alliorum acrimoniam domat.

RUTA sylvestris, Græcis, Πέγανον ἄγριον. Italis, Ruta sylvatica. Germanis, Rüb-
 rauten. ♀

RUTA SYLVESTRIS.



FORMA.

Folijs, caulibus, ramis, floribus Martii-
 & capitulis hortensi similis est, sed
 folijs gracilioribus, caudice vero
 crassiori, lignoso, ac firmo, actiori
 quidem, & amariori gusta.

LOCVS.

Nascitur in montibus saxosis, & Idem
 apricis.

QUALITATES.

Ex quarto est ordine exaltascien-
 tium. Itaq; hortensii valentius admo-
 dum operatur.

VIRIS.

Sicopiosus estur interficit: si colligatur dum florem promit, cutem inflat, DIOSE.
 & robore cum pruritu vehementi inficit. Itaque perunctis manibus, & facie,
 eam colligere oportet. Semen eius potum contra intestina vitia efficax est. In
 anidota commodè additur. Pròdest comitialibus & coxendicorum doloribus
 mensura mouet, partus enecat, & utpote noxia herba cibus abdicatur.

RUTA

RUTA sylvestris altera, Græcis, Πόζανος ἄγρια, ἢ ἀρμύρα. Arabibus, *Harmol*.
Italis, *Ruta silvestris feranda*.

RUTA SYLVESTRIS HARMOLA.

FORMA.

DIOSC. Frutex est, qui ab radice plures emittit caules folijs multo, quàm altetius rure longioribus, tenerioribusque, odore graui, floribus candidis, è quibus capitula summis ramis oriuntur, sariæ rutæ maiora, tenuibus quibusdam foliolis, ipsisque acutis circumquaq; stipata, in quibus triangulum ocluditur semen; subruso colore & amato gustu.

LOCVS.

DIOSC. Prouenit in Cappadocia, & Galatia Asiae finitima, in collibus, & læto solo.

QUALITATES.

Gale. 7. **Simp. med.** Vis eius tenuium est partium, & calida tertio abscessiu: Ideo crassos humores leuat, & digerit, & vrinam ciet.



VIREB.

DIOSC. Semen cum melle, vino, croco, & fœniculi succo, ac gallinato felle, testatur
Marrb. contra retulam oculorum aciem: cætera cum syluestri ruta paria habet.

GALEGA, sive Ruta capraria. Etruscis, *Lamase*. Germ. *Seistrauten*.

GALEGA SIVE RUTA CAPRARIA.

FORMA.

Caulis mittit sesquicubitalem, ramosum, folia è ramis utrinque procedunt densa vnde nava ab vno pediculo emergentia, oblonga, subpinguiaq; flores in summitate purpurascens, è quibus filiquæ oriuntur semen continentes.

LOCVS.

Prouenit passim secus itinera, in scrobium aggeribus, & lato solo.

QUALITATES, ET VIRES.

Vis illi maxima contra pestilentiam: plurimos enim huiusce plantæ vsu præseruatos scimus: mirificè quoq; valet aduersus lethalia venena omnia, & contra ferarum omnium venenosos ictus, in quem vsum succum bibendum iubent. & herbam ipsam

vulnera admovent. Datur succus ad cochlearis mensuram necandis intestinorum vermibus. Datur idem vtiliter in principio pestilentia affectis, aut eius decoctum, ex aceto paratum, addita theriaca, & Armenio bolo, verùm à potu sudare ægrum oportet. idem præstat sã pestilentes febres in quibus exanthemata, sive macule cutaneæ quas pestechias vocant, emerferint. Quæ quidem omnia, sua ipsius speciali dote planta hæc præstat.

MOLY, Græcis, Μῦσα, Italis, Mosi.

F O R M A.

M O L Y.

Diosc. Folia habet graminis latiora, humi sparsa: florem albæ violæ similem, sed minorem, magnitudine violæ purpureæ æmulum lactei coloris: caulem cæcidum quaternum cubitorum, in cuius cacumine inest aliquid, quod alij speciem referat: Radix parva bulbosa.

L O C U S.

Plin. Nascitur circa Pheneum, & in Cilene Archadiz.

Q U A L I T A T E S, E T
V I R E S.

Contraheñtis est facultatis. Mitam in modum valet ad vuluæ apertiones, si trita cum Irino vnguento in passõ subijciatur.



PANACE Heracleum, Græcis, *ἑράκλειον ἰσχυρόν*. Arabibus, *Steufir* *flor* *leufir*.
 Italis, *Panace Heracleis*. Huius lachryma, Græcis, *ἑρριπέρα* & Latinis, *Opopanax*.
 Officinis, *Opopanacum*. Italis, *Opopanaco*. Hispanis, *Opopanague*.

PANACE HERACLEVM.



F O R M A.

Folij est asperis ad terram ia-
 cētibus, herbacei coloris, mul-
 tum ad ficulnea accedentibus,
 in ambitu quinq; partito dini-
 sis. caule vt ferulæ altissimo, la-
 nugine quadam canescente.
 folijs etiam minoribus re-
 fertus in uscatijs ceu anethi in
 cacumine: luteis floribus, & fe-
 mine subamari gustus.

Diosc.

L O C V S.

Nascitur in Cyrene Lybie, *idem*.
 & Macedonia.

Q U A L I T A T E S.

Opopanax ipse ad plurimos
 est vius aptissimus, vt potè ex-
 calfaciens, emolliens, digerēs: *Galen. l. 8.*
 exalfacit ordine tertio, & fiet
 secundo. Cortex radicit,
 exicestorium simul & exalfac-
 torium est medicamentum,
 sed minus quàm succus, quin
 & nonnullam habet extergen-
 di facultatem: fructus calidus
 & ipse est, ac mensibus mouen-
 dis accommodum.

V I R E S.

Opopanax conuenit febrium horribus, vuluis, ruptis, laterum doloribus,
 torminibus, & vrinæ stillicidijs: bibitur ex vino aut aqua mulla contra vesicæ
 febriem: Menses trahit, vteri inflationes, duriciasq; ex melle dilutus discutit.
 Vebiadici vtiliter illinitur. carbunculos rumpit: canis densum inditus dolo-
 rem mulcet. Illinitur commodissimè vnà cum pice mistum rabidarum bestia-
 rum motibus: contra radix, subpositaq; partus extrahit: Ad vetera vlcera effi-
 ex est. Ex melle illita nudata ossa carne circumuestit. Semen cum Absinthio
 potum menses pellit, cum aristolochia præstat ad venenoforum animalium i-
 gus: & bibitur in vino contra vuluæ strangulatus.

Diosc.

PANACE: *Asclepium*, Græcis, *πέντακλον ἄσκληπιον*. Italis, *Panace Asclepiæ*.

PANACE ASCLEPIUM.

FORMA.

Diosc. Caulem emittit tenuem,geniculatum, circa quem folia funduntur fœniculo similia, maiora tamen, & hirsutiora, odorata: in cacumine umbella habetur, ubi flores emicant aurei, acris gustus, & odorati. Radix parva est, tenuis, & amara.

LOCVS.

Martli. Provenit in montibus apricis.

QUALITATES.

Galb. Minus est calidum, quàm *fwp. mt.* heracleum.

VIRE S.

Diosc. Flores & semina ex melle illita, contra ulcera, phagedenas, & tubercula auxiliarem vim habent: bibuntur aduersus serpentium morsus ex vino, & illinantur ex oleo.



PANAX

PANAX chironium, Græcis *ωιδραξ*, siue *ωιδραξ χαριςτος*. Italis, *Panace chironis*.
Herbarij: quibusdam flos solis. Germ. *Heyden Nosp.*

PANAX CHIRONIUM SIVE FLOS SOLIS.



FORMA.

Folium habet amaraco si. Diosc.
 mile. flos aureus, radix parua,
 siue tenuis, quæ non alitè de-
 mittitur: gustu acri. Flosau- *Matth.*
 tem solis, quem panacem chi-
 ronium nonnulli faciunt, fur-
 culos mittit ab radice nume-
 rosos, tenues lignososque, in
 quibus folia sunt oblonga bys-
 sopi fetè æmula, cossicomitan-
 ubus minoribus foliolis cu-
 mulatim prodeuntibus: flo-
 rem pentaphylli, aureum, sed
 maiorem. Radicem item li-
 gnosam adstringenti gustu, ni-
 nimè acti.

LOCVS.

Nascitur flos solis in mon- *Matth.*
 tibus, & collibus apicis. Chi- *Diosc.*
 ronium verò panax in Pello
 monte.

FACULTATES.

Panaces chironium, facult- *Gals.*
 tatem Aselepio similem ha- *sup. m.*
 bet.

VIRES.

Pota panacis chironij radix serpentium venenis testitur: illita coma eodem Diosc.
 præstat. Solaris verò floris vis conglutinandis vulneribus ac sanguinis fluxioni *Matth.*
 cohibendæ admodum efficax est. sanar quoque tum oris, tum pudendorum vice-
 ta. Datur quoque viliter ad cruenta spota, & ad dysenteriam, cum radicibus con-
 tritijs. In summa, vbi agglutinare, cohibere, roborare sit opus, ea omnia petin-
 èt præstat, ac omnia sympbitorum genera.

CENSURA.

Falluntur qui solis florem chironium esse panacem putant, cum autem pa-
 naces chironium, Aselepij vires habeat, & exalfaciat, & radicem habeat acrem
 non video cuijs subscribere queam.

* *PANAX chironium minus*, Flos solis minor, Græcis ἡλιόφωρος μικρόφυλλον.

PANAX CHIRONIUM MINUS.

F O R M A.

Non discrepat forma à precedente, sed magnitudinè folia, & foliorum angustia.

L O C U S.

Nascitur in locis incultis apricis, omnemque cultum respuit ut prior.*



* HELL

* *HELIIANTHEMON Peruvianum*. Flos Solis. Sol Indicus. Germanis, Sonnenblum.

HELIIANTHEMON PERUVIANUM.



FORMA.

Semestriam herbarum omnium facile maxima est, si excipias, quæ pedamento egent. Caulis fere brachium æquat crassitudine, pedes vero vicenos longitudine superat. Huic folia lata, ctenata, in mucronem collecta vegeti ad iungunt pediculi. Fastigio infidet esipitulum strobilo simile. Sed rotundius latiusque quod in florem tandem explicatur amplissimum, stellato umbone, folijs oblongis aurei coloris cœu radijs cincto, quæ ubi decidit post se relinquunt semen ordine dispositum in alveolis cœu apum factis.

LOCVS.

Nascitur in Peru & nunc in multis hortis etiam apud nos inuenitur.

QUALITATES.

In secundæ gradus sine calida putatur & sicca in eiusdem principio.

VIRVS.

Multe æstimationis est ad glutinanda vulnera eius gummi & vniversa planta vim diureticam fortica est, atq; ad expellendos calculos efficacem.*

*HELIANTHEMON PERUVIANVM Proliferum.

Differt à priori multitudine
florum. Maximus enim in
fastigio summo flos expansus,
numerosa sobole inferius an-
nata circumdatur, id quod in-
terdum naturæ luxu, inter-
dum industria fieri solet.*



LIGUSTICVM, Græcis, *Αρβόραλο*. Italis, *Ligustica*. Germanorum vulgo, *Wilder Dypama* & *Kostmumich*; alijs *wilder Balgan*.

LIGUSTICVM.



F O R M A.

Calliculam fert anethige- **Diosc.**
 niculatam, tenuem, & in cir-
 cuitu folia fertulæ campanæ
 molliora, odorata propè ver-
 ticem graciliora, & longè ma-
 gis diuisa: in eademine musca-
 rum, in quo semen dependet
 nigrum, solidum, & oblon-
 gum, fœniculo proximum, s-
 cre, & aroma olés. Radix can-
 dida, & odorata, Heraeleotici
 panæis similis.

L O C U S.

Gignitur in altissimis, aspe- **Idem.**
 risq; montibus, ac umbrosis,
 maximè circa fluenta.

Q U A L I T A T E S.

Radix & semen ex genere *Gal. li. 7.*
 excoalfacientium sunt, aded vt *simp. me.*
 urinas cieant, menses pronoc-
 cent, & flatus discutiant.

V I R E S.

Radix, seminisq; vis, excoalfactoria est, & conoquens: prodest ad intesti- **Diosc.**
 nos dolores, & ventriculi inflationes, præstat contra serpentium ictus, urinas
 & menses potu trahit. Idem præstat apposita radix.

LIGUSTICUM alterum, *Italica, Ligustico falso.*

LIGUSTICUM ALTERUM.

FORMA.

Matth.

Caule exi ferulaceo, alis frequentibus, è quibus rami disparibus exeunt intervalis: folijs quinque ex vno petiolo prodeuntibus, per ambitum serratis, Muscarijs fœniculi similibus; semine quoq; simili, sed longiore, crassioreque: Radice nititur vegetiore, exterius subnigra, acuto simul, & subamaro gustu, odoris nō inuicundi.

LOCVS.

Idem.

Gignitur in altis montibus: spricis tractibus.

QUALITATES,
ET VIRES.

Idem.

Radicis & seminis vis ex-calfactoria est: flatus pellit, frige facta viscera inuat, & vrinam mirificè ciet.



PASTINACA domestica, Græcis, Σταφυλίς &c.. Arabib. *Jerar*, *Gezar*, seu *Guzar*, Italis, *Pastinaca domestica*. Germanis, *Pastinay* seu *Pastinachet*. Hispanis, *Casaria* blanda. Gallis, *Pastinades*.

PASTINACA DOMESTICA.



GENERA.

Duum est generum, alterum domesticum, alterum agreste.

FORMA.

Domestica caule erit crasso, Matth. foliis Elaphobosci maioribus, pluribus utrinque ex vno pediculo proceduntibus, terebinthi modo, subsæptis, & per ambirum denticularis, umbellas magnas in summitate gerit, floribus melinis, semine forniculi maiore, acuro, & amarisculo gustu, odoratoq;. Radicem habet crassam, teneram, albam, odoratamq;, non sine adnatis.

LOCVS.

Scitur passim ab olitoribus in hortis, sumiturque frequenter in cibis.

QUALITATES.

Pastinaca satius imbecillior, sylvestris ad omnia potior, sump. me. gentior est; vrinam mouet, & menses prouocat, tum herba quidem tota, tum maximè se-

men & radix. Habet porro etiam absterforium quippiam.

VIRES.

Semen potum vel admotum, menstrua mouet, atque eos iuuat, quos vrinæ difficultas torquet, aut lateris dolor excruciat, aut si aqua cutem subijt. Prodest & serpentium moribus, nam id præsumentes serpentium ictu non affici tradunt. Conceptus adiuuat. Radix vrinam pellit, venerè stimulat, parrus ad mota ei; cir. folia trita, & cum melle imposita, phagedænas vlcerum purgant. Atqui ad hæc omnia sylvestri inefficacior, & in cibo aptior.

PASTINACA sylvestris, Græcis, Σταφυλίνης ἴσχυος. Italis, *Pastinaca silvestris*. Germanis, *Wild Möhren*.

FORMA.

Diosc. Folia habet gingidij latiora subamara, caulem rectum, scabrum, umbellam similem anethi, in qua flores insunt candidi, & in medio purpureum quiddam. Radix illi est dodrantalis digiti crassitudine odorata, quæ cocta manditur. Semē habet pilosum, acre, & odoratum.

Matth.

L O C U S.

Matth. Pronenit campestri, ac læto solo, locis præsertim inculcis, & in collibus amœnis.

Q U A L I T A T E S.

Gal. li. 1. Ad omnia potentior est, quàm fatius, magis enim aperit, & magis abstergit.

V I R E S.

Diosc. Præstat omnia quæ domestica, sed longè quidem valentius operatur.

PASTINACA SYLVESTRIS.



CAROTA, *Italis, Carota, & Carotela.* Germanis, *Rot und weiße Möhren.*

C A R O T A.



G E N E R A.

Duum est generum, alterū *Marth.* radice rubra, alterum alba.

F O R M A.

Folia, caules, rami, umbel- **DIOSE,**
 liz, flores, ac semen, sylvestris
 Pastinacæ per omnia similia
 sunt. Radix in vno genere pur-
 purea, ac cruenta habetur, in
 altero alba, napi ferè similis,
 sapore subdulci, odore nõ in-
 suavi.

L O C U S.

Seruntur ab olitoribus *pas-* **Marth.**
 sim in hortis in ciborum vfa.

Q U A L I T A T E S.

Semen & radices, pares cū *Idem.*
 domestica pastinacæ faculta-
 res habent.

V I R E S.

Non valde distant suis in viribus à domestica Pastinacæ. In cibis sumpta radix
 infusa, & concoctu non aded facilis est. Rubra coquitur in aqua, & deinde tes-
 fellam inciditur, & in acetarijs cum pipere estur. Alba verò rapi, aut napi mo-
 do in carniam lute coquitur.

SESELI Massiliense, Græcis, Σίσυλα. Arabibus, *Sesalios*. Barbatis, *Sifileos*. Officinis, *Siler montanum*. Germanis, *Steinbrech*. Gallis, *Sermontain*.

SESELI MASSILIENSE.

G E N E R A.

DIOSC. Quatuor Sefeli generanumerantur, Massiliense, Creticum, Ethiopicum, Peloponense.

FORMA MASSILIENSIS.

DIOSC. Folia habet fœniculi similia, crassiora tamẽ, caulem vegetiorem, umbellam anethi, in qua semen provenit oblongum, angulosum, degustanti statim acre. Radice gerit longam, jucundi odoris.

L O C U S.

Matth. Nascitur in altis montibus.

Q U A L I T A T E S.

Galen. 8. Radix, atque etiam semen
simp. m. vsq; ad ed excalfacit, vt admodum urinã mouere queat, sed & medicamentum est tenuium partium.



V I R E S.

DIOSC. Semen & Radix potu stranguriæ & orthopneæ medetur, suffocationib; mulierum, & comitialibus prosunt, menses, & partus trahunt; tussim veterem sanant. Semen cum vino potum concoquit, & tormina discutit. Epialis febribus vile, contra perfrictiones in itineribus cum pipere, & vino bibitur. Datur in potu capris, ac cæteris pecudibus, quo facilius suos fetus enitentur.

*SESELI Massiliense nonnullorum. Gallis herbarijs Fœniculum tortuosum vocatum.

SESELI MASSILIENSE
NONNVLLORVM.



FORMA.

Tota ferè candida est herba, folia cinerea sunt, exigua & valde diuisa, flores singuli folijs quinis constant, & coniuicti umbellam purpurascenscẽ efficiunt, radice nititur longa admodum, sapore tamen ignauo præditam. Semen gignit subamarum, calidum manifestè.

LOCVS.

Crescit in agro Monspelulano.

QUALITATES,
ET VIRE.

Nō inepte pro Seseli Massiliense usurpatur.*

SESELI *Æthiopicum*, Græcis, *Σέσλι* *αἰθιοπικόν*. Italis, *Seseli Æthiopicum*.

F O R M A.

DIOSC. Folia habet hederæ maiora, & ad periclymeni modum oblonga. Frutex nigrescit, palmitibus in bina cubita extensis, ramis sesquipedalibus (sive spithamæ longitudine) capitulo anethi, semine tritici modo densò, nigro, amaro, Massiliensi odoratio-re, & acriore, multum suavi.

L O C U S.

Martb. Nascitur in apricis montibus.

Q U A L I T A T E S,
E T V I R E S.

Idem. Nulla qualitatum & virtum cum altero intercedit differentia, nisi quòd cum *Æthiopicum* acrius sit, valentius sua expedit mania.

SESELI *ÆTHIOPICUM*.

* *SESELI* *Aethiopicum* vulgare, Ceruicellum, Ceruaria, Elaphoboscus, Germanis, *Abtj* Hirschwurz.

SESELI *ATHIOPICVM* *VVLGARIS*.

FORMA.



Folia habet oblonga magis quam rotunda, crenata subtus cœsia, annexa pediculis suis vni costæ nervosa infima parte circumdante caulem è radice crassa pilosâque, inrus candida, amari saporis, prodeuntem divisamq; in ramos plurimos umbellas albis floribus sustinentes, è quibus oritur semen cartilagineum, album, amarum.

LOCVS.

Nascitur in frutetis montium.

QUALITATES, ET
VIRES.

Eadem illi ascribunt quidam, quæ Diosc. *Aethiopico* suo. Imprimis veto ad colicos dolores ipsius radix eommen datur.*

Kk

SESELI

SESELI Peloponnesse, Græcis, Σέσλι πελοποννησικόν. Italis, Sesseli Peloponnesse.

SESELI PELOPONNENSE.

FORMA.

DIOSC. Folia mitit cicutæ latiora, & crassiora, caule supra Mafiliensis magnitudinem fernlaceum, & latam in cacumine umbellam, in qua semen latius odoratū & carnosius pendet.

LOCVS.

DIOSC. Naseditur in asperis, riguis, & collibus, & in Ida monte, & etiamnum in Insulis.

QUALITATES, ET
VIRES.

Eadem prestare potest, quæ & cætera genera.



ANISVM, Græcis, *Λνισον*. Mauritanis, *Anisum*, sive *Aureisum*. Italis, *Aniso*, & *Anise*. Germanis, *Anis* & *Enis*. Hispanis, *Matabalua*, & *Terna dulce*. Gallis, *Anis*.

ANISVM.

F O R M A.

Caulem edit rotundum, *Matth.* cubitalem, ramosum, umbellam candidam mellis odore, semen oblongam, incunde odoratum, sapore sanè misto ex dulci, acrisq; ac etiam amarisculo, ad multa utile.

L O C U S.

Scrïtur in campis, hortis, *Diosc.* & viridarijs. Sed optimum *Matth.* est quod in Creta, & *Egypto* nascitur.

Q U A L I T A T E S.

Semen maximè utile est, *Gal. S.* acre, subamarum, ut propè *simp. ace.* adurenrium accedat caliditatem. Est autem in siccando tertij ordinis, sicut in calcificiando. Aperit, concoquit, *Matth.* digerit, incidit, prouocat, & flatu pellit.

V I R E S.

Oris halitum incundiorem facit, doloris leuamentum præstat, urinam ciet, *Diosc.* distendi vim habet. Hydropicis potum, sitim exinguit. Animalium venenis aduertitur. Valet, & ad inflationes. Aluum, & albâ feminarum profuua sistit. Lac ad mammas elicit. Venerem stimulat, capitis dolores leuat, naribus suffitum, cum rosaceo tritum instillatumq; fractis auribus medetur. Inspergitur *Matth.* panibus odoris, saporisq; gratia; Datur tostum cum mentha ad colicacos affectus. Singultum sedat, ram haustum, quàm olfactum; somnum conciliat, & calculos pellit.

CARVM. Græcis, *Καρόν.* Arabibus, *Cerevia, Karavia, seu Carvi.* Italis, *Caro, & Carus.* Germanis, *Watt Kümich, Wiesenkümmel.* Hispanis, *Alcarauca.* Gallis, *Carvi.*

C A R V M.

F O R M A.

Matth. Planta est Pastinacæ sylvestris non abfimilis, caulibus ab una radice pluribus, quadrangulis, cubitalibus, umbellâ floribus candidis referta, semine anili longiore, anguloso, subnigricante, radice longa, sapore amariusculo simul & acri.

L O C U S.

Idem. Nasctur in pratis, & præsertim in montibus, & conuallibus.

Q U A L I T A T E S.

Gal. 7. Cati semel exalfacit, & sic^o
simp. ut. cat tertio quodammodo ordine, moderatè acrem qualitatem possidens. Aperit, incidit, digerit, concoquit, prouocat, & flatu pellit.

V I R E S.

Diosc. Urinam concitat, stomacho vtile, os commendat, concoctionem adiuvat, vtiliter miscetur antidotis: Radix cocta pastinacæ modo manditur. Herba pro olerè estur. Seminis firine admiscetur vtiliter cataplasmaris, quæ ad sugillam parantur.

C E N S U R A.

Ridendus sanè error eorum est, qui rubram carotam, carum legitimum esse contendunt.



ANETHUM, *Græcis, Zoster. Mauritanis, Xebet, Jebet, seu Sebet. Italis, Aneto. Germanis, Dillen seu Hochtraut. Hispanis, Benceldo. Gallis, Anet.*

ANETHUM.

F O R M A.

Adeo ex omni parte feni- *Matth.*
culum æmulatur, vt sæpius le-
gentes fallat, nisi guttur con-
sulant. confurgit itaque caulibus
se squicubitalibus, ramosis,
folijs capillorum speciem
referentibus, floribus luteis,
floret, & umbella fœniculi, Ra-
dice neq; adeo longa: neque
multis subnixa fibris.

L O C U S.

Scitur in hortis ad cibo- *Idem.*
rum obsonia, & in medicum
quoq; vsu.

Q U A L I T A T E S.

Adeo exalfacit, vt haben- *Gal. 6.*
dum sit, aut secundi ordinis in *simp. me.*
tensi, aut tertij remissi, exi-
cantium verò ordinis est se-
cundi incipientis, aut primi
fientis. ideoq; merito in o-
leo decoctum digerit; dolo-
rem sedat, somnum conciliat,

& crudos humores concoquit.

V I R E S.

Anticoma, seminisq; decoctum potu lacuocat, inflationes, & tormina se- *Diosc. 6.*
dat, aluum, vomitionesque sistit, vrinas ciet, singultum leuat, oculorum maciem
hebetat, genituram r etinguit assidue sumptum; vteri affectibus in defensionibus
vtilè est. cremati seminis cinis illitus condylomata tollit.

CYMINVM sativum, Græcis, Κόμινον. Arabibus, *Cumium seu Kumum*. Italis, *Camina*, & *Cimino*. Germanis, *Kümmel*. Hispanis, *Comino*. Gallis, *Comin*.

CYMINVM SATIVVM.

GENERA.

Diosc. Duum est generum, sativum alterum, alterum foliaceum.

FORMA SATIVÆ.

Metb. Erit caule fœniculaceo, folijs quoq; ferè similibus, sed rarioribus, femine in umbella subflavo, cum graepdine quadâ odorato, fœniculi maiore.

LOCVS.

Diosc. Seritur passim in Italia in campis, sed sponte quoq; per se pronenit in Æthiopia, Egypto, Galatia, Cilicia, & Terentia. Tractu gaudet calido, & putrescibili. Quare frequentissimum in maritimis nascitur.

QUALITATES.

Galen. 7. simp. me. Semen qualitatis est excoalfacientis, perinde ac anisi, ligustici, & cæri, ex tertio ordine excoalfacientium.



VIRES.

Diosc. Excoalfacit, adstringit, exiccet. Ad tormina, inflationesq; conuenit coctum, & cum oleo inditum, aut cum hordeacea farina illitum. Orthopnoicis datur in posca: Demorsis à serpe nte in vino. Auxiliatur impositum resuum collectionibus, impositum eum vna passa, aut loliacea farina, ceratove mensium abundantiam inhibet. Contritum in aceto, & naribus obiectum sanguinis profusio sistit, colorem bibentium aut perunciorum mutat in pallorem.

CYMINUM sylvestris, Græcis, Κέμινον ἄγρον. Italis, Comino, seu Cuius salsatico.

CYMINUM SYLVESTRIS.

G E N E R A.

Duosylvestris cumini affi. DIOSC.
gnantur genera, primum, &
secundum.

F O R M A P R I M A.

Frutice assurgit parvo, cau- DIOSC.
te dodrantali, acrenni, qua-
ternis, aut quinis folijs, tenui
bus veluti serratis, & gingidij
divisura. in cacumine capita-
la quina, aut sena habet, mol-
lia, rotunda, in quibus semen
est acerofum gustu satius a-
ctiore.

L O C U S.

Nascitur in collibus, in Ly. DIOSC.
cia, & Galatia Asiæ, atq; Car-
thagine Hispania.

Q U A L I T A T E S.

Calefacit, exiccac, aperit, Matth.
digerit, incidit, resoluit, &
prouocat.

V I R E S.

Bibunt semen ex aqua aduersus tormina, inflationesq;. Item ex vino contra DIOSC.
venenatis bestias. Singultus ex aceto sedat, stomacho vitale quem humor vexat.
Segillatim tollit, si manducatum cum melle, & vna passa illinatur. Idem praestat
viam adiectis ad testium inflammationes.

CYMINVM sylvestre alterum, Græcis, *σίγανον ἀγρον ἕρπον*. Italis, *Cimino s^a batti-
ce secundo*.

CYMINVM SYLVESTRE ALTERVM.

F O R M A.

Diosc. Planta est sativæ non dissimi-
lis, quod à singulis floribus ela-
ta promittit cornicula, in quibus
semen est melanchio simile.

L O C U S.

Metb. Nascitur in collibus apricis.

Q U A L I T A T E S.

Metb. Semen exalfacit, siccatur, aperit, pronocat.

V I R E S.

Diosc. Eporum semen omnium ser-
pentium moribus præsidio est,
calculosis, & ijs qui urinx stilli-
cidio vexantur, aut concretum
sanguinem cum lotio reddunt
auxiliatur. Sed apij semen fer-
nensatum postea bibendum est.



CONSOLIDA Regalis. Italis, *Consolida Reale*, seu *sperone da cavaliere*. Germanis, *Rittersperck*. Gallis, *Pie d'Alouette*, seu *consolida royalle*.

CONSOLIDA REGALIS.



FORMA.

Caulem gerit vnicum, rasmu Matth. lis multis, tenuibus, longis, divinis, sylvestris melanthij modo: Flores edit purpureos cornicularosque, corniculis ipsis sursum spectantibus, semel fert melanthio simile in parvis corniculis, siliquisve conclusam.

L O C U S.

Nascitur plurimum in campis inter segetes. Matth.

QUALITATES,
ET VIRES.

Auxiliatur oculorū Epiphor- Idem. tis, inflammationibusq; per se recens admodum, & eorūdem tumorib; ex melle. Datur quoque iſtericis vtiliter illico à balneo, & ex dulci vino ad vrinæ ardores, calculos elicit, vulnera recentia glutinat, & vlcera sanat.

Kk 5

ΛΜΜΙ,

AMMI, Græcis, *Σμμι*. Arabibus, *Hanschach*. *Anaxaur*. *Nacchar*. *ſeu Nacchara*.
 Officinis, *Auros*. Italis, *Σμμι*. Hispanis, *Σμμι*. Germanis, *Ami*.

F O R M A.

Marb. Canlem emittit fœniculaceam, folijs
 agreſtis paſtinacæ, ſemine in um-
 bellis exili, & cumino minoriore, Ori-
 ganum reſpiciente, odoratum, & acu-
 tum. *

L O C U S.

Idem. Naſcitur in monte Gargano, quod
 Italum eſt, quod verò peregrinum ex
 Alexandria apportatur, Arabicum eſt.

Q U A L I T A T E S.

Gal. li. 6. Maxime eſt utile, facultatis eſt excal-
ſup. me. factoriæ & deſiccatoriæ, tenuium par-
 tium, guſtu ſubamaro, & aeri: & elarū
 eſt, quod & digeratur, & vrinā moneat,
 fuerit autem in calefaciendo, deſiccari
 doque ex ordine tertio intenſo.

V I R E S.

DIOSC. Semen facit ad tormina, vrinæ dif-
 ficultatē, ſerpētium iſtus, ſi cum vi-
 no bibatur. Mēſes prouocat. Miſcetur
 derodentibus cantharidū medicamen-
 tis, vt inde exortis vrinæ difficultatibus reſiſtat: ſuggillata enim melle tollit. co-
 lorem potu aut illitu mutat in pallorem: ſuffitu cum vna paſſa aut reſina vulus
Marb. purgat. Quod ex Alexandria Egypti ad nos confertur, ſteriles prolificas red-
 dit, ſi à purgato prius corpore, ſumatur tritum in pulnere drachmæ pondere
 diebus aliquot continuis mane ex vino merſeo, aut carniū lacte.

G E N S V R A.

Rarò admodum legitimum Ammi in myropolijs habetur.

A M M I.



CORIANDRUM. Græcis, *κλεισθὸν ξυπίαρον*. Mauritanis, *Rusbor*, *Rusbers*, *Kuzbara*, *feu Escilbara*. Italis, *Coriandro* seu *Coriandola*. Germanis, *Coriander*. Hispanis, *Calantra*, seu *Caliandra*. Gallis, *Coriandre*.

CORIANDRUM.



& Rufus.

VIRÆ.

Illius cum pane, & polenta ignib. sicris, & vlcetibus, quæ serpant, medet. Diosc: Erysipelas cū melle, & vna passā restitū inflammationes, carbunculosq; sanat cū saba fresā, strumas, & tubercula discutit, sumptū mentem non sine periculo mouet, quare continuo, & copiosiore vsū abstinendū: succens cū cerula, argentiq; spuma ex rosaceo, & aceto illitus argentes summeq; cutis inflammationes emendat. Semen datur cochlearij mensura vtiliter ad acidos ructus, stomachū corroborat, & caput, defluxionibus ventris accomodē administratur, concoctionem cibi adiuvat. Tritū recentibusq; carnib. aspersum prohibet, ne tam cito vitæis tēpore putrescant. Ex aqua aut potū, celiacos & dysentericos iuuat.

HIERA-

FORMA.

Tenui prouenit caule, sesquicubitali lōgitudine, ramis numerosis, folijs infernē parthenio proximis, quæ verd in caulib. habentur, & tenuiora sunt, & magis diuisa, flores in caulium summitatibus candidant, è quibus racematim oritur semen rotundum, ac striatum. Plāta vicescens grauiter spirat fetido cimicum odore. At semen siccū exuta grauelentia odoratum euadit, & ad multa vtile.

LOCVS.

Nascitur sponte in campis, & inter segetes, seriturq; in campis, & hortis.

QUALITATES.

Ex contrarijs componitur Galen. facultatibus, plurimum habet simp. met. essentia amara, q̄ tenuis partitū est, & terrena, nec parū et humiditatis aqueæ obtinet, q̄ tepentis est facultatis. Habet autē & adstrictionis pauillū. Dioscor. tñ frigida facultatis. Diosc. Coriandrū existimat, cui suffragatur Auicenna, Archigenes,

HIERACIUM, Græcis, *Ἱεράκιον*. Italis, *Hierasio*. Germanis, *Dabbskraut*.

HIERACIUM.

GENERA.

DIOSC. Duo Hieracij recensentur genera, maius, & minus.

FORMA MAIORIS.

Idem. Magnum caulem emittit, asperum, subrubrum, spinosum, canum, folia ex intervalis rarioscule divisa per ambitum soncho similis, luteos flores in oblongis capitulis. *Matth.* Unica nititur radice, recta, lacteo succo pregnante, in summa herba est lactucæ sylvestris similis.

LOCVS.

Matth. Nascitur in campestribus, & collibus incultis locis, & aliquando inter segetes.

QUALITATES.

DIOSC. Vim refrigerandi habet, & modicè substringendi.

Idem. Stomacho æstuanti, inflammationibusque illitum prodest. Succus epomæ ventriculi erosiones mitigat. Herba cum radice illita vibratis à scorpione ictibus auxiliatur. Succus cum lacte mulierum sanat omnia oculorum vitia, ad id edoctis ab accipitre medicis, aiunt enim eos herbam pede scalpere, & emanantem lachrymam in oculos transferre ad nubeculas abstergendas. *Idem* in polca potus, alium citat. In vino verò medetur serpentium ictibus: vrinæ difficultatibus succurrit haustus.

VIRÆ.



HIERACIUM minus, Græcis, *Ἱερῆον*. Italis, *Hieracio minore*. Germanis, *Do-
senkraut*.

HIERACIUM MINUS.

F O R M A.

Herba Cichorio ferè simi-
lis est, sed asperiora ei folia *Matth.*
sunt, cauliculi tenues, viren-
tes, subasperi, in quorum ca-
cumine flores exeunt lutei
cichorea figura, qui mature-
scentes in pappos evadit. Ra-
dix illi multifida tenuisque.

L O C U S.

Nascitur in pratis in cam-
pestribus secus itinera, locis
que incultis. *Matth.*

Q U A L I T A T E S,
E T V I R E S.

Vim suam ad eadem ad que
superior impendit.



A S I V M.

APIVM, Græcis, *Ἐπίπερον κερνίκιον*. Arabibus, *Cherfi*, *Cherfi*, seu *Cherres*. Italis, *Petrofemalo*, sed *Thyfi* à *Petrofello*. Germanis *Peterfilien*, seu *Peterlin*. Hispanis, *Perexil*. Gallis, *Perfil de Jardin*.

APIVM HORTENSE.

FORMA HORTENSIS.

Matth.

Notissima planta vulgare nostrum *Petrofilinum* est: exit enim folijs *Coriandri* æmulis compluribus ex vno ramulo prodeuntibus, per ambitum frequenter laciniatis, sed quæ in caule sunt mutata forma, longa angustaque spectantur. Flores habet exiguos candidantes, & semen *Aniso* simile. Radice nititur digitali, dorso longitudinali, albicante, dura intus matrice, raro diuaticata, quæ carminum iuribus passim incoquitur.

LOCVS.

Idem.

Scitur ubiq; ab olitoribus passim in hortis.

QUALITATES.

Gal. li. 5.

Vsq; aded calidum est, vt vrinam & menses cieat. Flatus quoque discutit, & magis semen quàm herba ipsa.

simp. me.

VIRES.

Diosc.

Illinitur cum panè, aut hordeacea farina vtiliter oculorū inflammationibus, æstuantem stomachū mulcet. Mammarum duriciam ex lacte concreto reprimat: vrinam cieat, sine emdno, siue coctum edatur. Foliosum & radicem decoctum venenorum nosse resistit, cum vomitiones excinet: alium cohibet. Semen vehementius vrinam pellit. Auxiliatur contra serpentium venena, aut epotam argenti spumam. Inflationes discutit. Admissetur medicamentis, quæ dolorum lenamenta præstant. Thoracis quoque & tussis remedijs. Folia concisa, & cum vino, & oleo de scorpionibus in patella seruet facta, pubiq; calida admota remorantem vrinam cient.

Matth.



APIUM palustre, Græcis, *Βασιλανθον*. Mantitanis, *Asaris*. Italis, *Apia*, & *Apia aquatica*. Germanis, *Eppich*, seu *Eppich*. Hispanis, *Percevil daga*, & *Apia*. Gal-
lis, *Perfil de leca*.

APIUM PALUSTRE.



FORMA.

Folia gerit hortensis maiora *Matth.*
ra, solidioraque; caulem quo-
que vegetiorem, odore etiam
acutiore, grauioreve, & qui es-
pnt feriat. Radice tamen, flo-
ribus, & semine ferè similibus.

LOCVS.

Pronnit palustribus, & v- *Idem*.
lignosis locis, & feritur quo-
que in hortis.

QUALITATES,
ET VIRE.

Eadem illi sunt vites, quæ *Diosc.*
hortensi inesse diximus.

PETROSELINUM Macedonicum, Græcis, Περσφόρος. Italis, Petrofilius Ma-
cedonico. Etruscis, Petrofello Macedonico.

PETROSELINUM MACEDONICUM.

FORMA.

DIOSC. Planta est ramosa, vulgari
Matth. petroselino folijs pinnatis, cau-
le crasso, frequentibus alarum
cauratis, floribus albis, se-
mine ammi simile, odoratio-
re, sapore acri, & amaro, aro-
ma olente.

LOCVS.

Gal. li. 1. Provenit optimum in Ma-
sup. me. cedonia in præruptis locis.
Et lib. de Nascurt & in Epiro, & Cicia
anti. dibus insulis, seritur etiã nũc
Matth. in hortis in Italia.

QUALITATES.

Gal. li. 1. Semẽ maximè vsui est, cum
sup. me. tota etiam herba, vnã cum ra-
dice similem, sed imbecillio-
rem facultatem fortiaur. Est
autem vt gustu acri cum ama-
ritudine, sic & in operibus ea-
lidum, vnã cum incidendi ef-
fectu. Fuerit itaq; ipsam ter-
tij ordinis, cũ calefacientium,
tum exiccantium.



VIRES.

DIOSC. Semen urinam cit, & mensura. Prodest contra stomachi, & coli inflationes.
Laterum, renum, & vesicæ doloribus in potu subueniat admiscetur antidoci-
rinam cientibus & in theriacis.

LEVISTICVM vulgare, Græcis, *ἰσσηδάριον*. Italis, *Leustico*. Germanis, *Leustichel*. Gallis, *Ache*, & *Achelarge*.

LEVISTICVM VULGARE, SEV
HIPPOSELINVM.



F O R M A.

Caulibus exit crassis bicaulibus, fruticosisque, ramis multis, multisque alarum canitibus, folijs palmatis apij, sed longè maiotibus, muscarijs in cacumine grandioribus, albis refertis floribus, semine oblongo fœniculi maiore, tota planta grauter olet.

L O C U S.

Scratur in hortis. *Idem.*

Q U A L I T A T E S.

Excalfacit, & siccat ordine *Idem*. tertio, quo fit, ut aperire, incidere, digerere, & prouocare valenter possit: perinde ac cetera selinorum genera.

V I R E S.

Ea omnia prestare valet, *Idem*. quæ de palustri apio dicta sunt: sed eo imbecillius est.

A P P E N D I X.

Tamet vulgare Levisticum Hipposelinum legitimum non sit, quod conuenienter, & semine illi non respondeat, cum tamen ceteris selinis grandius sit, & uelut sic simile, nemo nobis facessere debet, si hanc plantam Hipposelinum appellauimus.

SMYRNIVM, Græcis, *Σμύριον*, Latinis, *Olivastrium*, Arabibus, *Smirnia*. Italis, *Smirnia*, seu *Macerone*. Hispanis, *Apio Macedonico*. Gallis, *Maceron*.

S M Y R N I V M.

F O R M A.

DIOSC. Caulem habet, & stolonēs multos, foliatiōra; subpinguis, robusta, ad terram infracta, odore medicato, cum quadam acrimonia iucundo. colore in lateum laesque fecere. capitibus caulium orbiculatis ut anethi. semine brassicæ rotundo, nigro, acri, myrrhæ sapore, ita ut alterum alterius loco cedat. Radix quoque odorata, gustu acri, fauces mordet, succosa, mollis. cortex eius foris niger, intus viridis, sut subalbidus.

L O C U S.

Idem. Nasciur in saxosis, & colibus, atque squallidis, & limitibus, terrenis. Aceriam in hortis feritur.

Q U A L I T A T E S.

Gal. B. P. Ex eodem genere & ipsam cum apio est, & petroselinum: fueritque apio calidius, petroselino vero imbecillius, calidum siccumque tertio ordine.

V I R E S.

DIOSC. Folijs in muria maceratis ad obsonia vranur, alium sistunt. Radix potest præstare aduersus serpentium ictus, tussēs, & Orthopneas mitigat, vix difficultati medetur: illita recens tumores, collectiones duritiasque disciuit. vulnera ad cicatricem perducit. partus abortu virjar, si serues facta subijciatur, semen lienis, renam, & vesicæ vitij prodest. Menses, & secundas pellit. Commodè datur Ischiadicis in vino. Inflationes stomachi lenit, sudores ciet, & rictus. Peculiariter datur hydropicis in potu, & contra febrium circuitus.



SMYRNIUM Creticum, Italis, *Smyrnis di Candia.*

SMYRNIUM. CRETICUM.

FORMA.



Folia fert nostrate *Smyr- Matth.*
 nio crassiora, quina ab vno
 pediculo excurrentia, & per am-
 bitum serrata, præter quàm
 in altera parte propè pedicu-
 lum, quo in loco succisa spe-
 ctantur. Longè autem diuer-
 sa habentur, quæ in caule sunt.
 Ea enim rotunda visuntur,
 caulibus per medium transe-
 untibus perfoliate vocatæ
 modo. nullis in ambitu den-
 ticulis. Caulem edit firmum,
 striatum, & subter folia geni-
 culatum. Umbellas in sum-
 mis caulibus gerit, floribus
 aspicantibus, semine rotun-
 do, anguloso, & in acutum
 desinente, sapore acuto, &
 amariusculo. * Radix est prio-
 ris *Smyrni* sed minor.*

LOCVS.

Nascitur in Creta Insula, & *Idem.*
 feritur nunc in Italia.

Q U A L I T A T E S,
 E T V I R E S.

Non differt suis in qualitatibus, & viribus ab Italico *Smyrnio.*

Idem.

IMPERATORIA, Italis, *Imperatoria*. Germanis, *Weißwurde*. Officinis Germanorum, *Magiftrantia*. Gallis, *Otruche*, seu *Imperatorie*.

IMPERATORIA.

FORMA.

Matth.

Folijs erit Sphondylii, minoribus tamen, solo acenbanibus, robustis, hirsutis, asperisque: caule bicubitali, purpurascente, rotundo, hirsutoque, in cuius cacumine umbella floribus candidis ornatur, è quibus postea semen prodit acutum, ac odoratum. Radix inest ei non longa, medioeriter crassa, rugosa, dura, que foris nigricat, intus verò virescit, gulta admodum acris, mordax, subamara, & odorata.

LOCVS.

Idem.

Nascitur in altis montibus.

QUALITATES.

Idem.

Excelsificat ordine tertio completo, aut quarto inchoante. Incidit, trahit, aperit, digerit, attenuat, prouocat, resoluit, venena dissipat. Zedoirique facultatibus pollet.

Idem.

Discutit mirificè tum intestinorum, tum ventriculi flatus. Citius mens, etq; urinam. Fouentur eius decocto vtiliter in dolore dentes, præsertim si in vino austero radix decoquatur. Eadem ex vino pota vteri stragulationibus prædestinatus conceptus adiuvat, quos frigiditas inirecipit, concoctionem roborat. Comenducata cerebri pituitam trahit. Pulvis radicis ex saluiz decocto haustus, auxiliatur resolutis, comitialibus, veteriosis, conuulsisq;. Oris halitum comendat, & omnes roborat sensus. Præstat ferè ad venena omnia, omniumque venenosarum ferarum morsus, ac ictus. Asthmaticos, anhelosq; iuuat, obstructions aperit. Hydropicos, ac lienosos curat. In summa excelsificat vniuersas corporis partes, quas frigus occupat.

VIRES.



* IMPERATORIA Alpina, vel Astrantia Alpina. Germanis, *Wegstrecke*.

IMPERATORIA ALPINA.

FORMA.

Minor est quam præcedens, omnibus suis partibus, nam & angustiora folia & pedicillos tenetiores profert ex radice non absimili nostræ Imperatoricæ, & æquali etiam, gustu aciori & magis virente.

LOCVS.

Prouenit in alpihus apud Helucios.

QUALITATES.

Calida est & sicca, vt vulgaris Imperatoricæ, qua superior esse facultatibus omnibus videtur, & ad agendum promptior.

VIRES.

Vtuntur hac planta ad quartanas, partus etuendos, colicisq; dolores sedandos, id quod vulgaris nostræ quoq; præstare potest.*

Ll 3

FOENI-



& cerebrum expurgandum, flatu discutendos, colicisq; dolores sedandos, id quod vulgaris nostræ quoq; præstare potest.*

FOENICVLVM, Græcis, Μέγαν *ῥίζον*. Arabibus, *Rainigi*. Italis, *Fenocchio*. Germanis, *Fenchel*. Hispanis, *Hinois*, *ſive Fuenco*. Gallis, *Fenil*.

F O E N I C V L V M.

F O R M A.

Math.

Caulem edit anethi, ſed craſſiore, nec proceriorem, ſtriatum, geniculatumque, folijs numerosis, capillaceis, cauſis alarum multis. Umbellis cacumina occupantibus, anethi æmulis, melinis floribus, & ſemine oblongo, gultu ſcuto, quadam cum leuiſcula amaritudine, odorato. In quodam verd genere horris Italicis familiaritate, ſemen dulce percipitur, & craſſiori quoque mole ſpectatur. Radice nititur longa, digitali craſſitudine, ſcuto, ac amariſculo ſapore, cum dulcedine quadam.



L O C U S.

Idem.

ſeritur in hortis, vineis, & apricis locis.

Q U A L I T A T E S.

Gale. 7.
ſimp. ant.

Tam valenter excaſſat, vt ex tertio excaſſacientium ordine cenſeri poſſit, deſiccatur verd non æquè. Sed ipſam quiſpiam in hoc primi eſſe ordinis poſuerit: ſylueſtris verd cum ſemen, tum radix, valentius calefacit, & ſiccatur.

V I R E S.

DROSE.

Herba deuorata, aut ſemen cum Piſana potum mammas lacte replet: coxæ decoctum in renum doloribus inſuſum prodeſt. Bibitur ex vino contra ſerpentium ictus. Menſes ciet, contrix radices, & cum melle illix eant morſibus medentur: Succus caulium, & foliorum præſtat inſtillatam ad curandam oculorum aciem. Erratici autem potæ ſtranguriæ medentur. Menſes ſuppoſitæ ciet, aluum ſilunt. Radice, aut ſemine potu calculos committit, regium morbum expurgat, lactis abundantiam facit. Decoctum ſoliorum hauſtum puerperas purgat.

DAUCUM, Græcis, Δαύκων. Mauritanis, *Duca Glezar, sine Glezar.* Italis, *Dauca.* Germanis, *Wermuth.* Hispanis, *Danco.* Gallis, *Carote fœnugres.*

D A U C U M.



difficultatem obtinet, ac proinde etiam extenuandi. Ceterè radix præter iam comprehensa flatuosum quiddam obtinet, ac venereum. Id quod Domestici quoq; semen præstare potest.

V I R E S.

Creticum omnium probatissimum. Semen omnium potum urinas, & in-
 tes, sty, partes extrahit. Tonniribus liberat, veterem tussim mitigat. Ex vino
 potum auxiliatur Phalangiorum ictibus, tumores illitu discutit, crenici pecu-
 lianter radix maximè præstat contra venenatorum ictus ex vino pota.

G E N E R A.

Trium est generum, Cre- DIOSC.
 ticum, Aliud Apio simile, &
 Tertium Coriandro.

F O R M A C R E -
T I C I.

Creticum folijs est foenic- DIOSC.
 lo simile, minoribus tamen,
 & tennioribus, caule dodran-
 tali, umbella coriandri, flore
 albo, candido, hirsuto, sua-
 uissimi manducando odoris.
 Radix digitali crassitudine, & *Matth.*
 dodrantali longitudine ado-
 lescit.

L O C U S.

In saxosis nascitur, & locis DIOSC.
 sole illustratis.

Q U A L I T A T E S.

Agrestis quidem domesti- *Gal. 6.*
 co minus est esui idoneus. *sin. med.*
 Creticum in omnibus vehe-
 mentior. At domesticus co-
 mestibilis quidem sed imbe-
 cillior. Aerem & calefacien-

* DAUCVS CRETICVS.

FORMA.

Quæ apud nos habetur pro Daucæ Cretico, planta est folijs ferè fœniculi, nigrioribus & minoribus, semine oblongo acuminato subalbido hirsuto aromatiçi saporis cum manditur & odorato. Flores in summisste cauliculorum palmi altitudinem raro excedentium, nisi soli luxuria adiuuentur, umbellam candidam constituunt. Radice niritur crassa, & longa.

LOCVS.

In montibus Vicentinis hic Daucus plurimus provenit.

FACULTATES.

Huc refer quæ suo ascribit Autor, nam figura non difert à vero Cretico qui ad nos afferri solet, viribus tantum eo paulo inferior. *



DAUCVS

DAUCVM alterum, Græcis, Δαίον ἄγρον. Italis, *Dauco d' altra specie*. Germanis, *Schwart Dirschwurt*.

DAUCVM ALTERVM.

FORMA.

Folijs est coriandri, floribus in umbella albis, capite, & semine anethi, muscario pastinacæ, semine oblongo ceu cumini, acri. Radice pastinacæ sylvestris, superiore parte villosa.

LOCVS.

Nascitur in matitimis, pro-montorijis, & montibus, & collibus.

QUALITATES,
ET VIRES.

Viribus ipsdem refertus est, quibus & Creticum, sed non adeo efficacibus.



L I S S E N A,

SENA, posterioribus Græcis, *Sina*. Arabibus, *Sena*. Italis, *Sena*. Germanis, *Emet. Gallis, Sene*.

FORMA.

SENA.

Metz.

Folij est Glycyrrhizæ proximis, crassis, subpinguibus, fabarum recentid sapore, caule cubitali, à quo ramuli exeunt flexiles. Flores ei emicant aurei, veluti brassicæ, purpureis intercurrentibus vendis, quibus succedunt folliculi falcati, adeoq; sui natura cōpressi, ut superior membrana inferiori cohaereat, in quib. semē continetur subinscens, vinaceorum nucleis simile. Folliculi è ramisculis prominēt tenui pedicelo nitentes. Planta est frigoris impatiens.

LOCVS.

Idem.

Setitur in Hetruria, in agro præsertim Florentino in campis.

QUALITATES.

Idem.

Aperit, aliam citat, digerit, concoquit, exsiccit, attenuat.

VIRES.

*Idem.**Mesue.*

Educit bilem tum atram, tum flammam, ac etiã pituitam, quod sanè experientia comprobatur. Mundat cerebrum, iecur, lienem, pulmonem, atque omnis corporis sensus, viscerum obstructiones aperit. Auger iuventutem, seniumq; terat, & animum hilarem facit. folia in capitis perfusionibus vtiliter decoquantur, ad dita præsertim Anthemide. Roborat enim hoc modo cerebrum, nervos, oculorum aciem, & auditoriam facultatem. Optima demum in vniuersam est Medicina morbis omnibus diuturnis, & melancholicis. Ideoq; delirij, amentie, resolutioni neruorum, phthiriasi, cephalalgia, scabiei, pustulis, pruritu, & Epilepsia. Cor etiam roborat præsertim vbi eis commisceantur medicamentis, quæ ad cordis affectus sunt idonea. Est præterea Sena clemens, & nullius incommodi medicamentum, adeo ut tuto dari possit cum poenis zate tenellis, tum etiam vterogentibus. Fit ex folijs vniuersi vindemix tempore, quod ea omnia præstat potum.

Metz.

* *SENA Alexandrina, Gallis, Sene de Lemant. Hispanis, Sen de Alexandria.*

SENA ALEXANDRINA.



FORMA.

Oblongiora & in acumen
vergentia habet folia, omni-
bus suis partibus tenerior est
vulgari.

LOCYS.

Ex Alexandria Egypti ad
nos conuehitur.

FACULTATES.

Valentius præstat ea vni-
uersâ quæ vulgo vîitata. *

COLLY-

COLLYTIA, Græcis, Κολυτρία. Italis, Colutea. Germanis, Eschaffinthe.

• C O L L Y T I A .

F O R M A .

Theopb.
lib. 3. c. 11.

Arbor est magnitudine præstans, fructum in Siliqua ferens magnitudine lentis, quo oves mirum in modum pinguescunt; Follum habet non absimile fœnogræco.

L O C U S .

Marth

Nascitur plurima sponte in Ananiensium, & Tridentinorum agro.

Q U A L I T A T E S ,
E T V I R E S .

Idem.


Semen potum vomitiones ciet, perinde ac genistræ, & alium quoque citat, non sine incommodo tamen, quam pecudibus nihil tale efficiat.



*COLT-

*COLUTEA Scorpioides. Græcis, Καλλιούρα σκορπιούδης.

F O R M A.



Sic vocata est hæc planta, quoniam folio colutæ & pene flore proueniat. Caule quoque lignoso simili eidem sed gracilliore, siliquis uero Scorpioidi perquam respondentes. Radix buxæ subdulcis amaritudinem habet admixtam, ingrato sapore.

L O C U S.

Nascitur in syluis, & prope fluminum carpidines. Inuenitur etiam in montibus.

Q U A L I T A T E S.

Gustata astringit, & linguæ vitæ.*

P Y R E.

PYRETHRUM, Græcis, Πύρεθρον. Arabibus, *Matbarcaraba*; seu *Hacharchari*.
Italis, *Piretra*. Germanis, *Weytram*. Hispanis, *Pelitre*. Gallis, *Pyrethre*.

PYRETHRUM VERVM.

F O R M A.

DIOSC. Folia eandemq; mittit perinde ac fylvestre daucum & feniculum, umbellam autem circinnate rotunditatis. Radicem longam pollicis crassitudine, feruidissimo gultu.

L O C U S.

Matth. Prouenit in montibus.

Q U A L I T A T E S.

Gal. lib. 8. *simp. m.* Pyrethri radicem potissime vrimur, causticam, vrentemve facultatem obtinente, qua vtiq; dentium refrigeratorum dolores lenit; & ad rigores ante periodos ex oleo conficitur.

V I R E S.

DIOSC. Manu piruinam elicit, idem in dentium dolore cocta in aceto, & colluto inde ore auxiliatur. sudores ciet peransilla ex oleo corpori, diurnis horroribus efficax est, stupidis quoque refoletis mirifice confert.



PYRETHRUM alterum, seu PseudoPyrethrum. Italis, *Piretro secundo*, sine
Piretro falso. Germ. Gemein Vertram.

PYRETHRUM ALTERUM.

FORMA.

Folia fert Libanotidis, seu Matthi-
 Anchemidis crassiora, cau-
 lem ramosum, foliosumque,
 florem maioris Bellis gradio-
 rem, coloré intus aureo, &
 per ambitum candido, Radi-
 cem pollice crassiorem, mul-
 titudamque.

LOCVS.

Nascitur in Boeotiz mon-
 tibus, ac etiam inibi in hortis
 seritur.

QUALITATES.

Radix vrentis est facultas
 ris, quadam cum leuicula ama-
 ritudine. Ideoque fuerit ex
 quarto exalfacientium or-
 dine.

VIRES.

Et si vitibus videtur altero infirmioribus, potest tamen eius vicem com-
 modi explere.

ROSMA.



ROSMARINUM, Libanotis. Græcis, *Asperum*. Mauritanis, *Xaier alacim*.
Alpinasfach, seu Cachola. Italis, *Rosmarina*.

G E N E R A.

DIOSC. Duo eius habentur genera, vnum fecundum, quod duplex est, alterum sterile.

F O R M A.

DIOSC. Folia habet ferniculi, crassiora, & latiora in rotæ speciei humi sparsa, iucundè olentia, caulè cubitalem aut maiorè, multis concavum alis. In cacumine umbellam, in qua semen copiosum, candidum, Sphondylion simile, acre, resinaceum, & quod in mandendo linguam exurat. Radix Thus redolet, candida, prægrandis. Alterè omnino cõsimile. Semen ferens latum nigrū, vti Sphondylion, odoratū minimè exurès. Radice foris nigra, intrus si frangatur alba. Quod autem sterile dicitur, illorum planè similitudinè refert, sed neq; caulè, neq; florem neq; semen profert.

L O C U S.

DIOSC. Nascitur in saxosis & asperis.

Q U A L I T A T E S.

Galen. 3. Omnes eiusdem sunt facultatis, emollientis, & digerentis, abstergentis, & incidentis.

V I R E S.

DIOSC. Trita omnium herba communiter hæmorrhoidum profluvia sistit, sedis inflammationes, & condylomata mirigat. Cõcoquit strumas, & abscessus, qui ad maturationem agrè perduntur. Sicca radices cū melle vlcera purgant cum vino potè tot minibus edètur, & serpentium morsibus opè ferunt. Urinas cient, & menses. Veteres tumores illitu discutunt. Sucus cum herbæ, tum etiam radicis, ex melle illitus oculos exacuit. Idè præstat epotū semè. Valet ad comitales, diuturnaq; pectoris vitia. Datur cõmodè Ictericis cū vino, & pipere. Soteres mouet ex oleo perunctū. Illinitur podagris cū aceto, & Loliacea farina. Vitilignes purgat, addito quâ acerrimo aceto. Semine secundi generis vitæ, nam primi quod cachrym appellant, sua acrimonia arteriam exasperat.



ROSMARINUM coronarium, Græcis, *Asfaronē coronarionē*. Arabibus, *Elhageher*. Italis, *Rosmarino coronario*. Hetruscis, *Ramurino*. Germanis, *Rosmarin*. Hispanis, *Romero*. Gallis, *Rosmarin*.

ROSMARINUM CORONARIUM

FORMA.

Rosmarinū, quo coronatij **DIOSC.** utitur, ramos mittit tenues, & circa eos folia oblonga, angusta, densa, subter incana, superne viridia, & odorata. Flo- *Matth.* ret bis in anno, vere videlicet & Autumno, floribus odoratis, in purpura albicantibus.

L O C U S.

Nascitur sponte nonnullis in *Matth.* regionibus, utpote in provincia Narbonēsi, & fertur passim in hortis, & viridarijs.

Q U A L I T A T E S.

Excalfacit, attenuat, dige- *idem.* rit, resoluit, aperit, roborat, incidit, abstergit.

V I R E S.

Ictericos sanat, si decoctum **DIOSC.** eius ante exercitationes bibatur. Prodest ad frigidos ven- *Matth.* triculi affectus, ad coliacas passiones, & vomitum cibi, si cum pane deuoretur, sur sicci pulvis ex vino meraco bibatur. Prodest tum lienosis, tum iocinetosis, non solum enim vasorum infarctus expedit,

sed sua adstringenti vi etiam roborat. Valet ad capitis defluxiones, ac etiam ad eius frigidos morbos, ne tunc ad comitiales, stupidos, veterinosos, resolutosq;. Adde vuliter in capitis loricibus, & articulorum fomentis. Cohibet alba vni profusiva diutius sumptum, visum acuit, si eius folia, & flores cum pane, & sale dum flores quotidie edantur. Mansum oris halitum commendat. Sistit pignarum, & dentium fluxiones, in aceto, & vino austero feruifacitum, ubi hoc decocto calido os colluatur. Sicci farina inspersa, vulnera glutinat, quæ prius vino, in quo decoctum fuerit, fuerint elota. Parantur è virgibus dentiscalpia, & carbonēs ad picturas delineandas. Flores saccharo assuetuati valent ad omnia prædicta. Præstat etiam admodum in obsoniorum vſu.



ROSMARINUM sylvestre, Ital. *Rosmarino salvatico*. Germ. *Wild Rosmarin*.

ROSMARINUM SYLVESTRE.

F O R M A.

Matth. Crescit hæc planta cubitali altitudine, fruticosa, virgis tenuibus, lignosis, rufescentibus, fragili tamè materie. Folia in his erumpunt numerosa, coronarij rosmarini æmula. prona parte viridia, supina verò rufescentia, rubroque nitentia pediculo. In surculotù summitatibus corymbacea coma visitur rubro colore, è qua flores prodeunt sublutei. Radice est infirma, & superuacua, planta est odorata.

L O C U S.

Idem. Nascitur in Boemia, & Polonia viginosis locis.

Q U A L I T A T E S.

Idem. Excalfacit, attenuat, aperit, roborat, concoquit, resoluit, incidit, & digerit.



V I R E S.

Idem. Præfertur Boemis contra tineas, & blattas, quæ vestes lacerrant, quare ijs interponunt. Sed ad ea omnia efficax est, ad quæ coronarium Rosmarinum præstare diximus, præterquam ad ciborum condimenta.

*ROSMARINVM sylvestre minus.

F O R M A.

Multo minor & tenerior est priore, lignosis atque tenuibus virgis ultra palmi altitudinem paululum assurgēs, vel ad plurimum dodrantem æquans. Folia acuminatiora sunt, & inferiore parte cæsa. In surculorum summitatibus flosculi prodeunt rubelli, è quibus semen, prioris plantæ femini simile. Olor ipsius vix percipi potest.

L O C V S.

Nascitur in Borussia in sylvis umbrosis vliginose solo prope priorem, quæ ibi humanam staturam pene superat.*



Mm 2

SPHONDY.

SPHONDYLIVM, Græcis, Σφονδύλιον. Italis, Sfondilio. Germ. Sventlitz.

S P H O N D Y L I V M.

F O R M A.

Diosc. Folia quadam tenuis platani, & panacis habet, caules forniculaceos, cubitales, aut maiores, in quorum cacumine semen duplex, fœfeli simile, sed larius, candidius, & magis paleaceum, grauis odoris, flores eius albi, aut pallêtes. Radice Raphani candida.

L O C U S.

Idem. Nasçitur in palustribus, & aquis.

Q U A L I T A T E S.

Galen. 1. Semen acre est, & siccantis simp. m. facultatis, & radix nimirum similis est.

V I R E S.

Diosc. Epotum semen pituitam per alium extrahit. Medetur iocin oris vitijis, regio morbo, comitialibus, orthopnoicis, vteri strangulationibus, & veterinosos suffragiuoças. Infunditur commodè cum oleo capitis lethargicorum. Item capitis doloribus, cum ruta illicitum serpentina vlcera cohibet. Radix eadem præter peculiariter autem circumfusa & infecta callos fistularum derodit. Recensium florum succus infunditur purulentis auribus.



FERULA, Græcis, Νάρθηξ. Italis, Ferola. Hispanis, Canabœia. Gallis, Ferule.

F E R U L A.



F O R M A.

Ferula grandis admodum Theophr. surgit, unico tantum caule ac fl. 6. ca. 2. geniculato, folia, & cauliculi de his. quidam erumpunt, ac alter plantarum exeunt folia, quæ grandia, mollia, multibunda sunt, adeo ut capillamenti modò ferè spectètur, præsertim quæ tetra proxima sunt. Flos melius, semen obscurum, anetho simile sed maius. Finditur cacumine, & in stipites haud magnos disperditur, quibus flos, semenq; insidet. Annuo caule constat. Radice altè descendit, eademq; singulari innititur.

L O C U S.

Astuosis nascitur locis, quare Apulix solam maximè ferularum est ferax. *Matth.*

Q U A L I T A T E S.

Ferulæ semen excalfacit, & Galen. 2. attenuat. At interna eius pars simp. m. recens adhuc, quam medullam vocant, adstringenti pollet facultate.

V I R E S.

Eivindi caule medulla pota valet ad cruentas excretiones. Datur ex vino DIOSC. contra viperarum morsus. Erumpentem è naribus sanguinem indira sistit. Semen potum torminosis auxiliatur, sudores ciet uncto ex oleo corpore. Caulis si edantur capitis dolores faciunt. Afinis gratissima: sunt in pabulo ferula, cæteris verò in mentis præsentaneo veneno. Murensis infestissima ferula est, tæx siquidem ea moriantur. *Plin.*

PEUCEDANVM, Græcis, Πευκεδάριον. Arabib, Herbatum. Italis, Peucedano Germanis, Darrstrang.

P E U C E D A N V M.

F O R M A.

Diosc. Canem emittit tendem, gracilentum, fœniculo similem, comam habet statim à terra copiosam, spissamq; flore luteo. Radice nigra, crassa, succosa, graui odore.

L O C V S.

Marrh. Prouenit in montibus.

Q U A L I T A T E S.

Galen. l. simp. me. Peucedani radice quidem maximè, sed & succo, & liquore utimur. Sunt enim hæc omnia eiusdem specie facultatis, sed valèrior succus admodum exalfaciens, & digerès, incidit quoque, & extenuat.

V I R E S.

Diosc. Ex aceto, & rosaceo illitum veteruosis, phreneticis, comitialibus, & diuturnis capitis doloribus, resolaris, ischiadicis, conuulsis, & omnibus in vniuersum neruorum vitijs ex oleo, & aceto illitum prodest, eius olfactu respitant vulua strangularis, & veruerosi reuocantur. Incentum serpentes abigit. Aurium doloribus conuenièter ex rosaceo instillatur. Dentium dolorem mulcet eorum canis indium. Contra tussim efficacissimè ex ouo assumitur, suspirijs, cotminibus, & infationibus subuenit. Ventrem leuiter emollit. Lienem absumit, difficiles partus mirè adiuuat. Facit ad vesicæ cruciatus, & renum distentiones ponum, vulua aperit. Radix ad eadè utilis est, sed inefficacior. Farina eius sordida vlcera purgat, & vetera cicatrice obducit, squamas ossium detrahit.



MELANTHIUM, sine Git. Græcis, Μακρόλιν. Mauritanis, *Zanin*, *Sunio*, seu *Zanici*. Italis, *Melanthis*, seu *Niella*. Germ. *Schwarz Kummel* / seu *Schwarz Gerander*. Hispanis, *Negulla*, & *Alpiure*. Gallis, *Barbue peyurette*, seu *Niella*. Officinas, *Nigella*.

MELANTHIUM SATIVUM.



GENERA.

Duqm est generum, *Linnaeus*, *Matth.* & *Sylvestre*, quod duorum pariter generum est.

FORMA SATIVI.

Surculis exit exilibus, cubi- Diosc.
talibus, folijs Senecionis, sed Matth.
magis diuisis. Floribus in ca-
cumine ceruleis, & in stellæ
modum radiantibus, è quibus
capitula oriuntur parua, ob-
longa, pluribus coronata api-
cibus in internam partem re-
flexis, intercurfantibus intus
mêbranis, ut in papauctis ca-
pitibus. Semen intus ètinetur
paruum, nigrum, & quandoq;
substantum, odore erimio, sapo-
re amatiuofculo, simul & acu-
to.

LOCVS.

Scratur in hortis.

Idem.

QUALITATES.

Excalfacitatq; deſiccet or- Galen. 7.
dine tertio, videtur et tenuiū ſimp. ma.
eſſe partium, in ſumma vbi in-
ciſione, extenſione, deſiccatio-
ne, & excalfactione eſt opus,
preſtantiffimū id remediū eſt.

VIRE.

Illam fronti capitis doloribus labuenit, diſſentit recentes oculorum ſuſſu- Diosc.
ſiones, tritum, & naribus inſutum, cum aceto illitū lepras, lentiginis, duritias,
tumoresq; vetuſtos tollit, citreſcarificatos elauos excutit, eū veteri urina im-
poſitum, teretes vetricis tineas expellit, peruncto ex aqua umbilico. Deſtillatione
laborantes adimuar tritū in linteo, & oſſectum, urina, & menſtrua ceteri, mul-
tis diebus ſumptum, & lac extrahit. Ex vino potum aufert ſpirandi difficulta-
tem. Incauſum ſerpentes ſugat, & phalangiorum ictibus auxiliatur.

MELANTHIUM sylvestre, Græcis, *Μελάνθιον άγρον*. Italis, *Melanthis salutaris*, & *Niella salutaris*.

MELANTHIUM SYLVESTRE.

F O R M A.

Matth. Folijs exit sativo tenuiori-
bus, multifidis, & capillaceis,
caulibus ferè similib^s, quem-
admodum & floribus, capita-
la gerit sativo maiora, sed fa-
cie haud longè dissimilia, se-
mine incus nigro, acuto, ama-
riusculo, & odorato.

L O C U S.

Idem. Naseditur in campestribus,
in incolis præsertim agris:

Q U A L I T A T E S.

Idem. Semen exalfacit, incidit,
aperit, attenuat, extergit.

V I R E S.


Idem. Ad omnia efficax habetur,
perinde ac fativum.



MELAN-

MELANTHIUM sylvestre alterum, Italis, *Melansbio salustico secondo*. Germanis, *Wilder Schwarer Kummel / Hornkummel*.

MELANTHIUM SYLVE-
STRE ALTERUM.



FORMA.

Nullis prorsus foliorum, *Matth.* caulium, ac florum notis ab altero differt. Solùm itaque capitula disparia sunt. In hoc enim genere longiora sunt, & in quinque serve dinaricata cornibus.

LOCVS.

Nascitur in inculto solo, *Idem.* & in agris.

FACULTATES,
ET VIRES.

Praestat eadem, quae alte- *Idem.* rum.

PSEUDO-Melanthium, Italis, *Melanthio falso*, *Rosola*, seu *Gittone*. Germanicis, *Kornneglin*, *Naden*.

PSEUDOMELANTHIVM.

FORMA.

Matth.

Caulem edit bicubitalem, pilosum, in quo vtrinque per intervalla bina exeunt folia oblonga, hirsutaque. In cacumine flores exeunt purpurei, roseique. Semen in calycibus oblongis concluditur, nigrum, melanthio simile, sed amarum, nulloque odore præditum.

LOCVS.

Idem.

Nascitur in arvis inter segetes.

FACULTATES.

Idem.

Excalfacit, attenuat, aperit, abstergit, & resolvit.

VIRES.

Idem.

Farina eius melle excepta, & illita, lentigines, alphas, & cæteras cutis-fæditates extergit, lumbricos pota interimit, urinam ciet, & menses.




VISCVM,

VISCUM, Græcis, Ἴβη. Arabibus, Dabach. Italis, *Vischio*, seu *Pania*. Germanis, *Vegetlein* / seu *Wistel*. Hispanis, *Visco*. Gallis, *Goy*.

VISCUM.

FORMA.



Viscum planta est brevis, *Martii*. ramusculis in crucis modum prodeuntibus, folijs binis in ramusculorum summitatibus utrinque emergentibus, oblongis linguarum instar, crassis, solidisq; colore submelino. Baccis fert copiosas pisorum magnitudine, albicantes, tenui tunica obductas, substantia intus tenaci, glutinosasq; ac molles, in qua semen est parvum.

L O C U S.

Nascitur tantum in arboribus, nempe quercu, castanea, Ilice, Pino, pyro, maloq; sylvestri pruno, terebintho, ac fortasse alijs in arborib*, ijsq; præsertim in quibus maiores tardi stabulantur. Ex eorum enim fimo Viscum gignitur, quod baccas eius edant, & semen vna cum sterco reibi relinquunt.

Q U A L I T A T E S.

Viscum ex plurima aëre, *Gal. &* & aqua calida, paucissima *simp. med.* terrena substantia constat, nã

acrimonia in eo amaritudinem excellit. Itaque etiam effectus substantiæ respondent, si quidem valerent ex alio humores extrahit, nec tenues tantum, sed crassiores, eòq; diffundit, ac digerit.

V I R E S.


Emollit, discutit, extrahit, parotidas, tubercula, cæterisq; collectiones ad *Dioscor.* maturitatẽ perducit, cum resino, & pari cera mistum, vetera viscera, abscessusq; quos cacoethes vocant, ex thure mollit. Lienem cum calce, gagate, aut Asio lapide absumit. Cum Sandaraca, aut Auripigmento illitum vngues extrahit. *Martii* Lignum verò caudicis eius, quod in quercu nascitur (ut quidã scribunt) si in pulverem conuersũ potandum exhibeatur maximum est Epilepticis auxilium. Sed in quadragesimũ diem vsq; potandũ est. Idem collo suspensum, aut brachio ad aligatũ cum suo cortice gravidarum conceptũ adiuuat. *VISCUM;

F O R M A .

Differt à vulgari visco bacca-
rum racematim coherentium
copia, cæteris partibus cum eo-
dem prorsus convenit.

L O C U S .

Rarum est, & in Heluetia re-
pertum. *



A P A R I N E ,

APARINE, Græcis, *Αμαρίνη*. Italis, *Aparine*, seu *Speronella*. Germanis, *Siebs*.
frant.

F O R M A.

Ramis multis, & parvis fructuosis. ticit, asperis, quadrangulis. per intervalla orbiculato foliorum ambitu, vt in rubia. flos albus, semen durum, rotundum, concavum, album, umbilici figura, asperitate, vestium tenaci.

L O C U S.

Nascitur plurimum in agris *Marrubi*. inter lentes, secus itinera, & *Theoph.* propè sepes.

Q U A L I T A T E S.


Modicè tum abstergit; tum *Gal.* desiccatur, habetque nonnihil *simp. ms.* subtilem partium.

V I R E S.

Seminis, caulium; & folio- dio sc. ram succus ex vino potus, auxiliatur contra vipetarum,

& phalangiorum motus. infusus aurium doloribus medetur. Herba cum unguia trita strumas discutit, ea pro colo palliores vtuntur ad eximendos ex lacte pilos.

ALYSSVM,



ALYSSVM, Græcis, Ἀλυσσον. Italis, Alisso.

A L Y S S V M.

V I R E S.

DIOSC. Exiguus est frutex, vnicaulis, subasper, rotundis folijs, fructu duplicium scutorum effigie, in quo est semen quadantenus latum.

L O C V S.

Idem. In montibus, & asperis locis emicat.

Q U A L I T A T E S.

Gal. 6. simp. me. Non solum mirificè iuvat demorsos à cane rabido, sed & tabienti quoq; data sæpè in totum sanant, atque hoc ex totius similitudine substantiæ efficit. Diciturque prius est talem facultatem ex sola excipi experientia, & planè nulla constare methodo. Quod si quis ad multa experietur, cognoscer facultatem habere mediocriter specificam, & digerentem, cum absterforij non nihil.

V I R E S.

DIOSC. Eius decoctum singultum sine febre potum discutit. Idem efficit si quis eam teneat, aut odoretur. Cummelle trita, vitia cutis in facie, & lentiginis emendat, confusa in edulio rubeicantis mædieri putatur. Domibus appensa salutaris esse creditur. & hominibus, atq; brutis fascini amuletam.



* A P P E N D I X.

An Veterum Autorum hoc sit Alysson, cum alijs adhuc subdubito.*

VINCETOXICVM, Asclepias, Hirundinaria, Italis, *Vincetoxicus*. Germanis, *Schnabenturz*.

VINCETOXICVM.



F O R M A.

Folijs prouenit Laurinis in *Marib.* cacumine acutioribus, virgis compluribus fruticar, exilibus, obsequiosisque; circa quas folia per interualla vertitur; bina spectantur. Flores editi tenues, subalbidosque, è quibus acutæ, tenuesq; proueniunt siliquæ, candida inrus lanugine, & semine, vt in nerio. Radicibus nititur numerosis, exilibus, longis, albicanibus, & in girum se diffundentibus mansu subdulcibus, sed inodoris.

L O C U S.

Nascitur in incultis locis, *Idem.* secus itinera, in montibus, & collibus, & saxosis tractibus.

Q U A L I T A T E S.

Radices exalfaciunt, & *Idem.* siccant ordine primo, digerunt, aperiant, & resoluunt, atque ex totius similitudine substantiæ venenis resistent.

V I R E S.

Dantur radices ex vino potandæ magno auxilio ad venenosorum animalium *Idem.* um idius, demortis quoque à serpentibus, & cane rabido vtiliter præbentur. Bibantur quoq; quotidie aduersus pestilentie contagia. Dantur vtiliter vnâ cum citrei mali semine ad omnes cordis affectus. Ex vino meraco potæ tormina mulcent. Earundem ex vino albo decoctum, sèlibet pondere haustum diebus pluribus hydropicos iuuat. verùm statim à potu sudor pronocandus est, isticos ad bonum colorem restituant, vrinam cient, & russi, & cæteris pectoris vitijs opitulantur. Non desunt qui has radices laudibus effertant ad fractos, & ab alto deuolutos, vbi dentur potandæ ex vino aut maioris symphiti decocto.

NOMINA.
* VINCETOXICVM FLO-
RE NIGRO.

FORMA.

Folijs conspicitur alterius nigrioribus, virgisque longioribus non consistentibus sine pedamento, quo nix interdum sex cubitorum altitudinem attingunt. Flores edit quoque similes figura, sed colore purpureo nigricante. Siliquis & radicibus non longe abest à vulgari.*



ATRA.

ATRACYLIS, Grecis, Ατράκτουλα. Italis, *Atratile*, & *Cartamo salustico*.

ATRACYLIS.



FORMA.

Atractylis, vel Cnicus syl-^{DIOSC.}
vestris, spina est Cnico simi-
lis, folia longiora ferens in
summis virgis, magna parte
nuda asperaque, qua feminæ
pro fatis utuntur, capitula in
cacumine spinis horrent. Flos
luteus, quibusdam in locis
purpureus inuenitur. Radix
tenuis, superuacua.

LOCVS.

Prouenit inculto solo in *Marth.*
collibus, & asperis.

QUALITATES, ET
VIRE.

Coma, semen, & folia te-^{DIOSC.}
runtur cum pipere, & vino v-
tilissimè contra scorpionum
ictus. Percussos tradit quàm
diu ea teneantur herba, nul-
lam experiri dolorè, ipsumq;
deposita statim recrudescere.

Nn

CAR-

CARDVVS benedictus, Italis, *Cardo benedetto*, *Cardo santo*, *sive herba Tara*. Germanus, *Kardobenedictst.*

CARDVVS BENEDICTVS.

F O R M A.

Matth.

Caulibus est rotundis, flexilibus, lentis, spinosis, humi accubantibus, folijs longis, vtriuſque lacinatis, hirsutis, & cum adoleuerit per ambitu aculeatis, capitula summis caulibus gerit longis, ac pungentibus aculeis rigentibus folijs circumquaque stipatis, è quibus melius flos emicat, paposo intus semine cinaſe simili, & albicante. Radice nititur albamultis daque.

L O C V S.

Idem.

Colitur diligenter in hortis.

Q V A L I T A T E S.

Idem.

Herba est vehementer amara. Ideoque exalfacit, siccat, aperit, abstergit, & digerit. magni nominis, magnæque estimationis planta est apud omnes nationes.



V I R E S.

Idem.

Præstat maximè contra pestilentiam, item aduersus venena lethalia, tam interius sumpta, quam venenosorum animalium morsibus illita. Sanantur hæc herba quartana, aut alijs febribus laborantes, quarum circuitus cum frigore, & horrore adueniunt. Id enim præstat aut epoto herbe decocto, aut stillatili aqua, aut foliorum pulueris drachma. Præstat eadem ad Epilepticos infans. Alui tinea necat, & vteri vitij auxiliatur. Herba ipsa tam recens, quam sicca pota, & exterius admota, contumacia vlcera sanat, quam obrem decoctis miscetur, quæ è ligno Gualaco parantur aduersus Gallicam lucem.

CLINOPODIUM, Grecis, Κλινωδίσια. Italis, Clinopodia. Germ. Birbel Doff.

CLINOPODIUM.



FORMA.

Frutex est folijs serpyllo simi DIOSC.
lis, furculosus duum dodran-
tum altitudine. Flores marru-
bij modo ex intervalis distin-
cti, speciem lecti pedum præ-
bent.

LOCVS.

Nascitur in petrosis. DIOSC.

QUALITATES.

Calcfaciendi vim obtinet, Gale. 7.
nondum adarendi, est verd stup. me.
essentia tenuium partium. Ita-
que exsiccare, ac exalfacere
poterit ordine tertio.

VIRES.

Bibitur herba, & succi eius DIOSC.
decoctum ad conuulsa, rupta,
strangurias, serpentium ictus.
Menies, & partus pehit, &
pensiles verrucas, quas acro-
chordonas vocant eijcit, ali-
quot diebus potum. Aluam
sistit decoctum ad tertias po-
rumque, si febrim sentiunt ex
aqua, alioquin ex vino.

APPENDIX.

Cum Clinopodium adeo tenuium esse partium (vt scribit Galenus) vt ex
tertio exalfacientium, siccantiumque ordine habeatur, atque opere pretium
esse, vt quæ in huius censu sunt plantæ, aut gustu acres, aut admodum amare
percipiantur. Cumque neutra qualitas in clinopodio, cuius hic imaginem de-
dimus, reperiat, non ausim ego ipsam legitimum facere Clinopodium. Sed
ponam alterum statim sequens, cui præter acrochordinam & odoris fragrantiam,
cæteræ stipulantur noxæ.

CLINOPODIUM alterum, Italis, *Clinopodia*.

CLINOPODIUM ALTERUM.

FORMA.

Matth. Folijs est serpylli modo oblongis in cacumine inuictonatis, floribus inter folia subpurpureis balauti effigie, caulibus exilibus, angulosis, è quibus folia perinsetualla exsunt utrinque bina: sapor illi acutus.

Locvs.

Idem. Nascitur in campestribus inculto solo, & saxosis locis.

QUALITATES, ET
VIRIA.

Idem. Cum non dubitem, quin hæc planta legitimi Clinopodij faciem referat, fateri ac affirmare cogor id ijs viribus esse præditum, de quibus in præcedenti capite diximus, de Clinopodij viribus.



LEONTOPETALVM, Græcis, Λιοντόπιτον. Italis, *Leontopetalum*. Germanis, *Stechtopf.*

LEONTOPETALVM.



FORMA.

Caulem emittit dodranta-DIOSC.
lem, aut altiorem, plurimis
alis concavum, & in cacumi-
ne semina parva duo, aut tria
in siliquis ciceris modo. Flo-
res anemoneæ similes; * Lutei
instar centaurei lutei. * folia
brassicæ, sed papaveris diuul-
sura, radicibus nigris, rapæ si-
milibus, strumosis.

LOCVS.

Nascitur in aruis, & segeti-
bus.

QUALITATES.

Digerendi facultatem, & Gale. 7.
exiccandi, calefaciendique in sup. me.
tertio ordine possidet.

VIRES.

Radix auxiliatur serpen-DIOSC.
tium ictibus, ex vino pota, nec
alia res celerius dolorem fi-
nit, miscetur & ischiadico-
rum clysteribus.

Na 3

TEV-

TEYCRIVM, Græcis, Τριφυλον. Italis, Teucris. Germanis, Bienenwede. Sarm.
marocf.

TEYCRIVM.

FORMA.

DIOSC. Herba est virga referens effigiem, trifolij similitudine, tenui folio, non multum à cicere alieno.

LOCVS.

DIOSC. Nascitur vberitip in Cilicia iuxta Gentiadem, aut Cilicidem.

QUALITATES.

Gal. I. Incidentis & tenuium partium facultatis est, quare lienes sanat. Ponatque ipsam quispiam in tertio exiccantium, secundo verò calefacientium ordine.

VIRÉS.

DIOSC. Recens cum posca, aut aridorum foliorum decoctum, potu lienum potenter absumit. Lienosis cum aceto, & fets illinitur. Itē serpentium moribus ex aceto solo.



TRISSAGO, Græcis, *Xaμάλισος*. Arabibus, *Dawederios*, *Camadrin*, *sive Lemadrin*. Hetruscis, *Querciola*, & *Chamedris*. Italis cæteris, *Calamandrina*. Germ. *Cumandris* *sive* *Hein* *Duchengel*. Hispa *Chamedress*. Gallis, *Germandree*.

TRISSAGO, SEU CHAMEDRYS.



FORMA.

Herba est dodrantalis, folia Diosc. habes exigua, & amara, querc^o effigie, & diuisura. Flore paruo, penè purpureo. Odoris Martb. non ingrati. Carpitur semine pregnans.

LOCVS.

Nascitur petrosis, & asperis, Diosc.

QUALITATES.

Vincentem habet qualita- Gale. 3. tem amaram, & est quodam- sup. me. modo acris. Ponatq; eam quispam in tertio ordine exalfacientium, & desiccantium, plus tamè desiccet, quàm calefacit.

VIRIS.

Recentis decoctum bibitur Diosc. in tussi, in durato lieni, urinæ difficultate, & incipiente hydrope. Cir mensis, partus extrahit. Lienem ex aceto pota consumit. Aduersus serpentium venena ex vino pota, illitaque efficacissima. Vetera vlcera purgat ex melle illita, cum oleo illita caliginè oculorum discutit. Præstat quoq; ad o- Martb.

nes frigidos capitis morbos, nempe ad comitiales, veterinosos, melancholicos, stupidos, resolutos, conuulsosque, & ad diurnos capitis dolores. sem en drachmæ pondere potum bilem per urinas ducit. Ideoque conuenienter datur potandum Ictericis. In stillatur foliorum succus ad vermiculosas aures. Datur idem aduersus intestinorum vermes. Id quod etiam præstat viuum bibitum, in quo florescens herba die ac nocte fuerit macerata. Decoctum aliquot diebus potum mitificè tertianis febribus medetur.

CHAMEDRYS altera, Italis, *Calamandrina secunda*, & *Querciale secunda*. Germanis, *Feldt Cypressen*.

CHAMEDRYS ALTERA.

F O R M A.

Matth.

Folijs exit quercus effigie, sed magis quàm in altera laciniatis, tenuibus, subnigricantibus, copiosioribusque, caules edite quadrangulos, tenues, lignotos, sesquidranales, furculosis ramis referatos, in quibus flosculi purpurei inter folia rutilant, & caules ipsos ambiunt, alterius chamedrys modo. Radicem habet multifidam albicantem, est autem planta aspectu iucundo, & eleganti, amara tamen, odore non iniucundo, resinam olente.

Q U A L I T A T E S, E T
V I R E S.

Cum aded amara non sit, ut altera, ea quidem minus calida, siccaque fuerit, itaque ad omnia munia imbecillior, non tamen multò.



C E N S U R A.

Quòd hinc planta (ut credo) resinam respiciat, non desunt scriptores, qui putent eam legitimam esse Dioscoridis Chamæpitim: sed hallucinantur.

LTCHEB.

LYCHNIS, Græcis, *Λυχνία*. Italis, *Lichnide coronaria*. Germanis, *Margttröf-
lin*.

LYCHNIS.



FORMA.

Coronaria Lychnis flore DIOSC.
est albæ violæ simili, sed pur-
pureo, quo corollæ factitantur. *Matth.*
Folijs longis, tomento-
sis, albicanibusque, caule
lanuginoso, incano, cubito
maiore, flore inodoro, sed
pulchro. Sylvestris per O-
DIOC.
mnia urbanae similis.

LOCVS.

Scratur in hortis, ac etiam *Matth.*
spõte per se prouenit, quam
syluestrem appellant.

QUALITATES.

Semen calidum est secundum *Galen. 7.*

do quodam modo ordine, aut iam etiam tertio, siccum sanè eodem quoque *sim. me.*
modo.

VIRIS.

Semen duarum drachmarum pondere potum, bilem per alium detrahit. *DIOSC.*
Idis à Scorpione subuenit. Aium huius herbæ appositum Scorpiones torpescere,
& inertes prorsus reddi.

CENSURA.

Sunt qui Pseudomelanthium in segetibus nascens syluestrem Lychnidem
faciant. Atqui cum Dioscorides agrestem Lychnidem urbanae per omnia simi-
lem esse scribat, eamque sæpius viderim in inculto solo, non possum horum
placitis subscribere.

LILIVM, Græcis, *Κλίσια*. Italis, *Giglio bianco*. Arabibus, *Sofia*. Germanis, *Lilgen* seu *Gilgen*. Hispanis, *Azucena*, seu *Lirio blanca*. Gallis, *Lil*.

FORMA.

LILIVM.

Matth.

Folia fert longa, nunquam non visentia, lævia, pinguis, Pancratii similis, caulem profert bicubitalem, rotundum, rectum, lævem, pinguem, situm, minoribus folijs ab imo ad summum circumæstitum, è cuius cacumine terni, quaternive ramuli exeunt, è quibus oblonga prodeunt capitula herbaceo colore, quæ tractu répositi hlia fiunt eximij cãdoris calathi figuta, extrinsecus striata, resupinis per ambitû labris, luteis aliquot ligulis ex calathi fundo (vt in croco) sarlum spectantib. è quorum medio longum producitur germen, rotundo in cacumine capitulo, herbacei coloris. Radice nintur bulbosa albicante, compactili squamarum serie.

LOCVS.

Idem.

Setitur passim in hortis, & viridarijs.

QUALITATES.

Galt. 7.

simp. me.

Lilij flos temperaturam mistam obtinet, partim ex tenui, partim ex terrena essentia, ex qua utiq; amaritudinem habet, partim ex aquea, eaque temperata. Quod autem ex eo conficitur oleum, citra morsum digendi, simulque molliendi facultatem obtinet. Porro Radix foliaque desiccant, absterguunt, & digentur modetate. in radice plus abstergetis facultatis est, quam in folijs.



VIRE S.

DIOSC.

Folia herbe illius auxiliantur contra serpentinum ictus, feruifecta ambustis proficiunt. Acro condita vulneribus opitulantur. Inassata radix, & ex rosacco citra igni ambusta sicut. Vena emollit, mensas elicit, vlcera cicatrice obducit. Cum melle detrita neruis præcis laxisq; que modetur. Viriliginis, furfures, leprasque emendat, & vlcera in capite macantia exasperat. Faciem abstergit, & erugat. teritur in aceto cum hyoscyami folijs, & farina tritici maderatis testium inflammationibus. Semen potum aduersatur serpentium moribus, ignibus facit. Semen, & folia, cum vino illinuntur. Oleum quod è floribus paratur vteri duritias commotissime emollit: valet quoque ad omnes frigidos nervorum affectus, ad emollicenda articulorum impedimenta, & syrrhosos tumores. Illinitur vtiliter puerperis in vteri dolentibus. Additur in clysmatibus emollientibus. Elixir radix ex veteri axingia illita pedum claudis curat. Eadem ex adipe, & oleo imposta defluxos pilos replicat.

Matth.

MARTAGVM chymiflis, Italis, *Martagon*, & *Giglis salustice*. Germanis, *Gold-
hut*.

MARTAGVM.

FORMA.

Folia promit vulgaris *Saponariae* æmula, quæ ex interval-
lis orbiculariter caulem ambi-
unt, in cuius cacumine flores
emittunt tenui pediculo
nitentes liliorum effigie, sed
minores, quorum folia quo-
que retro flexa cernuntur, pur-
pureo colore, punctis qui-
busdam rufescensibus resper-
sa. Ipsique flores odorati sunt,
& aspectu iucundi. Radicem
habet lilio similem, sed luteo
colore.

LOCVS.

Provenit in montibus, & *idem*
clivosis locis.

QUALITATES, ET
VIRES.

Radix ad ea omnia commo-
da est, ad quæ Lilij.

BALLO-



BALLOTE, Græcis, Βαλλωνί. Italis, Marrubio balardo. Germanis, Echter
 Andorn. Hispanis, Marrubio negro. Gallis, Marrubium noir.

BALLOTE.

FORMA.

DIOSC. Caules edis quadrangulos, nigros, subhirsutos, complures ex vna radice, folijs maioribus, quam marrubij, hispidis, & per intervalla in caule dispositis, subrotundis, graucolenribus. Candidi flores, verticillaro ambitu caulem coronant.

LOCVS.

Marrb. Nascur in agrorum marginibus, & secus vias.

QUALITATES.

Paulw. Planta est acris, & absterfitoriz facultatis.

VIRES.

DIOSC. Vis eius efficax aduersus canis morsus; folijs ex sale illitis, eadem feruenti cinere calefacta quousque flaccescant, illita condylomata reprimunt, purgant tumellæ etiam fordida vlcera.



MARRUBIUM. Græcis, Πυράνον. Mauritanis, Furusfo, sive Fraxinum. Italis, Marroliis. Germanis, Zundern sive Zungenkraut. Hispanis, Marrois. Gallis, Marrubin.

MARRUBIUM.

FORMA.



Frutex est ab radice ramosus, DIOSC.
candicans, subhirsutus, quadran-
gularib⁹ ramis, folium pollicem
æquat, subrotundum, hispidum,
rugosum, amaro gustu, semen in
caulis, & ex interuallis, flores
verticillato ambitu, aspeti.

LOCVS.

Nascitur propter ædificia, rui- DIOSC.
nas, & rudera. Et in arcibus viarum. Marth.

QUALITATES.

Marrubium ut gustu amarū est Gale 1.
ita ut si quis utatur, consentien- sup. ut.
tem huic saporis actionē reperit.
Iecur, ac lienem obstructione
liberans, & thoracem, pulmo-
nemq; expurgans, ac menses pro-
uocans: sed & illitum detergit, ac
digerit. excalfacit quidem secun-
do ordine iam completo, & ter-
tio siccat.

VIRES.

Folia sicca cum semine in aqua DIOSC.
decocta, aut viridiam succus da-
tur cum melle suspensiois, tussien-
sibus, & ad tabitudinē redactis,
crassam è pectore piritam, cum

sicca lride eijcit. Mulieribus à partu non purgatis datur, ut menstrua, & secun-
das extrahat. Item in difficili partu, & his qui venena hausierunt, aut à serpenti-
bus demorsi sunt. Vesicam, tenesq; lædit. Folia ex melle illinuntur sordidis vl-
ceribus purgandis. Pterygia, nomasq; sistunt. Laterum dolores mitigat. Succus
folijs contulis expressus, soleq; coactus, ad eadē pollet. Cum vino, & melle
illius, ocolorum claritatem adiuuat. Nāribus regium morbum expurgat, &
dolentibus auribus instillatur per se, & cum rosaceo. Decoquantur marrubij Marth.
binæ uncie vna cum buglossi, helenij, & enparotij radicum sesquidrachma,
Rhabarbari drachma, & agallici pari pondere ex vini albi generosi libris 3, ad
Iberianam. Nam vbi diebus decem continuis huiuscæ decocti binas uncias affe-
cti potauerint, præstantissimum reperient medicamentum, vbi tamen morbus
ab obstructione prouenerit.

MELISSOPHYLLUM, Melissa sine melitena, aut Apiastrum, Græcis, Μελι-
 θύλλον. Arabibus, Bederangie, sive Bederangi, sive Marmarar. Italis, Melissa, Ce-
 dronella, & Aranciata. Germanis, Melissiu Wutterkraut. Hispanis, Torogel,
 seu Hierba Cidreira. Gallis, Melisse, & Pom céradé.

APIASTRYM, SIVE MELISSOPHYLLUM

FORMA.

DIOSC. Cauliculi, & folia essent Bal-
 lote similia, nisi maiora te-
 nuioraque, nec ita hirsuta spe-
 ctarentur. Citreum malum
 olent.

LOCVS.

Matth. Seritur passim in hortis, ac
 etiam sponte per se nascitur in
 collibus, & montibus.

QUALITATES.

Auc. lib. Excalfacit, siccaturque ordi-
 ne viribus nescundo.
de viribus cordis.

VIRES.

DIOSC. Folia cum vino pota, aut il-
 lita profunt contra phalangio-
 rum, & scorpionum ictus, &
 canis quoque morsum. Folia
 auxiliantur fungorum strangu-
 lationibus in potu addito ni-
 tro. Illita cum sale strumas dis-
 cutiunt, vlcera purgant, arti-
 cularios dolores illita sedant.

Strapio. Melissophylli proprium est a-
 nimam hilarem reddere, hu-
 menti ac frigido ventriculo
 auxiliari, concoctionem adiuuare, cerebri obstructiones referare, deficientem
 animum tenocare, cordis imbecillitatem roborare, quin etiam eius pulsus re-
 primere, animi sollicitudines fugare, ac sollicitas imaginationes tollere, quæ &
 ab atra bile, & ab exusta pituita gignuntur. Vires deiectionis possidet, nec adeo
 imbecilles, quin atrabiliarios vapores à spiritibus, & à sanguine, qui cordi &
 gasterijs inest educere queat. quod in cæteris corporis partibus effugere nequit.

Auc. lib.
de m.



MOLYCA, *Tralis, Melissa Constantinopolitana.*

MELISSA MOLYCA, SIVE CONSTAN-
TINOPOLITANA.



GENERA.

Duum est generum, altera *Matth.* leuis, altera aculeata.

FORMA.

Vtraque folio est melysso- *Idem.*
phylli quadantenus simili, bre-
uiore tamen, & minus denti-
cularo, sed in altero genere cir-
cumquaque aculeato, amaro
sapore, nec villo citrei mali o-
dore. profert calyces quosdam
tintinnabuli effugie herbaceo
colore, in quibus semen ori-
tur.

QUALITATES, ET
VIRES.

Apetit, attenuat, excofacit, *Idem.*
abstergit, venenis resistit, & a-
nimaliam venenosorum icti-
bus mirifice auxiliatur, tum po-
ta, tum quoque illita. Ictericos
iuuat, interancorum animalia
necat. Datur vtiliter succus pe-
sistentibus febribus affectis.

MELIS-

MELISSA Moldavica, Italis, *Cedronella di Moldavica*. Germanis, *Urdraut*,
 Ruffen.

MELISSA MOLDAVICA

F O R M A.

Marth.

Caules edit bicubitales, quadrangulos, subruscensces, ramososq; folia in ramis ipsis verticæ figura, sed longe minora. flores in summitate purpureos, saluæ æmulos, verticillatimque inter folia emergentes. Tota planta citrei mali odore quàm balle spirat. Radice nictur vnica, sed fibrata.



L O C U S.

Idem.

Seritur in hortis, sed ex Moldania primum ad nos delata est, vbi spontè per se prouenit.

Q U A L I T A T E S.

Idem.

Excalfacit, siccaturque ordine secundo, aperit, attenuat, & incidit.

V I R E S.

Idem.

Vires habet Apiastro per omnia similes.



STACHYS, Græcis, Σταχθίς. Italis, Stachi.

STACHYS.



FORMA.

Frutex est Marrubiō simi- Diosc.
lis, sed lōgior, folia ferens nu-
merosa, hirsuta, rara, pēdura,
cana, odoris iucundi, & com-
plures virgas, ex vna radice ex-
cutes Marrubio candidio-
res. Flores spicatos, subpur- Matth.
pureosq; * & plerumq; sub-
luteos. *

LOCVS.

Nascitur in montibus aspe- Diosc.
ris.

QUALITATES.

Frutex est stachys gustu acti, Galen. 8.
& amaro, tertij ordinis excal-
facientium. fimp. me.

VIRES.

Foliorum decoctum potu Diosc.
pellit menstrua, & secundas.

Oo

PSEUDO-

PSEUDOSTACHYS, Germanis. Nitchender Kindern Feld Andorn.

PSEUDOSTACHYS.

Pseudostachys hæc plantam appellare libuit, quod & ipsa Stachym in multis notis referat.

* Planta est caule quadrato, folijs hirsutis, albis, maioris saluæ figura, verbasci folia colore referentibus. flores gerit Marrubij purpureos, semen rotundū vasculis inclusum.*



PRILLI

PHYLITIS, *Grecis, Φυλίτις. Italis, Lingua cervina, et pariter Filix. Officinis, Falso Scolopendria. Germanis, Hefschwingen. Hispanis, Lengua cervina. Gallis, Lang de Cerf.*

PHYLITIS.

FORMA.



Folia promit Rumici simi- **Diosc.**
lia, longiora, & viridiora, se-
na, aut septena, quæ parte in-
teriore lævia cernuntur, à ter-
go autem pensiles quasi ver-
miculos tenues ostédant, gu-
sta acerbo. Neq; caulem, neq;
semen profert.

LOCVS.

In umbrosis, & opacis hor- **Diosc.**
torum locis emicat.

QUALITATES, ET
VIRIS.

Cum qualitatis sit acerbæ, *Galen. 7.*
non absurdè diarrhæas, siue *susp: ma.*
profluvia, & dysenterias pota
tuat.

Folia in vino pota serpenti- **Diosc.**
um morib⁹ aduersantur, qua-
drupedibus per os infusa au-
illio sunt, & si dysenteria aut resoluta aluus exerceat potui datur.

Expertum quoque est à compluribus valere phyllitium ad splenis affectus. *Matth.*
Vtuntur quoq; quidam stillacitiam eius aqua contra singultum, & cordis pulsam,
atq; animi deliquis, eandem gargarisandam quoque præbent ad prolapsam
colicellam. Siccorum foliorum farina ex earundem aqua excepta, & admota
refrigerat ventriculi, & iocinoris ardores.

CENSURA.

Aberrant qui phyllitium Asplenium, siue scolopendrium esse censent.

PHALANGIUM, Græcis, Φαλάγγιον. Italis, Falangio. Germanis, Woffen
 beeren. Straßgülden.

PHALANGIUM.

FORMA.

- Diosc.** Ramuli sunt illi duo, aut tres, pluresve, in diversa tendentes. flos candidus, lilio similis multas incisuras habet, semine nigro (postea enim contrahitur) lato ad lenticule dimidiatae figuram, multo tenuiore. Radice parva, tenui, herbaeci coloris, dum à terra eruitur. Folliculi in quibus semen concluditur phalangij formam referunt, unde illi nomen.
- Matth.**

LOCVS.

- Diosc.** Provenit in collibus. Et in montibus.
- Matth.**

QUALITATES.

- Galen. l.** Est autem facultatis tenuium partium, desiccantis.
- famp. mc.**

VIRIS.

- Diosc.** Huius folia, semē, flos cum vino pota auxiliantur contra feopionum, phalagiorumq; istus, tormina quoq; discutiunt.
- Galen.**



TRIFOLIUM, Grecis, Τρίφυλλον. Italis, Trifoglio bituminoso. Germ. Hartflie.

TRIFOLIUM ASPHALTITE.



GENERA.

Plura sanè habentur genera, nempe Asphaltite, Pratense, Acetosumq;.

FORMA ASPHALTITIS.

Frutex est qui supra cubiti DIOSC. altitudinem attollitur, virgas habens tenues, linceas, & nigras, unde ramulares enascuntur appendiculæ, in quibus cerna singulis germinationibus exeunt folia, loto arbori similis. ijs recenter enatis cruce odor inest, vbi autem adoleuerunt bitumen olent. Florem edit purpureum, semen quadantenus latum, subhirsutum, ex altera extremitate exertum antennæ modo corniculigerens. Radix tenuis, longa, valida.

LOCVS.

Nascitur in Sicilia, & in Italia circa Lunæ portum. *Scribonial. Largus.*

QUALITATES.

Vis plantæ est calida, & sicca, vt bitumen cui odore est similis, vtrinque terrore. *Galen. 2. sup. mt.*

VIRES.

Semen & folia in aqua pota pleuriticis, vrinæ difficultati, comitialibus, & ijs DIOSC. qui aquæ intercutem principia sentiunt, seminis quoq; valæ vitij oportunitis, auxiliantur. Mentis ciant. Ternæ drachmæ è semine dari debent, è folijs verò quaternæ, contra serpentium latus trita folia ex oximelle pota præfidio sunt. Quidam cerna folia, aut semina in tertianis cum vino potui dedere, & in quartanis quaterna. Radix anisidosis inferitur.

TRIFOLIUM Pratenſe, Italis, *Trifoglio*. Germanis, *Wiesentlee*.

TRIFOLIUM PRATENIÆ

GENERA.

Matth. Trium eſt generum, foliorum, & florum diuerſitate differentium.

FORMA PRIMI.

Matth. Primum folijs eſt ſubrotundis, maculoſis, longo pedicello nitentibus, obſequiuolo, flexilibus; floribus in capitulis ſubpurpureis, aut albicantibus, in cauculorum ſummitatibus emicantibus.

LOCVS.

Idem. Naſcitur in pratis, & herboſo ſolo.

FACULTATES, ET
VIRES

Idem. Sunt qui Trifolij pratenſis ſuccum miris laudibus efferrant ad oculorum nubeculas, vulnera, & cicatrices. Idem tempeſtates pronunciat, in horreſcentim & folia contra tempeſtates ſub rigit. Vniuerſe florentis plantæ decoctum potum, alba vteri profluuiâ cohibet. Semen, & flores ex aqua decocti, & ex oleo admodum emolliunt abſceſſus.



TRIFO-

TRIFOLIUM pratense alterum, Italis, *Trifoglio indifferenter dicitur*. Germanis, *Spießlee*.

TRIFOLIUM PRATENSE ALTERUM.

FORMA.



Cauliculis assurgit lentis, *Meth.* obliquis&que, folijs in vnoquoq; pediculo ternis, varia tamen facie perinde ac bituminosum. Namque quædam quæ ad radicem sunt Acetosif trifolij modo quod oxym vocatur trina ex vnicopediculo emergunt, cordis faciem quædamtenus imitantur, cætera verò longa sunt, & in cacumineacuminata, vt in Asphaltite. flores in capitulis sunt illi purpurei in flocci modum.

Locva.

Prouenit sponte in pratis, *Idem.* & vitidarijs, & herbosis locis.

FACULTATES, ET VIRES.

Idem præfate potest, quod *Idem.* alterum.

TRIFOLIUM acetosum, Græcis, ἰξὺρ. Barbaris, *Alchuis*, *ſua Laisle*, *ſua Zanica*.
cali. Italis, *Trifoglio acetoso*. Germ. *Sandkroete*: *Santlicke*.

TRIFOLIUM ACETOSUM.

* GENVS.

Differt primo ſexu, Fœmina enim flore albo conſpicitur, venis purpuraſcētibus diſtincto. Mas totus purpureus, rarus innocua. Deinde habetur quoddam genus totum ſupinū & repens luteis floſculis. *

FORMA.

Matth.

Vulgaris Oxys cauliculis exit abvna radice plurib⁹, exiguis, rotundis, ac tenuibus, quorum ſingulis terna in ſummirate ſunt folia, cordis figura, mollia, acido guſtu. flores edit albos, ſtellæ figura. Radicem habet ſubruſam, compæctili ſquamaram ſerie obductam. *Alterum genus quod ſerpit & floſculos habet flavos, eodẽm patulos itidem ſtellatos, foliolis non differã vulgari niſi quod hirsutiora ſunt & breviori pediculo annexa, ſemen gerit in corniculis oblongis, quæ attracta ſemen expuant. Sed adeo coincidunt rimulæ vt non appareat diſſiliſſe ſiliquas. *



LOCVS.

idem.

Nascitur opacis locis, propter ſepes, & irinera.

FACULTATES, ET VIRES.

idem.

Tota planta refrigerat Oxalidis modo, proinde deuorata ſicim extinguit, & refrigerat, & cor corroborat. Scillarina eius aqua datur vtiliter pondacenta peſſilentiq; febre laborantibus. at qui longè præſtat herbe ſoccus ex ſicharo porus. Illinitur idem per ſe Eryſipelatis, & inflammatis locis, coſtiturq; ex eo os vbi lingua, palatum, faucisve calida fluxione laborent. In ſumma adis omnia cenſentur vtilis Oxys, quibus Oxalis auxiliari valeat. Datur ad ſtomachum diſſolutorum, edunt & qui enterocellem habent.

Pſſu.

TRINITAS, *Italica, Herba Trinita.* Germanis, *Gulden Eckertraut.*

TRINITAS.



FORMA.

Folia fert triquetra, ædæ minoris magnitudine, quæ aduersa parte cyclamini modo subpurpurea sunt, superiore verò parte maculis quibusdam albicantibus respersuntur. Caules habet tenues, in quorù cacumine primo statim vere flos emicat cæruleus in stellæ modum, è quo capitulum oritur echinata quadantenus specie, in quo semen oblongum subcæruleumque. Radicibus est numerosis, tenuibus, subrubentibusque. *Matth.*

LOCVS.

Prouenit locis opacis, & in fruticetis. *Idem.*

FACULTATES, ET VIRES.

Vulneraria est herba, tam admodum, quàm in potionibus sumpta, quin etiam ad eterocelas mirificè præstat, epota foliorù farina ex vino austero diebus pluribus continuis cochlearij mensurâ. Decoquitur tota herba ex eodem vino ad columellæ, fœciumque inflammationes.

Oo 5 POLIVM,

POLIVM, Græcis, Πολίον. Mauritanis, *Cebade*, *fus Isabade*. Italis, *Polio*. Galli, *lur muscate*.

P O L I V M.

G E N E R A.

Marb. Duo Polij extant genera, montanum, & alterum fruticosius, non vsque ad eò valens odore.

F O R M A M O N T A N I.

Marb. Planta est caudicans, folijs oblongis, & per intervalla caules ab imo ad summum vestientibus, pluribus etiam minoribus inter maiora subnascentibus; caules habet copiosos, rectos, rotundos, lignososq̃, albicantes, & qui in cacumine capitula edant florida, candidantis, thymi figura: tota plâta odorata est, sed non sine odoris grauitate, acuitateq̃ue.

L O C Y S.

Marb. Prouenit in montibus, exultato sole.

Q U A L I T A T E S.

Galen. 1. Amarum est gustantibus, & modicè acre. Vis quoque Polio inest reserensump. *me. di.* incidendi, attenuandi, & abstergendi.

Marb.

V I R E S.

Diosc. Follorum decoctum potu auxiliatur serpentium moribus, hydropticis, morbo regio, & lienosis cum aceto: stomachum verò malè habet, caput dolere afficit. Alium & menses ciet: substratum, suffitumve serpentes abigit. Illud vbera conglutinat. Omnia viscera obstructione liberat, aridum cum fuerit, ligna vlcera sanar, viride verò magna vulnera. Ad alligatur fronti contra oculorum suffusiones, protinus ubi inuentum sit, nec alia herba magis conuenit.

Gal. ibid.

Marb.



POLIUM alterum, Græcis, Πόλιον ἄγιον. Italis, Polio *secundo*. Herbarijs nonnullis, *Polio myrsata*. Germanis, Marienkraut/wild Kauendel.

POLIUM ALTERUM.



F O R M A.

Folijis, caulibus, capitulis, ac *Matth.* floribus altero similis est.

L O C U S.

Nascitur in campestribus, *Idem.* saxosis, & ex cultis locis.

F A C U L T A T E S,
E T V I R E S.

Ab altero facultatibus non *Idem.* differt.

A P P E N D I X.

Tamen si hæc plantam sciam *Idem.* non esse secundum Polij genus à Dioscoride conscriptum, cum ræmen omnibus suis partibus, sapore, odoreque montanum polium referat, non quidem remerè factum putavi, eam inter Polij genera fore recensendam, & præsertim, cum omnibus Polij facultatibus sit prædita.

S C O R D I U M.

SCORDIVM, siue Triflago palustris, Grecis, *Σκόρδος*. Arabibus *Sordim*, seu *Scordeum*. Italis, *Scordio*. Germanis, *Wasserbartenig* seu *Knoblochstran*. Hispanis, *Scordio*. Gallis, *Chamaerax*.

SCORDIVM.

FORMA.

Diosc. Folij erūpit triflaginis maioribus, nec sic in ambitu diuisis, aliquantum allia redolentibus, gustu amaris, & adstringētib; caulibus quadrangulis, subrubro flore.

LOCVS.

Mem. Nasquitur in mōtib; & palustrib;.

QUALITATES.

Galen. 8. simp. me. Ex multiformibus id tam facultatibus, tum saporibus constat, nam & amarum quid obinet, & acerbum, & acre, & maxime allio assimilis eius est acrimonia, vnde mea sentētia, nomenclaturam obtinuit: expurgat igitur, simulque exalfaciat viscera.

VIRVS.

Matth. Herba vim exalfactoriam habet, urinam ciet, cocta recens, aridare cum vino bibitur ad venenatos serpentium morsus, ad stomachi quoq; rosiones, dysenteriam, & urinæ difficultatem binis drachmis ex aqua mella. Crassamen perulentum è pectore expellit. Arida farina facit ad veterem tussim, rupa, cotuulsiq; si cū nasturtio, melle, & resina misceratur in eclegmate. Inflammatione dicē precordia cetato excepta recreat. Menses imposita mouet, vulnera coagulata, vetera vlcera purgat, & ex melle ad cicatricem perducit. Sicca excolescentias in carne cohibet. Succus ad eadem vitia bibitur. Laterum dolores obstructione, & frigore natos sanat epotum.

Gal. li. 8. simp. me.



ALLIARIA, Italis, & Seris. Germanis, Knoblauchkraut, Knoblauch, & Saffraut. Gal-
lis, Alliviv.

ALLIARIA.



FORMA.

Huius folia cum primùm erum- *Matth.*
punt, ferè rotunda spectantur, viola-
riz similitudine, postquam verò ad-
oleuerint, per ambitum serrata eua-
dunt, vt quadantenus apiastri faciem
representent, leniora tamen sunt, &
prope caulem latiora, quæ digitis at-
trita, gustatæque allij odorem, sapo-
remq; reddunt. Caulem profert bi-
cubitsalem, rotundumque, flores al-
bos, & semen nigrum tenuibus fili-
quis inclusum. Radix, quæ longius-
cula est, eundem cum folijs odorem
retinet.

LOCVS.

Iuxta sepes, & in agrorum margi- *Idem.*
nibus nascitur.

QUALITATES.

Excalfacit, attenuat, aperit, inci- *Idem.*
dit, digerit, prouocat.

VIRES.

Semen emplastri modo vuluæ admotum, mulieres vteri strangulatu oppres- *Idem.*
sus liberat, & excitat.

TUSSILAGO, Græcis, Βήχας. Officinis, *Farfara*, seu *Pégule cabalina*. Italis, *Farfara*, seu *Farfarella*, & *Frighia di Canale*. Germ. *Koffeln*, *Stischoff*, sine *Tracht*. Latiff. Hispanis, *Fuba de Afno*. Gallis, *Pas de Afne*, seu *Taccenac*.

GENERA.

Matth. Tria Bechij numerantur genera, quamvis Dioscoridi vnum tantum sit genus.

FORMA PRIMA.

Diosc. Folia promit masculula, quam hederæ, sex aut septem, à radice à terra subalbida, superne virentia, in plures angulos exeuria. Caulis dodrantalis, flos luteus, vere prodit, quo vna cum caule confestim exurit. Inde nonnulli his vacare existimarunt. Radix tenuis est.

LOCVS.

Diosc. Nascitur in amœnis & riguis.

QUALITATES.

Gal. li. 6. simp. me. Modicè est acris.

VIRES.

Diosc. Folia ex melle trita, igni sacro, & omnibus inflammationibus, illam medetur. Arida suffita ita vt fumus per infundibulum hianti ore rapiatur, hoc fiat, qui sicca tussi, atque orthopnea insistantur. Pectoris vomicas rumpunt. Eodem esse cum præber suffita radix. Eadem decocta in hydromelite, & potus mortuos partus eiicit.



* T U S S I L A G I N I S F L O R E S .



Malè pinguntur flores in-
ter folia iam grandia prode-
untes. Primo vere namq; ori-
untur nudi, & in pappos ab-
euntes nudi pereunt.

T U S S I L A -

TUSSILAGO maior, Petasites, Græcis, Βάχουρα. Italis, *Petasites major*. Germanis, *Pessilantwurrt*.

TUSSILAGO MAIOR.

Matth.

FORMA.

Caulē edit, anteaquam folia emergant in ipso Veris principio, concavum, dodrantalem, pinguem, purpurascenrem, parvis & oblongis circum vestitum folijs. In cuius cacumine flores exeūt spicati, subpurpurei, qui vnā cum caule paulō post contabescunt, & in pappos dissoluuntur. Eodem ferē tēpore folia ē terra emergunt, altera parte incana, quæ anteaquam adoleſcant Tuſſilagini more scriptæ similia spectantur. Verū posthac in tam magnam crescunt amplitudinem, vt Personatæ folijs longē maiora habeantur. Horum ungula pediculo nititur purpureo, alba lanugine obducto. Radicem edit longam, brachij quandoque humani crassitudine, intus cæcidam, amaram, atque odoratam.



Matth.

LOCVS.

Crescit humectis & vliginosis locis, & præferim prope riuos aquarū, perinde ac altera.

Merr.

QUALITATES.

Radix exalfacit, attenuat, incidit, & abstergit, vt eius euidentis indicat ritudo.

VIRES.

Constat radicem multis experimentis præstare cōtra pestilentiam, & pestilentes febres, vbi eadem in puluerem contrita duarum drachmarum ponder ex vino propinetur, & deinde sudare cogantur ægri. Quamobrem Germanis pestilentiæ radix appellatur. Præstat eadem ad vteri præfocationes, & cruciam eodem modo sumpta. Propinetur item veterinaris, & pastoribus contra quadrupedum vermes, & equis qui anhelandi difficultate laborant. Reliqua cōm. Tuſſilagine communia habet.

*PETASITES FLORE ALBO.

FORMA.

Mense Februario suos pro-
mit flores nondum emortis fo-
lijs, densos, paucos, multos, ca-
cemosos, minores qui in vul-
gari, similes tamen, sed albos
totos, qui in pappos similiter
abunt. Folis oblongis pedicu-
lis insident, Tussilaginis folijs
æqualis. Radix intra terram
quoque versum reptat, & sin-
gulis annis, annatis novellis se
propagat.*



Pp

Tussil-

TYSSILAGO altera, siue Farfugium, aut Farthuum, aut Chamelence. Colla palustris. Italis, *Farfugio*. Germanis, *Docter Blumch*.

TYSSILAGO ALTERA, SIVE
FARFUGIUM.

FORMA.

Marth. Folijs exit nigre populi amplioribus ad tussilaginis faciem inclinantibus, atque non tot erectis in ambitu angulis, nec à tertiam albicantibus. Caulem edit sesquidodtantalem, à quo plures egrediuntur rami, in quorum summitate flores erant aurei, magni, rosacum figura. Radicem habet albam, & subamaram, flo rerere, Aprili præsertim mense, & Maio quoq;

LOCVS.

Idem. Nasctur circa riuos aquarum in conualibus, & pratis.

QUALITATES, ET
VIRES.

Vbi vulgaris, ac vera Tussilago non fuerit ad manus, Farfugium eius loco bellè substitui potest. nam ijs ferè vitibus præstat.



ARTEMISIA, Græcis, *Αρtemisia*. Italis, *Artemisia*. Germanis, *Weyfuss*; & S. Johannis Gûrtel. Hispanis, *Artemisa*. Gallis, *Armasse*.

ARTEMISIA.

F O R M A.



Artemisia exit caulib⁹ plu- *Marrb.*
ribus, rectis, sesquicubitalib⁹,
interdum rubentibus, rotun-
dis, striatisq[;]. Folia gerit ablin-
thio leuio ra, pinguiora, superi-
na parte albicantia, sed quæ in
caule sunt longè minora spe-
ctantur. Flores copiosissimi in
caulium ramusculis racema-
tim exeunt, parui, pilosi, odo-
rati, albicantes, è quibus mi-
nutum oritur semen. Radi-
cem habet lignosam, multifi-
dam minimi digiti crassitudi-
ne. Tota planta odore spirat
hand ingrato.

L O C U S.

Magna ex parte in monti- *Diosc.*
bus nascitur. Imo serè ubiq[;]; *Marrb.*
locorum.

Q U A L I T A T E S.

Excalfacit, & modicè desic *Gal. s.*

est. quod ad calefactoriam attinet, excessus est secundi. quod verò ad res-
siccationem, aut primæ intensæ, aut secundi incipientis, est quoq[;]; & modicè te-
nuium partium.

V I R E S.

Conuenienter adijcitur feructifacæ in muliebres desessus ad detrahendos *Diosc.*
menses, partus, secundasq[;]. Item ad præclusiones vulvæ, & eiusdem inflamma-
tionet. calculos comminuit, te moratam vrinam elicit. Et menses pubi illita pel-
lis. succus vulvæ inditus ex myrrha, eadem quæ infessio trahit. Coma tribus
drachmis eorundem eijciendorum gratia sumitur.

AMBROSIA, Græcis, *Αμβροσία*. Italis, *Ambrosia*.

PSEUDAMBROSIA.

F O R M A.

Diosc. Pusillus est frutex, ramosus trium palmorum altitudine, folijs rotæ circa inum caulem exiguis, caulicali seminibus, petinde quasi racemulis grandi, qui nunquam florem pariunt, odore vinoso, suavi. Radice tenui, sesquipedali.

L O C U S.

Matth. Provenit in montibus, & collibus, amœnis locis.

Q U A L I T A T E S.

Cataplasmate imposita vim habet adstringentem, & repellentem.

V I R E S.

Gal. b. simp. m. Vis eius reprimere, ac repellere, & illis adstringere humores, qui in aliquam partem incumbunt.



* A P P E N D I X.

Missæ est Auroni hæc planta, quam quidam Nasturtium verrucosum appellant, pro Ambrosia, pro qua etiam alij, unde idem accepit, sibi hæc missæ farentur, id quod monendum censui lectorem, ne turbaretur si in hæc iconem incidere. Nec desunt qui pro Coronop'o habeant, sed non asstringit ipsa radix odore & sapore Nasturtium referens, & Psyllij nihil habet, nec graminis. Sed folia Nasturtio pene similia sunt, maioribus tamen divisuris, pluribusque depressis rotunda asperaque, promit semina racematisimè coherentia, luteis in granulis referta. Provenit passim secus itinera, odore destituitur, sola accedens nares feriens.*

AMBROSIA altera. Germ. Klein Draubenkraut.

AMBROSIA ALTERA.



Hanc plantam Ambrosi-*Martè.*
am quoq; nobis vocari libu-
it, quòd omnibus ferè notis
Ambrosiam referat.

BOTRYS, Græcis, Βοτρυς. Italis, Botri. Germ. Traubgewirt / Mutterkraut /
 d'ischer Botrus. Gallis, Pjment, Migraine, Millegraine, seu Patience.

BOTRYS.

FORMA.

Matth. Folijs provenit Cichorii, aut quercus modo laciniatis, sinuosisq; ramis numerosis, tenuibus, semine copiosissimo, racemosoq; refertis. Planta tota rufescit, & resinoso quodam sacco mader, aded vt comprehensa manibus hæreat, odorem quidem acrem spirat, & qui græuolentia quadam nares afficiat. non tamen sine aliqua susuitate.

LOCVS.

Diosc. Inuenitur in conuallibus, & in torrentium alucis.

QUALITATES.

Matth. Excalfacit, & siccit, aperit, incidit, abstergit, & crassa excrementa expectorat.

VIRES.

Diosc. Pota orthopneas mulcet.

Matth. Præstat eadem ad omnes pototis, & thoracis affectus pituitosos, quinigo etiam suppuratos adiuvat, quin etiam asthmaticos, & suspiciosos tñ herba ipsa ex decocto dulcis radice pota, tum ipsius herbe decoctum pluribus diebus haustum, additis lacteo melle, aut saccharo. Puralenta expuentibus mirificè auxiliatur. Herba ipsa facit quoque ad vteri cruciatus si in calenti tegula vino irrorata caleat, & ventri imponatur. Puerperarum à partu dolores mulcet. Concais, & in proelis ex oleo lilino, & quorum vitellis calefacta, vnà cum parthenij, & anthemidis floribus, adeo vt placente formam recipiat, & deinde calida venter illinatur. Suffiantur eiusdem herbe vapore vtiliter femine ad menses ciendos, & mortuos fetus eijciendos. Herba ipsa atida velleb^o interposita à tincis, & blattis cocitur, & odoratus reddit.



GERANIUM, *Geranis, Fepérin.* Italis, *Gerania.* Officinis, *Radix Geraniae, vel Re-fran-grua, vel Acumufcata.* Germanis, *Welfcher Storchschnabel.* Hispanis, *Fica de anguamba.* Gallis, *Rac de Cicougue.*

GERANIUM.



GENERA.

Sex Geranij genera nobis *Matth.* reperta sunt, ut inferius patebit. Dioscoridi duo tantum habentur, Plinio tria.

FORMA PRIMI.

Geranium folijs est anemo *Matth.* nes, dinifuris longioribus in vnoquoq; folio fenis. Caulem mittit ab ipsa radice rectum, tenuem, genicularumq;. Flores è geniculis in caule prodeunt puniceo rosarum fylae strium. ferè figura, sed longè minores, & quinque tantum folijs referti, è quibus rostellis oriuntur inferna parte lunati. Radice nititur rotunda, nuce pontica maiore, subnigricante, & dulci sapore prædita.

LOCUS.

Nascitur copiosum in Dal. *Idem.* matia in cultis locis.

QUALITATES, ET VIRES.

Radix drachmæ pondere in vino pota valuz inflationes discutit. Reficien- *Idem.* tibus se ab imbecillitate vrilissima est. Bibitur contra phthisim drachma in vini cyathis tribus bis in die. Succus radice auribus medetur, Epystoronicis semen drachmis quatuor cum pipere & myrtha potum, auxiliatur.

GERANIUM secundum. Italis, *Geranio secundo*. Germanis, *Tauben-Fuß*.

GERANIUM II.

FORMA.

Math. Folijs est malvæ minoribus, pediculis tenuibus, longis, & subtubentibus: caulibus gracilibus, flexilibus, floribus puniceis, è quibus acuminati apices oriuntur, gruinis capitulis similes. Radicem habet tenuem, dorantalem, & fibrosam.

L O C U S.

Math. Nasitur secus itinera, locis incultris, & in hortis.

QUALITATES, ET
VIRES.

Idem. Additur è Chirurgicis in portionibus intrinsecorum vulnorum, & fistulatum, quinetiam radicibus, & folijs ad recentia vulnera, & ulcera sananda, vtuntur. Fota quoq; vsurpantur ad articularum dolores.



GERA-

GERANIUM tertium. Italis, *Geranio terzo*. Germanis, *Storchschnabel*.

GERANIUM III.

FORMA.



Folijis viret cicutæ minoribus, seu Myrrhidis proximis, minus tamen laciniatis, humi accubantibus, quæ senescência rubescunt: caules habet breves, rotundos, pilosos, rubentesque: in quorum summitatibus spectantur flores puniceï, parvi, stellæ figura, è quibus acuti oriëntur apices gruinis rostris similes, sursum spectantes, capitulis balaustrij effigie: radice nititur candida tereti, ac dulci.

LOCVS.

Nascitur in ruderibus, circa Idem. sepes, secus itinera, & saxoso, & extenuato solo.

QUALITATES,
ET VIRES.

Isidem cum secundo genere viribus pollet.

Pp 5

GERA-

GERANIUM quercetum. *Italica, Geranio quarta. Germanis, Gottes gnab. Van-
Dancensfig.*

FORMA.

Matth.

Folijs affurgit cæteris gran-
dioribus, ranunculi æmulis,
octonis, circumquaq; diffusis,
numerosis, humi accubantibus,
prælongis, ac firmioribus
pediculis, nitentibus: cau-
les edit pinguisculos, & at-
ticulatos, ramis copiosis, in
quorum cacuminibus, flores
emittant in cæruleo purpurei,
cæterorum maiores. Quibus
flaccescentibus grana (vt in
cæteris) prodeunt capita, pro-
no in summitate rostro, tri-
plici apice in eorundem modum
rescisso. Radice quoq; cæteris
lægiorem habet, crassiorē,
robustiorēq; , colore rufes-
cente, & lignosa in matrice.

Locva.

Mem.

Provenit in pratis in Ger-
mania & Boëmia.

FACULTATES,
ET VIRES.

[Vulneraria est herba, & præsertim radix tam in potionibus addita, quam ce-
terius admota.



GERANIUM quintum. Italis, *Geranio quinto*. Germanis, *Napprechtstrauch*.

GERANIUM V.

FORMA.

Folia promit pentaphylli *Marb.* modo diuisa, magis tamē per ambitum serrata: subhirsuta, & prelongis pediculis, i plūsq; pilosis nitentia: caules habet dodrantales, tenues, & lanuginosos. Flores ex purpura rufo-fescentes, è quibus paruae, acutaeque oriuntur siliquulae, birsutae, ac subsaeptae, in quibus semen concluditur. Radicem habet dodrantalem, sed tenuem.

LOCVS.

Nascitur arido solo.

Idem.

QUALITATES,
ET VIRES.

Germanorum medici hanē *Idem.* tritam recentemq; peculiari-ter commendant ad Erysipelas, ad inflammationes mamillarum, & oris, & pudendorum vlcera.

GERA-



GERANIUM sextum, *Italica*, *Geranis fesse*.

GERANIUM VI.

FORMA.

Matth.

Folia profert Altheæ pto-
xima, caules plures, lentos, ge-
nicalatos, hirsutos, flores par-
uos, rubêtes, balsustij effigie,
è quibus rostrata prodeunt ca-
pitula. Radix illi est sesquido-
drantal, digiti crassitudine,
quæ humotenus rubescit.

LOCVS.

Idem.

Nascitur in montibus, &
præsertim in Baldo monte in
agro Veronensi.

QUALITATES,
ET VIRES.*Idem.*

Vicibus præstat vulnerarijs;
& ijs omnibus, quibus & cæ-
tera genera.



GRATER.

GNAPHALIUM, Græcis, Γναφάλιον. Italis, Gnaphalio.

GNAPHALIUM.

F O R M A.



Gnaphalium planta est inca- *Martb.*
na tota, tomentosaque, cauli-
bus compluribus fruncans, cir-
ca quos totos folia insunt cras-
sifuscula, oblonga, lanuginosa,
ac mollia: quæ verò in caulium
summitate spectantur in rose
modum orbiculata sunt. Radi-
cem habet multifidâ, ac ligno-
sam.

L O C U S.

Provenit raris in locis in Ita- *Idem.*
lia, & gaudet apricis, & siticu-
losis.

Q U A L I T A T E S.

Gnaphalium, ideo sic nomi- *Gal. li. 6.*
natum est, quòd folijs eius mollibus, ἀσβήρατον, hoc est, pro tomentis tan- *simp. me.*
tis sunt autem candida, & mediocriter adstringunt, proindeq; sunt, qui ex vi-
no austero dysentericis propinent.

V I R E S.

Bibantur efficaciter folia ex vino austero ad dysenteriam. Quinetiam ad *Diosc.*
diarrheam & cæliacas passiones. Profunt quoque enterocellis in pulverem *Martb.*
hausta.

GNAPHA-

*GNAPHALIUM vulgare, Impia Plinij, Herbatorminalis. Germa. *Schertan*

FORMA.

Incanatota est, ut prior, & que tomenti vicem prestare possit, caules pmit eruccos, mollibus, lanuginosisque folijs refertos, diuicatos in ramos complures, quorum nouelli superat longitudine vetustiores, & rotunda florū capitula que modo nata sunt altius surgentia despiciunt inferius relicta ortu priora. Semine pusillo seipsam serit quotannis, radice namque pusilla non diuturna nititur.

LOCVS.

Nascitur in locis sabulosis apricisque aggeribus.

QUALITATES,
ET VIRES.

Eadem huic ascribuntur, que priori.*

GNAPHALIUM VULGARE



TYPUS

TYPHA, Græcis, Τύφα. Italis, *Mazza forda*. Germanis, *Wassstolben* seu *Sturzenstolben*. Hispanis, *Bobordo*, seu *luzco Amacrocado*. Gallis, *Mache* seu *Masse de l'eau*.

TYPHA.



FORMA.

Folium edis Cyperidi si. Diosc. mile, caulem album, leuem, æquabilem, florem in cacumine arborescentem, densum, qui in pappos soluitur, quod paniculam aliqui vocant.

LOCVS.

Cignitur in palustribus, & Idem. aquis stagnantibus.

FACULTATES,
ET VIRES.

Huius herbæ flos suo illo Idem; adipe eloro exceptus, am-
bulis medetur.

FILIPENDULA, Italis, *Filipendula*, *Quibusdam Oenanthe, sed falso*. Germanis, *Do-
ter Steimbrey*, *Erde Eichel*.

FILIPENDULA.

FORMA.

Metz.

Folijs est numerosis ab vno pediculo utrinque seri-
tim dependentibus, pimpinella siue sanguisorbæ mo-
do, magis tamen sese stipantibus, oblongis, & per ambi-
tum denticulatis, caulibus ses-
quicubitalibus, in quorum fastigijs flores sunt albi, in
umbellæ ferè speciem cohe-
rentes, atque odorati. Radices habet multifidas, funi-
culi modo exiles, sed globu-
lis numerosis refertas perin-
de, ac in præonia fœmina, sed
longè minoribus, oblongis,
& rariusculis.

LOCVS.

Idem.

Nascitur in pratis & her-
bosis locis.

QUALITATES,
ET VIRES.


Idem.

Radix pota vrinæ remorat ut, eiusque stilliticio auxiliatur. Item renum, et
calculus, tum doloribus. Eadem stomachi inflationes discutit. Medetur suspi-
riosis, & agrè spirantibus, omnibusque in vniuersum morbis, quos pirinita-
citauerit. Radicum siccarum puluis vtiliter inspergitur comitialium cibus.



OENANTHE, Bulbocastanum, Tralliani, Græcis, *Onāta*. Italis, *Enate*. Germanis, *Frd. Kest.*

OENANTHE L.



FORMA.

Folia habet pastinacæ, flo-
res candidum, caulem cras-
sum, palmi altitudine, semen
striplacis. Radicem magnam
in multa rotunda capitula ex-
tubertantem.

LOCVS.

Nascitur in petris. * Bulbo-
castanum agris innascitur. *

QUALITATES, ET
VIRES.

Semen, caulis, & folia cum *Idem*.
multo vino pota, secundas eji-
ciunt. Radix ex vino-urine sul-
licidio conuenit.

APPENDIX.

Si huic plantæ caules ines-
sent crassi, assererem profecto
legitimum esse Oenanthe.

OENANTHE secundum. Italis, *Filipendula secunda.*

OENANTHE II ET III.

FORMA.

Matth. Folijs est pyrethri, aur pastinacæ sylvestris non ab similibus, caule fœniculaceo, qui umbellas in summis gerat, è ramis dependentes. Radicibus per omnia filipendulæ similibus.

LOCVS.

Idem. Pronenit in collibus, & locis à Sole illustratis.

QUALITATES, ET VIRES.

Idem. Creditur iisdem esse viribus, quibus filipendulam præstare diximus.

OENANTHE TERTIUM.

Matth. Folia promit Gingidij, caulem fœniculaceum striatamq; è cuius ramis umbellæ oriuntur candidæ. Radicibus numerosis filipendulæ similibus, sed vegetationibus globulis.



LOCVS.

Idem. Nascitur in arenis tractibus & in montibus.

QUALITATES ET VIRES.

Idem. Nihil differt suis viribus à præscriptis.

OENANTHE squarrosa, repens. Italis, *Filipendula serpeggiante*.

OENANTHE IIII.

F O R M A.



Herba est hūmi serpens, *Matth.* folijs certij ferè similibus, exilioribus tamen, & magis lacinjatis, caule sinuoso, striatoque. Capitulis in summitate hirsutis, in quibus semen. Radices mittit plures, rapunculi ferè effigie, non solum in ima-caulis parte, sed etiam in ramis, qui hūmi serpentes, radices quoq; faciunt.

L O C U S.

Nascitur in incultis locis. *Matth.*
* In paludibus sponte nascitur sine radicum tuberculis, has enim in hortos translata aut in acidam deplantata sibi demum adfciscit.*

Q U A L I T A T E S, E T
V I R E S.

Et si nihil certi de eius viribus, nobis constet: putamus tamen à cæteris Filipendulis non multum differre.

A P P E N D I X.

Oenanthe, has plantas, ideo appellare libuit, quòd ita Filipendulam, cuius sunt species, vulgares vocent. At qui re vera nec oenanthe sunt, nec eius species.

CONYZA, Græcis, *Konize*. Italis, *ConiZe*, seu *pulicaria*. Germanis, *Stod Wurz*. Hispanis, *Attadegua*. Gallis, *Herbe aux puces*.

CONYZA.

GENERA.

DIOSC. * Tria eius habentur genera, maius, minus, & medium. * inveniuntur etiam plura, & nos quartum adiecimus.*

FORMA MAIORIS.

Idem. Folijs est oliuæ similibus, latioribus tamen, & frutice altiori, grani odore, hirsutis, pinguibus, caule binno cubitorum, flore fragili, lutei coloris, qui in pappum abit. Radicibus superuacuis.

LOCVS:

Mattb. Nascitur in campestribus, in collibus, & amœnis locis.

QUALITATES.

Gal. 7. Conyza maior, & minor adsimilis sunt tum temperaturæ, tum facultatis. Gustui amaræ, & acris. Excalfaciuntque admodum iuculenter, adeo ut tertij sint ordinis excalfacientium, & desiccantium.



VIRES.

DIOSC. Frutex totus sufficit, substratūq; serpentes fugat, culices abigit & pulices occidit. Folia conuenienter illinuntur serpentium plagis, tuberculis, ac vulnibus. Flores, & folia cum vino ad menses, patrosq; ejiciendos bibuntur. Item contraxinæ fillicidia. Arquam morbum, & tormina, comitiales potius aceto adluant. Decoctum in deflectionibus vuluæ affectibus medetur, impetigo factus abortum facit. Herba ex oleo efficaciter horribus oblinatur.

CONYZA minor, Græcis, Κοιζή μικρά. Italis, Coniζe minore.

CONYZA MINOR.



F O R M A.

Folijs provenit alterius angustioribus, frutice breviori, pedali longitudine, & odore quidem præstantiori, cætera verò maiori similis habet.

L O C U S.

Provenit secus itinera, in campestribus, & in amoenis.

Q U A L I T A T E S, E T
V I R E S.

Adsimilis cum maiori est Galen. temperaturæ: quinetiam fa-
Diosc. cultis.

CONYZA tertia, Græcis, *Κονίζα τριτάτη*. Italis, *Coniζetta* &c. Germanis, *Stüchling*.

CONYZA TERTIA.

FORMA.

DIOSC. Caule est crassiore, & molliore, folijs medijs inter maiorem, & minorem, amplitudinis, minime pinguis, multo tamen granioris odoris, & iucundioris.

LOCVS.

DIOSC. Provenit humectis locis.

QUALITATES, ET
VIRES.

DIOSC. Potest omnia quæ priores, sed imbecillius operatur. Peculiariter autem auxiliatur siccæ farinæ dysentericis, si quotidie drachmæ duæ propinentur ex vino rubro aëreo.



SCONTZA QVARTA

FORMA.

Rubicundam proferit cau-
lem è radice tenui alba, qui fo-
lijs angustis, aliquantum pilo-
sis, in acumen desinentibus, &
parum incisjs, vestitur. In sum-
mo aliquot ramuli sustinent
flores luteos, precedenti simi-
les quibus proculdubio etiam
papposum semen respondet.*

Locvs.

Nascitur in pratis.



HEMEROCALLIS, Græcis, *Ημεροκαλλίς*. Italis, *Hemerocallis*, & *Giglio selatico*. Germanis, *Heydnitsch* & *Ellen*. Hispanis, *Lirio amarillo*. Gallis, *Luzerne*.

HEMEROCALLIS.

FORMA.

Diosc. Folium, & caulem habet Lilij, herbacei coloris, ut porrum. Flores in caule per singulos exortus terni, aut quaterni erumpunt lilij diuisura, quoties dehisserit cæperunt, è colore per quàm pallido. Radix magna est, atq; bulbosa.

LOCVS.

Matth. Provenit in segetibus, & campesribus inter vepres.

QUALITATES.

Gale. d. Hemerocallis radicem habet lilij radici similem, non figura tantum, sed & viribus. prodest non secus atque illa igni ambustis, quippe quæ leuiter digerentem facultatem habeat, & cum hoc repulsoꝝ quiddam.



VIRES.

Diosc. Pota radix, aut cum melle, & lana in pello supposita, aquam educit, & sanguinem. Folia trita, mammarum inflammationes à partu contractas, oculorumque collectiones mitigat. Radix, & folia igni ambustis vtiliter illinuntur.

HEMEROCALLIS altera, Italis, *Giglio salustico secondo*. Germanis, *Ärztli-
Geldwurz*.

HEMEROCALLIS ALTERA.



FORMA.

Alteram facie æmulatur, *Match*.
sed radicem habet, quæ plu-
ribus, & parvis coagmenta-
tur bulbis. quin etiam flores
profert Martagi modo re-
pandos, prioris hemerocallis
colore, ut eius imago quam
hic adiecimus palam demon-
strat.

LOCVS.

Provenit in montibus. *Idem*.

QUALITATES, ET
VIRES.

Eadem præstare possunt,
cum radix, cum folia, quæ
prior.

LILIVM conuallium, Italis, *Liljo conualle*. Germanis, *Reyentlümlein*. Gallis, *Muguet*.

LILIVM CONVALLIVM.

FORMA

Matth. Folia profert, quadantenus plantaginis effigie, sed tenuiora, leuia, neruisque carentia, cauliculos inuecos, triangulares, tenues, ac molles, obsequiososque, in quibus flores exeunt plures balanstij, aut arbuti florum effigie: odore eximio, & per quam iucundo, à quibus bacce enascuntur vitales, que per maturitatem rofescent. Radices demittit laxes, longas, fibris, capillamentisq; repletas, nullis adiacentibus bulbis.

LOCVS

Idem. Nascitur in montibus, & in eorum conuallibus.

QUALITATES.


Idem. Flores exalfaciunt, attenuant, digerunt, prouocant.

Idem. Aiunt inuate cor, atque cerebrum, ac omnes principes facultates. Idcirco retolutis, comitialibus, conuulsis, vertiginosis, verernosisque, animi deliquo laborantibus, & cordis pulsatione affectis inhibent. Item ægrè parturientibus stillacritiam florum a quam vtiliter porandam censent, & oculorum inflammationes eandem sanare putant.

VIRES.

CENSURA.

Qui Liliu conuallium Ephemeru alretum faciunt, ijs mens sana non est.



LEUCOIVM, Græci, *A. Adalios*. Mauritanis, *Keiri, Cheiri, sive Alcheiri*. Italis, *Violetta bianca, & purpurea*. Germ. *Nos Braun, und weiß Bell*. Hisp. *Violetta amarilla, & violetta blanca*. Gallis, *Violettes rouges, blanches, seu Violet* L.

LEUCOIVM ALBUM, ET PURPUREVM.

GENERA.

Tria Leucoij visuntur genera. Matth. ra, nempe Album, Purpureum, & Aureum.

FORMA.

Profiliunt omnia genera Matth. cubitali altitudine, ramosa, fructu- colaq; caulibus brassicæ exilioribus, sed foliorū facie variant. Namq; tametsi omnibus folia sunt oblōga, id tamen q; laucis ex utroque latere, folijs est longioribus, numero floribus, viridioribus, ac magis in acutum desinentibus. Cætera verò nempe album, & purpureum folia gerunt breviora, latiora, & minime mucronata, quin etiam superne, inferneq; canescentia.

LOCVS.

Scrūtur in hortis, & scilicet in idem. ad exornandas ædium fenestras.

QUALITATES.

Leucoij frutex vniuersus ex Galen. 7. tergerem facultatem possidet, sive. me. ac tenuium est parrium, plus tamen flores, & inter hos qui sunt sicciores, magis etiam quā virides: Radices similis quoq; sunt facultatis, nisi quatenus



cassioris sunt essentia, & magisterrenæ.

VIRES.

Sicci flores oculorum cicatrices crallas extenuant, tum menses quoq; decoctum eorum mouet, & secundas, scaturitq; emortuū elicit, & si bibatur vinum quoq; perimit, & abigens est medicamentum. Est enim id vti q; aliud amarum. Sic decoctū eius si non mens fuerit, sed aqua multum vteri phlegmonas persulfum sanat. potissimū quæ diurno tempore ad scirrhi modū induruerit, sic cum cerato vlcera ægrè ad cicatricē peruenientia curat. Sunt verò etiā q; cum melle ad oris vlcera adhibeant. Semē quoq; iisdē facultatib; præstat. Radices ex aceto illæ henes induratos sanant. Quinetiam phlegmonas in articulis induratas.

LEV.

LEUCOIVM aureum, Græcis, *Αλευριος άγγελος*. Italis, *Viola gialla*. Germanis, *Gelb Negel Bell*.

LEUCOIVM AUREVM.

FORMA.

Matth. Folijs est longioribus, numerosiorib⁹, viridioribus, & magis in acutum desinentibus. Flores edit luteos, odoratosque.

LOCVS.

Idem. Scribitur passim in hortis, & ficulis.

QUALITATES ET VIRES.

Diosc. Præstat ea omnia, quæ cætera genera, sed longè valentius. Ideoque præcipui est in medicina vsus.



PHYLLVM, Græcis, φύλλον. Germanis, Weisß Ringelkraut.

PHYLLVM.



GENERA.

Duum est generum, *βελονόβιον*, DIOSC. & *ἀρρηγόβιον*.

FORMA.

Telygonon provenit masculi DIOSC. modo, folio oleæ, sed colore magis herbaceo, caule tenui, brevis radice exili, florem album profert, semen papaveris masculinum. *Arthenogonon* vero cætera huic simile habet, solo fructu distat, habet enim racemosum quiddam deflorentibus oleis non dissimile.

LOCVS.

In saxosis nascitur.

Idem.

VIRIS.

Arthenogonon pota masculini sexus partus, ut *telygonon* feminei, facit prodiur.

TESTI-

TESTICVLVS, Græcis, *ἄρχη*, & *ἀρχορχίς*. Mauritanis, *Chaf*, Arabib. *Italo Testicolo di cane*. Officinis, *Testiculi vulpis*. Germanis, *Knabultraum*. Hispan. *Coyon de perro*. Gallis, *Couillon de Chien*.

G E N E R A.

Duo tantum genera Dioscoridi recensentur. Sed re vera plura passim spectantur, vt ex iconibus hic seriatim appictis palam fiet.

F O R M A.

DIOSC. Is qui Cynosorchis dicitur folijs exit circa caulem, & ima eius parte in terra striatis Oleæ molli similibus, longioribus, angustioribus, læuibus, caule dodrantali, florib⁹ purpureis, radice oblonga oliuæ modo, angusta, duplici ordine, superiore quæ plenior est, inferiore quæ mollior, & rugosior. Alter quæ Serapias appellatur, folijs est potri, latioribus, oblongis, pinguibus ex starum sinu inflexis, caule palmeo, floribus plantæ purpureis. Radice testiculis simile.

L O C V S.

DIOSC. Nascitur in petrosis, & sabuletis.

Q U A L I T A T E S.

Gale. 8.
simp. me. Cynosorchis vis inest humida, & calida, ac gustibus dulcior apparet. Cæterum maior

radix multam videtur habere humiditatem excrementitiam, & stercosam. Altera verò, minor videlicet, contra admodum elaborata est, ita vt eius temperamentum ad calidius, & siccius vergat. Orchis verò, quem & Serapida nuncupant, sicciores facultates obtinet, quàm vt primi ordinis haberi mereatur.

V I R E S.

DIOSC. Eduntur Cynosorchis radices coctæ, vt bulbi, ex quibus si maiores eduntur vici mares generate dicuntur. si minorem feminæ, alterum sexum. Illius verò radix qui Serapias appellatur, illi tumores discutit, vlcera purgat, & serpente eadem non paritur, abolet fistulas, & illi inflammationes delet. Aride radices nomus inhihent, sanantq; putredines, & oris vlcera cacoethæ. Alum filium è vino potæ. De hac eadem, quæ de Cynosorchis produntur.

T E S T I C V L V S.



TESTICULI SPECIES II.
ET III.



F O R M A.

Secundi, tertijq; Testicu- *Marb.*
li forma ex duabus his ima-
ginibus circumscribi potest.

L O C U S.

Nascitur in pratis mon- *Idem.*
tium, collibus, & herbosis
pascuis.

V I R E S.

Vires cum cæteris unifor-
mes habet.

TESTI-

FORMA.

Matth. Ex hac imagine facile quippiam quarti testiculi formam concipiet.

LOCVS.

Idem. Nascitur in montibus, & præsertim in pratis.

VIRIS.

Idem. Vires illi eadem sunt que & cæteris.



TESTICULI SPECIES V.

FORMA.

Folia gerit plantagini proxima, gemina, supernè striata, caulè dodrantalem, glabrum, leuemq̃; flores spicatos, candidos, odore longe suauissimo, radices (vt cæteri) duas oleræ magnitudine, longiusculas, nonnihil hirsutas.

LOCVS.

Prouenit in syluis & vallibus, & locis syluestribus, herboso solo.

VIRES.

Ea omnia potest, quæ cæteris generis.



RI

PALMA

PALMA CHRISTI MAIOR. Italis, *Palma di Christo maggiore*. Germ. *Hindlinnart*.

PALMA CHRISTI MAIOR.

G E N E R A.

Duum est generum, Alterum maius, Alterum minus.

F O R M A M A I O R I S.

Matth.

Maius folia habet allij, laetiora, nigris infecta maculis, caulem rotundam, laevem, florem spicatum, varium, in purpura albicantem, odore non ingrato. Radices duas, quæ sanè caninos testiculos referrent, nisi processibus quibusdam, quasi digitis humanam manum exprimere viderentur.

L O C U S.

Idem.

Nascitur in montibus, potissimum in pratis, & herbosis locis.

Q U A L I T A T E S, E T
V I R E S.

Idem.

Ea omnia præstat, quæ canini Testiculi. Peculiariter autem radices potæ crassa corporis excrementa pellunt, faciemq; detergant. Dantur maniacis magno iunamento, quin & in nervorum affectibus. Semen drachmæ pondere in vino potum comitialibus convenit. Febrem quoque quartanam curant radices duarum drachmarum pondere haustæ.

Nicolaus
Florentinus.



PALMA Christi minor. Italis, *Palma di Christo minore*. Germanis, *Stendelm.*

PALMA CHRISTI MINOR.



F O R M A.

Folij constar croci, caule *Marsh.* dodrantali, iuncoo, leniq., in cuius cacumine flos emicat purpureus amaranthi amulus, maturatori tamen purpura splendens, qui recens odorem quàm suavissimum spirat.

L O C U S.

Nascitur in pratis altorum *Idem.* montium.

Q U A L I T A T E S, E T
V I R E S.

Florum exicatorum pul. *Idem.* nis datur vtiliter potandum dysentericis, ex aqua in qua ferrum extinctū fuerit *Idem* totius plantæ thillanciam aquam praestare aiunt.

R e 2

H O R M L

HORMINUM, *Ocimum*. Italis, *Horminio*. Germ. *Welsch Tag und Nacht*.

H O R M I N U M.

GENERA.

Diosc. Horminum duplex habetur, domesticum & sylvestre.

FORMA DOMESTICI.

Diosc. - Planta est folijs matrubio similis, sed maioribus, caule semicubitali, quadrangulo, circa quem eminentiæ siliquis similes prodeunt, quæ ad radicem spectant. Flores edit in caule secundum folia per intervalla prodeuntes purpureo colore, in quibus diuersum semen concluditur.

Matth.

LOCVS.

Idem. Seritur in hortis.

QUALITATES, ET
VIRÆ.

Diosc. Semen ad venæ stimulam bibi cum vino voluit. Purgat cum melle argemas, albuginesq;. Illitum ex aqua tumores discentit, eo etiam aculei ex corpore emittuntur. Idem effectus est illitæ herbæ.



HORMI

HORMINVM sylvestre, Græcis, *Ἐριμύρις ἄγρια*. Italis, *Horminio saluatico*. Germ.
Wilde Scharlach Wilde Salbey.

HORMINVM SYLVESTRĒ.

FORMA.

Folio est Saluizæ ferè simili, *Matth.*
 caule sesquipedali, aspero, qua-
 drangulo, subhirtuto, striatoq;
 flore saluiz, purpurascete, sili-
 quis numerosis in humum re-
 flexis, in quibus semen rotun-
 dum, fusco colore.

LOCVS.

Prouenit in campestribus, in *idem*.
 pratis, secus itinera, & herbosis
 locis.

QUALITATES, ET
VIRES.

Eadem omnia præstat, quæ *idem*.
 de domestico scribuntur.



SCLEAREA, Italis, *Sclerea*, *Scarleggia*, seu *herba di sen Ciranni*, quibusdam *Marigolia*. Germanis, *Scharlach*. Gallis, *Ornat*, seu *Toutetonne*.

SCLAREA.

FORMA.

Matth.

Folij exi hominino quadruplo maioribus, ac latioribus, subasperis, crispis, humi accubantibus, caule sesquipedalī, & quandoq; maiori, hirsuto, firmo, quadrangulo, à cuius medio plures oriuntur rami, in quibus spicati exeunt flores subpurpurei, odore eximio, & quadam cum gravitate facundo, ex his calyculi oriuntur, in quibus habetur semen nigrum pellucidum, ac rotundū. Radice nititur multifida subnigricante.



LOCVS.

Idem.

Scratur in hortjs, & viridarijs.

FACULTATES.

Idem.

Excalfacit, attenuat, discutit, aperit, resoluit.

VIRES.

Idem.

Folia ex aceto imposita, panos per se, vel cum melle discutit. Item formicos ante quam acriminentur. Italis mulieres seminis granum oculis caligantibus inmittunt, nec inde auferunt nisi caligine soluta.

APPENDIX.

Idem.

Sclearea & si Dioscoridis *Horminum* non est, ego tamen *Horminum* nigrum aut odoratum appellauerim.

SECURIDACA. Græcis, *Ἠβραῖος*. Unguentarijs, *Pelesinam*. Italis, *Securidaca*. Germanis, *Groß Peilschen*.

SECURIDACA MAIOR.



G E N E R A.

Duum est generum, Alterum *Matth.* rium maius, Alterum minus.

F O R M A M A I O R I S.

Folijs exit ciceris, vnde cum *Matth.* ex vno processu erumpentibus, cauliculos edit tenues, lentosq̄, floribus diluto colore, purpurascētibz vt in pīso, sed minoribus. Siliquis habet quadam tenus falcatas, pressas, ad unco cacumine, in quibus rasum concluditur semen ancipitis securis effigie. Vnde illi nomen. amaro sapore. Radice vnica nititur, paucis adnatis fibris.

L O C V S.

Nascitur in segetibus, & hordeis.

Diosc.

Q U A L I T A T E S.

Hedyari semen colore rufum est, vtrinque anceps, vt securis. Amarum, & *Gal. 6.* sicciterbum apparet. *simp. me.*

V I R E S.

Semen haustum stomacho vtile, cum melle anteq̄ coitum subditum concipiendi spem adimit. Additur in Antidotis. Viscerum obstructions expurgat. *Gal. ibid.* Idem præstant totius fruticis ramuli. *Diosc.*

R̄r 4

SECURIDACA

SECVRIDACAMINOR, Græcis, *ἰδιόραγον μικρόν*. Italis, *Securidacaminore*. Germanis, *Silber Pflüschlein*.

SECVRIDACAMINOR.

FORMA.

Marth.

Maiori ferè adfimilis est, folia tamen minora fpectantur, numerosiota, & in cacumine retufa. Quin etiam & caules, & rami & catete quotquot funt partes minores habentur. Flores edit alteri hand abfimiles, fed puflillos, è quibus cornicula proueniunt rotunda, incurua, acuminato cacumine, quæ per maturitatem rufefcunt. Semen in his contentum alteri fimile est, fed minus, ac tenuius.

L O C V S.

Idem.

Nafcitur & ipfa inter fegetes in agris.

Q U A L I T A T E S, E T
V I R E S.


Ea omnia, quæ maiori afcribuntur, ea quoq; in minori repetiuntur.



ONOSMA, Græcis, *ὄνοςμα*. Italis, *Onofus*.

ONOSMA.

FORMA.



Oblonga folia habet, an- Diosc.
 cluse modo, longitudine qua-
 tuor digitorum, & unius lati-
 tudine, mollia, in terra iscen-
 tia, sine caule, sine semine, si-
 ne flore. Radice nititur ob-
 longa, tenui, infirma, rube-
 scente.

LOCVS.

Cignitur in asperis. Idem.

QUALITATES.

Onosma ex acris & amara Gal. li. 6.
 constat substantia. simp. me.

VIREB.

Folia ex vino pota partus Diosc.
 extrahunt. Prægnas si eam su-
 pergradiatur abortum facere
 dicitur.

RE 5 NYMPHÆA,

NYPHÆA, Græcis, *Nymphæa*. Mantitanis, *Nitofar*, seu *Nitofar*. Barb. *Nerofar*. Italis, *Nimphaea*. Germanis, *Weiß Seebiumen*; & *Haarwur*. Hispanis, *Plantas del río*, & *Higos del río*. Gallis, *Blanc de eau*, seu *Linet de eau*, seu *Lindeflag*.

NYPHÆA ALBA.

GENERA.

Martb. Tria eius habetur genera, duo magna, alterum quidē album, alterum Luteum, & tertium, quod patavū appellatur.

FORMA ALBÆ.

Diosc. Folijs est fabæ Ægyptiæ, minoribus, & longioribus, alijs in summa aqua, alijs demerſis, pluribus ex eadem radice prodeuntibus. Flore albo, Lilio ſimili, & in medio crocos habente, cū defloruerit, ut rotundum malum, aut papaveris caput extubetat, nigro ſemine, denſo, & lato, levi guſtus. Caulis eſt levis, niger, minimè craſſus, Ægyptiæ fabæ cognatus. Radix nigra, craſſa, ſcabra, clauæ ſimilis.



LOCVS.

Idem. Naſcitur in paludibus, & ſtagnantibus aquis.

QUALITATES.

Galen. 2. Nymphaeæ tum radix, tum ſemen de ſiccâdi vim habet, citra morſum. Porro ſimp. mc. nonnullam etiam aſtergendi vim obtinet.

VIRÆ.

Diosc. Sicca cum vino pota cæliacis, dyſentericisq; auxiliatur, & Lienem abſmir. Radix ſtomachi, & veficæ doloribus illinitur, vitiliges ex aqua emendat, impoſita cum pice alopecijs medetur. Eadem cõta venteris inſomnia bibitur.

Martb. Patatur è floribus oleum iſtis in eo inſolaris, quò vtuntur medici, vbi refrigerare ac humectare ſit opus. Soporiferi enim quidpiam illi in eſt, ſolia recens reoibus admota ſeminiſ proſtũ uia ſiſtunt.

NYMPHÆA altera, Græcis, Νυμφαία ἑρπίς. Italis, Nymphægiella: Germanis, Gelb Seebiumen.

NYMPHÆA LUTEA.



FORMA.

Folijs est antedictæ, radice DIOSC. alba, scabra, flore luteo, nitens terosæ simili.

LOCVS.

Pronenit & hæc in stagnis, Marib. leucus, & paludibus.

QUALITATES.

Desiccandi vim habet tum Gal. li. f. semē, tum radix citra omnem *sup. me.* morsum, & non nihil abstergunt.

VIRES.

Huius semen & radix, con-DIOSC. tra feminarum profusiva efficaciter ex vino nigro bibuntur, cætera cum altera paria sunt. Attamen huius radix ad Gal. mulierum profusiva imbecillior.

CENSURA.

Qui putat Arabum, & Græcorum Nymphæas diuersas esse plantas, proculdubio hallucinatur.

NYMPHÆA parva, Græcis, *Nymphæis parvè*. Italis, *Nymphæa piccola*. Germanis,
-*Klein Seebium*.

NYMPHÆA PARVA.

FORMA.

Marsh. Folijs est aliarum facie similibus, sed brassicæ marinæ paulò maioribus. Flore candido, capitalis exiguis, ut in cap-pari, semine intus papaveris magnitudine.

LOCVS.

Idem. Nascitur in Lacubus, & paludibus, circa eorum litora, in aqua tamen, nec alibi eam videre licuit, præterquam in Boëmia.

QUALITATES,
ET VIRES.

Idem. Imbecillioribus longè viribus est, quàm cætera de quibus diximus.



**NYMPHÆA*

* N Y M P H E A parva alia.

F O R M A .

Folijs est circinitate rotunditatis, subtilissimis, prodeuntibus è radice longa duos digitos, inferius recurva, colore partim viridi, partim sublaurea, superius præsertim, nodis quibusdam protuberantibus, inæqualiter cõpacta, quotum singulis in medio nigricantia duo puncta insunt, à fibris quæ deciderunt, relicte, enascuntur ab hac fibris complures, albæ, crassiusculæ, spõgiosæ ad octo digitorum longitudinem, sapore nullo insignes. Floræ non vidi.

L O C U S .

Nascitur in Helvetia sub Suamedinga pago.*



ANDRO-

ANDROSACES, Græcis, *ἀνδρῶσακς*. Italis, *Androsace*.

ANDROSACES.

ANDROSACES.

FORMA.

DIOSC. Androsaces herba est amara, tenues (pargens inaeos, sine folijs, folliculos in capitibus habens, in quibus semen continetur.

LOCUS.

Idem. Gignitur in Syriae maritimis.

QUALITATES.

Gal. li. 8. Androsaces humida, & assup. me. cras herba est.

VIRI.

DIOSC. Ea drachmis duabus ex vino pota hydropicis copiosam urinam eicit: eodem effectum praestat, & semen potū, & herba decoctum: podagris vtiliter illinitur.



ANDROSACES.

ANDROSACTIS ALTERA.



Sunt qui putent hanc plantam ^{Mart.} Androsactem legitimam esse, quod è Syriæ maritimis aliam sciunt. Verùm cum folia in summitate gerat, non possum ego facillè eorum subscribere placitis, eam tamen hic excudi curauimus, ut aliorum quoque sit iudicium.

ASPLENYM.

ASPLENVM, quod Scolopendrium aliqui vocant, Græcis, *ἄσπλην*. Manis. *Scolopendrium*. sive *Scolopendrium*. Officinis, *Cetrach*. Italis, *Aplero*, & *Cetrach seu herba inderata*. Hispanis, *Deradilba*. Gallis, *Cetrach*.

FORMA.

Diosc. Folijs est multis scölopendræ animalis similibus, ab radice vna prodeuntibus, nec caulem, nec florê, nec semen habet. Folijs polypodij modo diuiduntur, subterflanescentia, hirsutaq; , supernè viridia.

L O C V S.

Diosc. Nascitur in parietibus, fissisq; siliceis (oppidorum mœnibus) & opacis.

QUALITATES.

Gal. li. 6. *Asplenium tenuium quidè partijs, non tamen calida herba est, hac utiq; ratione, & lapides frangit, & lienes liquat.*

VIRES.

Diosc. Folia in aceto seruescunt, & per dies quadraginta pota, lienum absumunt, quibus etiam contritis, lienum ex vino illini oportet, stranguariz & regio morbo prodest, singultum sedat. Calculis vesicae comminuit, conceptum adimere creditur per se aut cum Muli lienis pensâ. Tradunt nocte silenti Luna huius rei gratia effodienda. Ponitur in decoctis, quæ ad melancholicos parantur morbos.

ASPLENVM.



HEMIONITIS, Γίγξίς, *Γίγξινος*. Italis, *Heraionite*. Germ. *Welsch-Dürstjung.*

HEMIONITIS.



FORMA.

Folium emittit dracunculi, *Diosc.* lunatum, radicibus cohaeret multis, tenuibus, nunquam florem, neq; semen, neq; caulem gignit, austero tota planta sapore.

LOCVS.

Nascitur in petrosis. Itaque *Diosc.* Romę nasci eum scribunt prope magnum amphitheatrum, quibusdam in ruderibus, aut aedificiorum ruinis.

QUALITATES.

Adstrictionem simul & a-*Gal.* amaritudinem possidet. *sup. ut.*

VIRIS.

Ex aceto pota lienem absumit.

Italica, Sfera cavallo, ita appellatur, quod equis calceos ferreos calcata curabat, Chymistis Lunaria minor. Quibusdam securidacæ etiam nuncupatur.

S F E R R A C A V A L L O.

F O R M A.

Matth.

Folijs exit minori Securi-
dacæ proximis; pusillis, cor-
disq; faciem referentibus, in-
curva secundum longitudi-
nem excurrente linea, pluri-
bus vtrinq; è longo pediculo
emergentibus siliquis oblon-
gis, pressis, numerosis, altera
parte sinuatis incisuris diuisi-
lis, foraminum rotundorum
speciem referentibus, promi-
nente vtrinq; orificio. Caules
habet angulosos, striatosq; ra-
mulis numerosis refertos, se-
mè è siliquis prodit lunatum,
bicornè. Vnde apud chymis-
tas Lunariæ nomen adinuenit.

L O C U S.


Idem.

Oritur in altis montibus.

Q U A L I T A T E S, E T
V I R E S.

Idem.

Nullum quod sciam habet
in medicina usum, quamvis
non desint herbarij, qui eam in potionibus vulnerum addant. Chymistis
tantum ex argento vino argenteam puram fieri fabulantur.



LYNARIA minor, siue Lunaria Boerytia. Italis, *Lunaria del grappolo*. Germanis, *Wunderkraut* / *Wunderkraut*.

LYNARIA MINOR.

FORMA.

Canle constat simplici, do- *Marth.*
 drantali, rotundo, lento,
 gracili, è cuius medio in la-
 tus ramusculus exit costæ ef-
 figie, cui folia infant vtrinque
 septem, aut plura, lunata, et af-
 sa, firmaque brassicæ marinz
 modo. flores profert in sum-
 mitate caulis oxalidis mino-
 ris modo, semine rufo, rotun-
 do, in vix modum racema-
 tim coherente.

LOCVS.

Nascitur in alcis montibus *Idem.*
 herboso loco.

QUALITATES, ET
VIRÆ.

Vulneraria est planta, effi- *Idem.*
 caxq; vulneribus recentibus
 glutinandis. sanat pota intrin-
 secas corporis fracturas, & ex-
 trinsecas quoq; illita, quare

miris celebratur laudibus ad puerorum enterocellas. Datur vtiliter, commo-
 deq; dysentericis, planta tota in puluerem contrita ex vino austero pota. Albas
 vteri fluxiones supprimit, quæ tam admodum, & rubentes.

In Anglia quædam species huius nostre Lunarie inuenitur quæ pluribus folijs donatur, & nonnunquam pluribus etiam racemulis, quam delineari iussi, ut alijs quoque herbarum investigatoribus hæc varietas innotesceret.*



CHAMÆMELON, Græcis, *Αΐδιον*. Italis, *Camemilla*. Germanis, *Camillen*. Hispanis, *Mançuilla*. Gallis, *Camemina*, & *Camemille*.

ANTHEMIS SIVE CHAMÆMILLA.

FORMA.



Rami sunt illi dodrantes, Diosc. & sæpe maiores, fruticosi, alis multis, concavi, tenuibus foliis, parvis, numerosis, rotundis capitulis, floribus in medio aureis, forinsecus orbiculari ambitu candidis, & odoratis.

Locva.

Provenit iuxta semitas in Diosc. arvis, inter segetes & in pratis.

QUALITATES.*

Chamæmelum tenuitate *Galen. lib.* quidem rosę persimile est, *ca. 4 & 6.* lore verò ad olei facultates *simp. me.* magis accedens, animalium familiares, tum temperatas, quas propter lassitudinibus, si quid aliud confert, doloresq; sedat, mitigatq;ne. Præterea renla remittit, & laxat, quæq;

mediocriter dura sunt, emollit, quæque consipata rarefacit, excofacit, & defecat ordine primo.

VIRES.

Pota, & infusione menstrua pellit, partus, vrinam, calculosq; aduersus infationes, & ilei tormina bibitur. Bilem suffusam expurgat, locinoris vitia sanat. Eius decocto vesicæ fouentur, & renes in calculi dolore, vrinam ciet, *Agilopsis* illita medetur, commanducata vlcerum eruptiones in ore sanat. In summa omnibus fetè humani corporis morbis medetur.

*CHAMÆMELVM Romanum flore multiplici.

F O R M A.

Multo suavis, & Aromaticum quiddam olet, & tenerioribus repte cauliculis, foliolis quoq; brevioribus ornatur, & imprimis floribus cōmendatur adeo dense stipatis foliorum luxuria, vt nonnunquam centrum luteum profus operiant.

L O C U S.

Infractiorib⁹ tantum hortis familiaris est in Germania. Sed circa Autelias sponte nasci quidam referunt.

Q U A L I T A T E S, E T
V I R E S.

Præstantior est facultatibus suis quam vulgaris, Et præcipue ex huius floribus, succo & vino albo syrupus conficitur iſtero splenis & hydropivillimus.*



ADONIS

ADONIS, Eranthemum quorundam. Germ. Seidenblüm Margrethen Schlüssel.

ADONIS.



Herba subamata est & herbaceum quid redolet. radice nititur gracili, fibrosa & lignosa.

L O C U S.

Nascitur in agris tantum, in ter segetes, & à quibusdam in hortis colitur.

F A C U L T A T E S.

Eius semina ad frangendum calculum efficacissima sunt.

Sunt qui hanc plantam, *Mark.* quam quidam Virgilij Adonidem vocant, eam Chamæmeli speciem faciant, quæ flore purpureo provenire asserit Dioscorides. Sed proculdubio falluntur, quod ipsiusmodi Anthemidis flores in medio auro sint colore, & perambitum, ut in Amello.

* Huius vero flosculi aptes quidem luteolos habent sed raros & sæpius nigros circa capitulum fuscum & obscure vitens, & folia in rubore splendens versus medium atra, calix quinque folijs consistat, quæ & ipsa tubent intrinsecus. canaliculis tenuibus folijs vestiuntur, sylvestris nigellæ similioribus quam Chamæmeli vel Anthemidis folijs. Echinatum capitulum efficiunt semina coherentia, quæ sub finem æstatis delapsa crescant, perficiunt autem caulem & florem sequenti æstate.

*ADONIS FLORE PALLIDO.

FORMA.

Præcedenti in cunctis simili-
lis est, præterquam quod flo-
res pallidos habeat, in medio
tamen similiter nigricantes;
aut in purpuram vergentes.
gustu etiam responderet priori.

Locvs.

Nascitur iisdem quibus pri-
or, locis.*



PARTHE

PARTHENIVM, Græcis, *μαθήριον*. Officinis, *Matricaria*. Italis, *Matricaria*, seu *Amarelis*. Germanis, *Wutterkraut* / siue *Wetteram*. Gallis, *Matricaire*.

P A R T H E N I V M.



F O R M A.

Folijis exit coriandri, tenuibus, flore per ambitum albo, intus melino, odore subuloso, sapore amaro.

L O C U S.

Seritur in hortis, ac etiam Matb. sponte nascitur.

Q U A L I T A T E S.

Excalfacit, siccatur, aperit, Idem. abstergit, prouocat, resoluit, flatu pellit.

V I R E S.

Siccaturum cum aceto multo, aut sale potum, non secus atq; epithimum bilem, & pituita detrahbit, suspiriosis prodest, & melancholicis: herba sine floribus pota calculosus, & anhelatores iuuat. Valer decoctum ad infundendum in ducitua vuluorum, & inflam-

mationibus. Illinitur sacro igni & in collectionibus cum flore. Epotus succus *Matb.* drachma pondere cum saccharo ventris tineas perimit. Illitus, impetigines, alphas, & lentiginis emaculat. Peculiariter autem auxiliatur omnibus vteri affectibus, quos flatu, aut pituitosus humor excitauerit: mensis ciet, & secundas. talefit recens super tegula: & irrorata vino ventri illinitur contra vteri dolores.

TANACETUM, sine Athanasia, Italis, *Tanacetto*, sine *Deuda*. Germanis, *Rei-
farn*.

FORMA.

Marsh. Folia gerit maioris millefo-
lij amulis, aliquanto tamen
maioribus, amaro sapore, &
odore grani, canibus bicubi-
talibus, floribus melinis, au-
reis globulis similibus, umbel-
latim quadantenus micanti-
bus. Radice nititur vnica com-
pluribus adnatis fibris.

LOCVS.

Idem. Provenit in hortis, & etiam
alibi sponte per se nascitur.

QUALITATES.

Idem. Excalfacit, exiccac, abster-
git, aperit, flatus pellit.

VIRES.

Idem. Alui, ventriculi, & vteri fla-
tus discuit: Lumbricos pel-
lit, vrinam ciat, & menses, cal-
culos eiicit, obstructiones vi-
scerum aperit.

TANACETUM.



BYPHEAL

BYRRHATHMUM, Græcis, Βύρραθμα. Latinis, *Oculi bovis*, Italis, *Burrhathum*,
sur Oculis di bur. Arabibus, *Bihar*. Germanis, *Kindes Aug*. Gallis, *Oiel de Bovf*.

BYRRHATHMUM.



FORMA.

Caules emittit tenues, mol
 lesque, folia fœniculi, luteum
 florem, anthemide maiorem,
 oculi similitudine, vnde no-
 men traxit.

LOCVS.

Circa oppida nascitur, & in
 campestribus.

QUALITATES.

Flores anthemidis floribus
 simillimi sunt, sed multò illis,
 sup. me-
 tum maiores, tum acriores,
 proinde & vehementius dis-
 cutiunt.

VIRIS.

Flores cum cerato triti, tu-
 mores, duriciasque discutiunt.
 Aiunt epotam herbam post
 exitum à balneis, Regio mor-
 bo correptis colorem tractu
 temporis reddere.

*BYRRHATH-

*BYPHTHALMUM flore purpurascens.

FORMA.

Hęc eadem cum priore est, in eo autem differt, quod flores huius foliosa à parte externa vel in totam purpurascit, vel saltem per medium purpurascens quiddam habent. Caulis quoque in priore plane viridis, in hoc purpureus est.

Locvs.

Nascebatur in horto cuiusdam Iutisperiti Genevæ, translata fortè illuc ex vicinis montibus Allobrogum.*



Bellis maior. *Italia*. *Primo fere maggio*. seu *Flore di primavera*, & *occullo Primula verumaior*. *Germanis*, *Scyphl. th. Ruyb. am.* & *Josephinum*.

BELLIS MAIOR.



GENERA.

Complura *Bellidis* habentur genera. *Matth.*

FORMA MAIORIS.

Folia gerit prope radicem, *Matth.* quereus modo serrata humi accubantia, crassiuscula, robustaq; sed quæ in caule sunt angustiora, ac longiuscula spectantur senecionis quodante nus emula, complures ab vna radice emittit caules, cubitales, teretes, robustos, è quorum summis partibus fiotes exeunt anthemidis, aut pathe nij maiores, qui estate setè tota perdurant, colore intus aureo, & per ambitum cædido. Radix illi est multifida, haud valde descendens.

LOCVS.

Nascitur in pascuis, pratis, *Idem.* secus itinera, & in agrorum marginibus.

QUALITATES, ET VIRES.

Præstant flores ad strumas & caluarię fracturas, qui etiam ad thoracis vlcera, *Idem.* quæ in eius cauitatem penetrarunt, in quem vsum *Bellidum* in potionib. addunt. Sunt qui omnia genera commendent ad Echiadicos, & resolutos, commansa sollanant cum oris, tum linguæ exulceratas pustulas. Eadem rufa genitalium inflammationes exingunt ac etiam resoluunt. Herba ipsa recens ex oleo & aceto deuorata, aluum adstrictam lenit. Id quod etiam præstat ex iure pinguium carniū decocta, & vnà cum iure sumpta.

**BELLIS* media, siue syluatica, seu montana.

BELLIS MEDIA.

GENERA.

Duo habentur genera, mas & femina forte, differunt enim colore, magnitudine & latitudine foliorum.

FORMA.

A. Caules plures habere solet, a duobus ad octo, singulos cum singulis floribus, nisi preter naturam duo siue distincti siue in vnum confusi flores vni cauli insident, quod non raro et accidit, & tum caules non rotundi sed latiores sunt. Folia ei sunt oblongiora, angustiora, caules quoque longiores. In B. vero latiora sunt folia & caulis magis rubet, singularis. Fortè autem cum herba adultior est, in hac quoque specie plures sunt caules. Sapor utriusque acris, renuium partium, ferè ut virgæ aureæ & radix ferè similiter transuersa odore non ingrato.



LOCVS.

Nascitur in syluis & in Salena monte.

QUALITATES.

Calida & sicca videtur in tertio gradu.*

BELLIS minor, Italis, *Primo flore minore, fior di primavera.* Germanis, *Mastlieb;*
Gallis, *Marguerites, seu Pasquette.*

BELLIS MINOR.

FORMA.


Folij provenit alterius mi *Marth;*
noribus, minimè sinuatis, hu
mi accubantibus, cauliculos
edit tennes, obsequiosos, ro
tundos, dodrâte minores. Ra
dicem alteri longè minorem
multifidamque.

L O C U S.

Nascitur in pratis, & pa *Idem.*
scuis.

Q U A L I T A T E S,
E T V I R E S.

Prestat omnia quæ maior. *Idem.*



BELLIS

Bellidis minima, Italis, *Margarite*, & *flosi di prima vera gentili*. Germanis, *Zinn*, *senfichen*.

G E N E R A.

Metth. Pluribus spectantur generibus, quæ florum varietate dignoscuntur.

F O R M A.

Idem. Folia tametsi in omni genere habeantur longiuscula, & crassiuscula, solo procumbentia, atq; per ambitum sensim serrata; flores tamen coloribus, & foliorum stipatu inter se variant. Siquidem in uno genere cætro tenus autei, & per ambitum rubentes cernuntur, in altero verd ex candido rufescentes, aut versicolores. Sûnt etiam qui intus rubescant, & in ambitu albicent, quin etiam in quodam genere flores habentur exilibus admodum foliolis, ipsiq; versicoloribus aded ubiq; stipati, vt sericinos floccos penè referant.

B E L L I D I S S P E C I E S.



L O C U S.

Idem. Semantur in hortis, & scitilibus ad coronamenta.

Q U A L I T A T E S E T V I R E S.

Omnia genera paribus viribus pollent.

PAEONIA, Graecis, *Tamariſcu*, ſeu *mauria*. Arabibus, *Feonia*. Italis, *Pernia*. Germanis, *Peennien*. Hispanis, *Rosa del monte*, ſeu *Rosa albardeira*. Gallis, *Fianne*, ſeu *Pynneot*.

PAEONIA MAS.



GENERA.

Duum est generum, Mas **DIOSE**
& **FEMINA**.

FORMA MA-
RIS.

Mas folia iuglandis habet. *Idem*.
Radix ei inest digitali crassi-
tudine, & palmi longitudi-
ne, alba, gustu adstringens:
Flores & fructus feminae si-
miles.

LOCVS.

Provenit in altissimis mon. *Idem*.
tibus, & p̄ceptis.

QUALITATES,
ET VIRES.

Ijs tum qualitatibus, tum *Metth*.
vicibus praestat, quarum &
femina, de qua statim dice-
tur.

T: PAEONIA

P A O N I A femina, Græcis, *Παονίδα*, sine *Παονία* *Βαρία*. Italis, *Pavonia*, *mina*.

P A O N I A F O E M I N A

F O R M A.

DIOSC. Folia Smyrniij more diiuduntur. flores mittit summo caule grandes, è quibus siliquæ oriuntur amygdalis similes, in quibus cum dehiscunt multa grana exigua, rubra, acinis punicatorû similia, inveniuntur. Radices habet ceuglandes circiter se ptem, aut octo, ut in haustula regia.

L O C U S.

Idem. Nascitur in altis montibus, saxosis, & præruptis locis.

Q U A L I T A T E S.

Gal. 6. sim. med. Radicem habet leuiter adstringentem, quæsi cum dulcedine, & si plusculum dentibus mandas, acrimoniam item quampiam subamaram subesse percipies. Expurgat porro etiam iecur obstructû, & renes, præsertim quæ acris & subamara est. Est autem facultate omnino resiccatoria vehementer, haud tamen insigniter calida, sed aut ad symmetrum, aut paulò calidius temperamentum attingens est.



V I R E S.

DIOSC. Siëca radix feminis, à partu non purgatis datur, ciet menses, amygdale ægnitudine pota, ventris doloribus cum vino hausta auxiliatur, valet conuulsium morbum, & renum, & vesicæ dolores, decocta in vino aluum sistit. Rubra grana, rubentes menses sistunt decem, aut duodecim pota ex vino austero, sennachicis, & erosionibus ea esse prodest. à pueris pota initia calculorum cimmunt, grana nigra auxiliatur nocturnis suppressionibus, Vulæ strangulationibus, atq; doloribus. xv. numero pota in aqua mulla, aut vino. Prefusa collo suspensa Radix comitialibus pueris, & pota capitis affectibus auxiliatur, & idem facit semen.

Gal. 6. sup. med.

LITHOSPERMUM minus, Officinis, *Milium folis*. Græcis, *Λιθόσπερμον μικρόν*.
 Italis, *Lithospermo minore*, *Miglio saluatico*, seu *Milium folis*. Germanis, *Stein*
Wurzels / seu *Steinsamen*.

LITHOSPERMUM MINUS.



FORMA.

Planta est fruticosa, cauli. *Matth.*
 bus pluribus referta, sesqui
 pedalibus, lignosis, firmis, in
 quibus folia insunt oleæ mi-
 nora, & semen circa folio-
 rum exortum, album, milij
 simillimum, pellucidumq̃,
 sed lapidea ferè duritie. Ra-
 dices habet tenues, nume-
 rosasque.

LOCVS.

Nascitur arido, & sabulo. *Idem.*
 fo solo.

QUALITATES,
ET VIRES.

Semen cum vino albo po. *DIOSC.*
 tum, calculos frangit & vtri-
 nam pellit. Semen datur *Matth.*
 tiliter potandum diebus plu-
 ribus sesquidrachmæ pon-
 dere addita Asplenij semi-
 drachma, & succini scrupu-

lis duobus ex succo plantaginis aut portulacæ aut lactucæ ad gonorrhæam co-
 hibandam. peculiariter autem iuuat fœminas ægre parturientes, si seminis
 drachmæ duæ in puluerem contriti ex humano lacte propinentur.

* LITHOSPERMON sylvestre, arvense, vel nigrum, Græcis, *Αδελφωγαν*
Ξυρον. Germanis, *Wilder Wechirsfen*.

LITHOSPERMON SYL-
 VESTRE.

FORMA.

Herba hæc excedit cubi-
 tum altitudine, folia habet
 quodammodo similia folijs
 Milij solis, minora, non ita
 quidem dura sed aspera, ni-
 gricantia, per ramos sparsa,
 quæ quo magis ad superiora
 tendunt minora fiunt. In mul-
 tos dividitur ramos tenues a-
 speros, in quibus sunt flores
 albi, parvi, similes floribus
 milij solis, ordine per ramos
 ascendentes, & ad unum quæ-
 que sunt folia, ijs succedunt
 semina nigra, terna vel qua-
 terna simul, similia seminibus
 Echiorum, Buglossæ vulgaris
 vel Borruginis, stipata par-
 vis foliolis vt in Borragine, ra-
 dice nititur succi plena, an-
 nua tamen, superiore parte
 subrubente.

LOCVS.

Nascitur in segetibus & in-
 ter olera.*



PHALARIS

PHALARIS, Græcis, Φάλαρις. Italis, Falari.

P H A L A R I S.



F O R M A.

Cauliculos emittit zex cul- DIOSC.
mis fimiles, à minutis, ac nul-
lius vfos radicibus: multis, du-
um palmorum, geniculatos,
graciliores, validiores, ac dul-
ces, semen candidum, in spi-
catis capitulis, oblongum, mi-
lij magnitudine.

L O C U S.

Scrítur in Italia, *Specaculi Matth.*
gratia.

Q U A L I T A T E S,
E T V I R E S.

Tunditur, & in aqua, aut
vino succus, & ad vesicæ cru-
ciatus vtilissimè bibitur: Se-
men cochlearis mensura po-
tum ad eadem efficax est.

T C 3

R V B I A

RUBIA facina, sive Domestica, Graecis, *Εποδύλαρος*. Arabibus, *Pass. se Psa*,
Alfabagin. Italis, *Robbia*. Germanis, *Farberrot*. Hispanis, *Rusia*. Galis,
Garence.

RUBIA SATIVA.

G E N E R A.

DIOSC. Duo eius sunt genera, vna sponte prouenit, altera seritur.

F O R M A S A -
T I V E.

Idem

Caulés illi sunt asperi, & quadranguli, longi, apertina non dissimiles, robustiores, & multo profusius maiores, folijs per intervalla circum articulos stellarim decussatis. semen rotundum, inter iniuria vitide, mox rubrum, postea cum maturuerit nigrum. Radix tenuis, longa, rubra.

L O C U S.

Merib.

Scratur quibusdam in locis in campis, in Echnria tamen domestica etiam sponte nascitur secus itinera, sepes, & fruteta.

Q U A L I T A T E S.

Gal. li. 6.
simp. ms.

Radix acerbata gustu est, & amara. Iraque Iecur, & lienem expurgat, urinam trahit crassam, & sanguinolentam, & menses, ac modo dicitur abstergit.

V I R E S.

DIOSC.

Radix urinam ciet, qua de causa regio morbo opitulatur, ex aqua multo posita. Item Ischiadicis, & resolutis, crassam, copiosamq; urinam pellit, non tantum & sanguinem. bibentes tamen quotidie lauare oportet, & excrementorum quae redduntur differentiam spectare. Ramuli cum folijs ex vino potu praestant aduersus serpentium morsus, semen ex aceto potum lienem abstergit. Imposita radix trahit menses, & secundas. Illita ex aceto albus vitiq; ni medetur.



RUBIA sylvestris, Græcis, *Ἐρυθρίδαριος ἄγριος*. Italis, *Robbia salustica*. Germanis, *Wilde Rote*.

RUBIA SYLVESTRIS.

FORMA.

Caules, & folia minora *Matth.* longè spectantur quàm domesticæ, & minus quoque aspera. Radix etiam illi est non adeo rufa, multifida, tenuisque.

LOCVS.

Prouenit sylvestris locis *Idem.* secus itinera, in frutetis & propter sepes.

Eius vires longè imbecil- *Idem.* liores sunt quàm domesticæ.



LONCHITIS aspera, Græcis, *Asp. ἄσπερος*. Italis, *Lonchite aspra*. Germanis, *Epitant*.

LONCHITIS ASPERA
MAIOR.

GENERA.

Matth. Duo eius reperiantur genera, Maius, & minus, quamvis Dioscotides vnus tantum meminerit.

FORMA.

Matth. Folijs est Scolopendrij proximis, longioribus tamen, ac magis diuisis, & ad polypodij faciem potius accedentibus, spitzæ longitudine, vtrinque disparibus incisuris dissectis, tenuibus, aculeatisq; denticulis circumferratis, ac vbique asperis, vnde illi nomen. caulem non profert, nec flores, neq; semen, perinde ac polypodium, & asplenam, quorum imaginem refert. Radice nititur multifida tenui Phyllitis modo.



LOCVS.

Idem. Nascitur in vmbrosis, opacis, & humectis locis.

QUALITATES.

Gale. 7. Folia ad glutinanda vulnera vtilia sunt, cum sunt adhuc viridia, sicca tamen *simp. mat.* ex aceto pota lienes induratos sanant.

VIRES.

Diosc. Vulneribus mirum in modum prodest, in eisq; inflammationes escinti non patitur. ex aceto pota lienum absumit.

LONCHITIS aspera minor. Italis, *Lanchite aspra minor*.

LONCHITIS ASPERA MINOR.

FORMA.

Mitiora, tenuiora, angustiora; folia promissa, & magis Polypodio similia, hirsuta, & aspera.

LOCVS.

Nascitur in opacis, & fruticosis, viginoso solo.

QUALITATES,
ET VIRES.

Herba est, & ipsa vulneribus glutinandis, lienibusque absumendis idonea, perinde ac altera.



* LONCHITIS ASPERA
MARANTHÆ.

Folia promit à radice nigra cirroſaque, ſimilia ſcolopendrio, ſed magis diuiſa & minora, pediculis nixæ rubentibus vt Trichomanes, attingit nonnunquam dodrantis altitudinem, ſed plerunq; infra ſubſiſtit. Naſcitur locis æditis & faxoſis, vel in nemoribus aſpero ſolo. *



ALTELL.

ALTHEA, Græcis, *Αλθαία*, & *Ψευδαλί*. Italis, *Malva sicca*. Mauritanis, *Chirini*, *Chirini*, *sive Chabmia*, *sive Rosa Zaneni*. Germ. *Ibis*, & *Heckwur*. Hisp. *Herba Cennamora*, *sive Marmale*. Gallis, *Gaymaris*.

ALTHEA

FORMA.

Althea, quam alij Ibisem Diosc. vocit, in malvatu sylvestrium genere est, cui folia vt Cyclamino rotunda sunt, lanugine canescunt, flore rosacco, caule bicubitali; tricubitalive. Radice lenta, intus alba.

LOCVS.

Nascitur in campestribus, *Morb.* humido solo.

QUALITATES.

Facultatē habet digerendi, *Galen. 6.* laxandi, phlegmone lenandi, *Simp. mt.* mitigandi, concoquendi. Radix porro eius, & semē cetera quidē similiter agunt, vt herba viridis, sed tenuiarum partium, magisq; exiccatoria. ad hęc magis absterrosiam quā illa facultatem ostendunt.

VIRE.

In vino aut aqua multa Diosc. cocta, & per se cū imponitur tusa efficax est cetera vulnera. Præstat itē ad strumas, parotidas, abscessus, mammarū inflammationes. Siquidē discutit, excoquit, rūpir, & ad cicatricem perducit.

Cocta (vt dictum est) suillo aut asferino adipe adiecto terebinthineve, vt malagmaris lenior fiat, facit ad vulnū inflammationes, præclusionesq; in pectus subdita. Decoctum eodem fungitur munere, onera vulnū reliquaq; à partu extrahit. Decoctæ radicis succus ex vino potus succurrit vrinæ difficultati, calculosorū cruditatibus, dysentericis, ischiadicis, tremulisq;. Dentium dolorem mulcet cum aceto decocta, colluto inde ore. Viride semen, siccumq; ritum visilignes, sub Sole perunctumq; emendat. Eodem cum oleo, & aceto peruncti à venenaris non feriuntur. Valent contra dysenteriam, sanguinis reiectiones, aluiq; profluvium. Bibitur in posca, aut vino contra omnes Jeparum, apum, similibumq; aculeatorum ictus.



ALTHEA altera, quibusdam Abutilon vocatur. Italica, *Malsmijdis laeforta*.

ALTHEA ALTERA, SIVE
ABUTILON.

F O R M A.

Marsh. Folia habet cucurbitæ, mi-
nora, tactu lævia, sed tenuissi-
ma obducta lanugine. caulem
edit sesquicubitalem, & ali-
quādo maiorem. flores in ro-
to caule aureos, è quibus se-
men oritur nigrum. Radice
nititur longa fibrosaq̃.

L O C U S.

Idem. Nascitur in campestribus,
ac etiam sponte in hortis.

Q U A L I T A T E S,
E T V I R E S.

Idem. Semen epotifsesquidrach-
mæ pondere ex vino, calcu-
los, & arenam pellit, urinam
ciet, & eius cruciatus miti-
gat.



ALCEA.

ALCÆA, *Garcis, ércæia, Barbaris, Bî malua.* Italis, *Maluanifco faluatico.* Germanis, *Sigmarastraut.* Hispanis, *Malua montefina.* Gallis, *Bimanne, vel, Guimanne fannalze.*

A L C Æ A.



F O R M A.

Herba est caule, floribus, *Marth.* & semine sylvestri maluarum perquam similis, sed folijs euidentioribus, incisuris laciniatis, ranunculi modo. caules edit tres, aut quatuor, canna bino cortice vestitos. flores maluarum facie, tum colore similes, pauloq; maiores, quemadmodum & semē. Radicem longam, latam, albam, ac multitudine maluarum similem, sed lignosa intus matrice.

L O C U S.

Nascitur in incoltris, campis, *Idem,* pestribus, & agrorum, serotinumq; marginibus, iuxta sepes, vias, ac semitas.

Q U A L I T A T E S,
E T V I R E S.

Alcea sylvestris maluarum generis, *Galen.* nus est, in vino pota dysenteriae, & erosionibus medetur, & potissimum eius *DIOSCOR.* radix.

CANNABIS, Græcis, *Kévaβer*. Arab. *Sachideneqi*, & *Cansh*. Italis, *Canna*. German. *Zauner-Hanff*. Hispan. *Canabos*. Gallis, *Chenari*.

G E N E R A.

C A N N A B I S.

DIOSC. *Triâ Cannabis numerstur genera, Mas, Fœmina, & Sylvestris.*

F O R M A.

Marth. Mas plutes è caule fundit ramos, arbusculæ speciem referens. adeo vt ex eius stipite carbones fiant ad bombardarum puluerem parandum. Fœmina caules edit lÿgè tenuiores, nullis ramis brachiaros, nulloq; semine prolificat. Folia vtriusq; fraxini, sed minorâ, & graciliora, sensimq; serrata, quæ quidè in mari maiora, nigritioraq; spectâtur, quina senave ex vno pediculo penduntia. Radice nititur multifida, fibrosaq;. Semen tantum in mari gignitur rotundô, cinereo colore, cuius medulla dulcis est, & alba. Sylvestris virgas fert altheæ similes, minores, nigritiores, & asperiores, cubitale (que, folijs satiuæ nigrioribus, & asperioribus, flore *Lychnidis*, subrubro, semine & radice altheæ.



Q U A L I T A T E S.

Galén. 7. Semen fixus difcatis, adeoque desiccatur, vt si plusculum edatur, generitiam exicit. Melum quoque calefacit. Ideoque sumptû paulò largius, caput ferit, vaporem sursum adq; mittens, calidum simul, ac medicamento sum.

V I R E S.

Galén. 7. Semen aduersatur ijs, qui procreandæ soboli dant operam: namq; lÿgiorè cibo sumptu generitiam extinguit. foliorum recentium succus consentitè aurium doloribus inditur. Sylvestris radix decocta, & illius inflammationes mulcet, tumores cicutin, & tosetriculorum. Succus satiuæ instillatur auribus vtiliter ad vermes necandos: quinetiam inter stinatorum tineas excutit. Equorum quoque tinas, quæ inno sedem hærent, succo, aut decoctum infusum elicit. Radix recens illinitur vtiliter ambubis, sed sepius amouenda, & iterum adpouenda recens, ac exiccetur.

ANAGYRIS, Græcis, ἀνάγρη. Italis, Anagiri, & sansinnersa. Germ. Stindbaum.

ANAGYRIS.



G E N E R A.

Duum est generum, *Ma-Matthi-*
ius, & *Minus*.

F O R M A M A I O R I S.

Frutex est arboris instar, per *Diosc.*
quàm gravi odore, folijs viri-
cis, virgisque, flore brassicæ, ra-
cemoso, semen in corniculis
non breuibus gignit, subto-
tundum, firmum, verficolori
facie, simile renibus, quod du
refeit vix maturefcente. *Vl. Matth.*
que adeo dard, vt aqua mace-
rato, in sua tamen perrinaci
duntie consistat.

Q U A L I T A T E S.

Frutex est grauitè olens, *Galen. &*
& acris, digerentis exalfaci-
fup. ma-
tisque facultatis. virentia fo-
lia propter humiditatis admi-
stionem, minus sunt acris, sic-
caverò incidentis. & siccan-
tis sunt facultatis. similem
quoque facultatem habet ra-
dicis cortex.

V I R E S.

Tenera folia trita tumores illita reprimunt. Si partus hæreat, si secundæ, *Diosc.*
mensisq; motentur, bibuntur drachmæ pōdere in passo. Sic & suspitiosis dan-
tur, & contra capitis dolores in vino. difficulter patientibus adalligantur, ita
vt à partu statim auferantur. Radicis cortex concoquendis, discutiendisq; ad-
hibetur. Semen commanducatum vomitiones vehementer ciet.

ANAGYRIS altera, siue minor, Græcis, ἀνάγυρις ἡ μικρά. Italis, ἀγρίων μικρῶν. Ananienſibus, in agro Tridentino, Eghela.

ANAGYRIS ALTERA.

FORMA.

Marsh.

Folia prodeunt ex vno pediculo terna, oblonga, in cacumine mucronata, viridia, læuiaque, trifolij latiora. aureis micat floribus, vt in altero macematim dependētibz, odore tamen ingrato. Hinc comicula prodeunt Geniſtæ æmula, in quibus ſemen continetur eiſdem geniſtæ magnitudine, ſed oblongū, phaſeli modo, colore ſubnigro. Maceries ligni duriffima, quæ Guaiaci modo exterius lutea eſt, medullitus verò nigra. In corrupta diu durat; proinde rura palos ad vices ſuſtinēdas ex ea parant. Quin etiam ſagittarij validiſſimos cōficiunt arcus.

LOCVS.

Idem.

Oritur in ſyluis montium, & copioſum habetur in Ananiz vallis ſyluis.

QUALITATES,
ET VIRES.

Idem.

Omnis poteſt, ac præſtat, quæ malus præſtare diximus. * Odore dicitur occidere mures: Plantæ cinis ad calculum commendatur. *

APPENDIX.

* Qui putant Anagyrim alteram eſſe Laburnum (mea quidem ſententiæ) non aberrant, Et ſide digni reiſq; herbariæ peritiſſimi viti ſe in monte Iura cōbito longiores racemos floribus inueniſſe referunt. *



CEPÆA. Græcis, Κεραία. Italis, Cepæa.

C E P Æ A.



F O R M A.

Cepæa portulacæ similis prosc.
est, sed nigriora habet folia,
& radicem tenuem.

L O C U S.

Nascitur in incultis locis. Matth.

Q U A L I T A T E S,
E T V I R E S.

Folia in vino pota, vrinæ prosc.
stillicidio, & vesicæ scabiæ la-
borantibus opitulatur, maxi-
mè id præstat, si cum decocto
radicum asparagi, quem my-
canthon, hoc est, corradam
vocant, bibatur.

V U A L I S M A,

ALISMA, seu Damafonium, Græcis, *Alisma*. Italis, *Alisma*. German. *Spig
tranch* & *Mutterkraut*.

A L I S M A.

F O R M A.

DIOS. Folia infunt ei plantaginis,
sed angustiora, convexaq; in
terram, caule simplici, tenui,
cubito altiore, capitib. thyrſi,
flore tenui, eandido, palleſcē-
te, radicibus tenuibus, vt ve-
ratri nigri, actibus, odoris,
modicè pinguibus.

L O C V S.

Idem. Aquosos amat tractus.

Q U A E T A T E S I

Galen. 6. ſimp. m. Abſterſoria eſt facultatis.

V I R E S.

DIOSC. Radicis drachma vna, aut
altera pota his conuenit, qui
leporem marinū, aut opium
hauferunt, aut à rubetis de-
mochi ſunt. Datut dyſenteri-
cis per ſe, aut cum dauçi ſemine, conuulſis, & contra vitia vuluæ procti. *Is
ba* ſiſtit aluum, menſtrua pellit, tumores illiſta mitigat.



A P P E N D I X.

* Quam pinxit autor hoc in loco pro Alismate, non candidum, sed *an-
gerit* florem in hirsuto subrubenteq; cauliculo, pedali, odore sternu-
ta cientem, qui tandem in pappos abit.*

HYPERICUM, Græcis, *ὀλκυνος*. Mauritanis, *Reiofricon*, seu *Reiofaricon*. Italis, *Hiperico*, *Perforata*, seu *Herba de S. Giovanni*. Germanis, *Sancti Johanniskraut*. Hisp. *Ceraucillo*. Gallis, *Millepertuis*, sine *Trucheran*.

H Y P E R I C U M.



F O R M A.

Frutice est succulaceo, do- Diosc.
drantali, tubefcente, folio tu- Matth.
te, punctim perforato, flore
luteo, leucoso simili, qui digi-
tis attritus sanguineū succum
remittit, subnitata siliqua,
& in totūdo oblonga hordei
magnitudine, semine intus
nigro, resinosi odoris.

L O C U S.

Gignitur in cultis locis, & Idem.
asperis. DIOSC.

Q U A L I T A T E S.

Calefacit, & desiccac, re- Gal. H. J.
nisiq; substantiæ est, ad eū vt, sup. m.
& mēies, & vrinæ prouocet.
Aperit, resolut, agglutinac,
atque etiam cohibet.

V I R E S.

Vrinam cit, Menstrua pel- Diosc.
liq; apposita Tertianis, Quæ-
tandique liberat Semen qua-
draginta dieb. haustum lēchia
diebus medetur. Folia cum se-
mine illita, ambusta sanant

Semen ex vino potum calculos eijcit, & venenis aduertatur. Quin etiam vene- Matth.
torum moribus resistit, tum idem potum, tum herba ipsa deuorata, hausta-
re, tum vulnere illita. Aqua stillatitia florentis herbæ bibitur vtiliter comitia-
libus, & resolutus. Datūt seminis farina commodè ex polygони succo sangui-
nem expuentibus. Idem aluum exonerat. Inest floribus, ac semini mira facul-
tas ad vulnera recentia sananda, p̄ter ea quæ capiti insignantur.

ASCYRUM, Græcis, Ἰσχυρῆ. Italis, *Astiro*. Germanis, *Hyrtze*.

Abrotanum.

ASCYRUM.

FORMA.

DIOSC. Hyperici genus est, magnitudine distans, fruticosus, majores habens ramos, furculifloros, rubentesque, folia rotunda, flores lateos, & fructum resinofum, hyperico non abfimilem, cuius attritu digiti ferè cruentantur.

Locus.

Matth. Nascur in cultis, & quandoque in vliginosis locis.

QUALITATES.

Galen. 6. Semen purgatorium est, foliorum verò facultas modicè extergens, & desiccans, ut & ambusta sanare credantur. Ceterùm in vino austero decocta vinum ipsum magnorù vulnerum glutinatorium efficiunt.

VIRE S.

DIOSC. Vfus seminis ad Ischiadicos valet, potum in hydro-melitis ferrario. nam biliosa recrementa detrahit, sed assidue dare oportet, donec sanitati resimantur, liniuntur & ambustis efficaciter.



ANDROSEMUM, Græcis, *Androsomon*. Italis, *Androsemo*.

ANDROSEMUM.



Uchiadici maximè medetur, sed à purgatione aquam exorbere oportet. Herba ambustis illita medetur, & sanguinem cohibet.

FORMA.

Androsæmum ab hyperico, & alycro differt, quod fruticet, ramulis furculosis, ac tenuibus, rubentibus virgibus, folijs stratis, triplo, quadruplove maioribus, quæ trita vinoso succo manant, complures in cacumine alas habet, utrinque expansas pinnatasque, circa quas flores pusilli, lutei, & in calyculis semen papaveris nigri.

LOCVS.

Prouenit in montosis, & Marib. collibus.

QUALITATES.

Semen aluum purgat, ar- Galen. 6.
qui folia exergunt, & delic- simp. m.
cant.

VIRES.

Semè tritum duarum drach- DIOSC.
marum pondere potum bi-
liosa alui excrementa pellit.

VU 3 CORIS,

CORIS, Græcis, Ελγστ. Italis, Ceri. Germanis, Bantzentraut.

CORIS.

FORMA.

Diosc. Frutex est folio Ericæ, ru-
Matth. bro, pinguiore, ac minore, nõ
 altior dodrante, suavis, odora-
 tus, acris. Flores habet hy-
 perici æmulos, luteo colore,
 sed minores.

LOCVS.

Idem. Nascitur arido solo in col-
 libus, atque montibus.

QUALITATES.

Idem. Aperit, exalfacit, exte-
 nuat, digerit, expurgat.

VIRES.

Diosc. Potum semen menses tra-
 hit, & vrinas. Contra Phalan-
 giorum morsus, Ischiadicos,
 & opisthotonicos ex vino po-
 ta auxilio est. horroribus ex
 pipere, sed opisthotonicis ex
 oleo aptissime illinitur.



Aiuga, siue *Camepitys*. Græcis, *χαμαίφυτον*. Mauritanis, *Hamefishoot*, seu *Camifibine*. Italis, *Camepitia*, & *isa*. Germanis, *Zelenger je liebet*. Hispanis, *Finibo*, & *isa arctica*. Gallis, *Tue muscate*, siue *arctique*.

CAMÆPITYS.

GENERA.

Trium est generum.

FORMA PRIMI.

Prima herba est in terra re-
pens, subcurva, folijs mioctis sedi multo tenuiorib⁹, circum ramos, frequentibus, odore pinus. Flore tenui, lacteo vel candido. Radicibus cicorij. Alterum exit cubitalibus ramulis in acohoræ speciem incuruatis, prætenuibus, coma supradictæ, flore candido. Semine nigro, ac etiâ pinum redolet. Tertia Mas nomioa-
tura parua, folijs exilibus, albis, scabris, caule aspero, candido, lacteis flosculis, semine iuxta alas; respicit & hæc pinum.

LOCVS.

Nascuntur in campys tum
cultis, tum etiam incultis, & præsertim exoluto solo.

QUALITATES.

Camæpitys gustu quidem amarum saporem, acri validiore obtinet. Effectu verò ex-

purgat, abstergitque viscera, plusquam calefacit. Est enim in desiccando ordi-
nistertij, in calefaciæodo verò secundi.

VIRE.

Primi generis *Aiuga* septem diebus in vino pota regio morbo medetur, & *Galen. 8.*
quadragesima diebus ex oxymelice *Isciadicos* sanat. Datur peculiariter vrinæ *simp. m.*
difficultatib. Prodest, & tenui vitijs, & torminosis. Bibitur cœueolentæ foliorū
decoctum contra acoctū. Trita in farina, & com fisco in pilulis sumpta alvum
emollit, apposita ex melle vulore vitæ extrahit, mammaram duritias discutit.
Vulera glutinat, & ylcera, quæ sæpè ex melle illita cohibet. Vrinam ciet.

CHAMÆPITYS alia, quam nonnulli ad Anthyllidem referunt.

* Folia profert oblōga hirsuta in tres partes divisa, cauliculum dodrante altiorem striatum, in cuius summitate flores purpureos quinis folijs constantes vt buglossi flores sed oblongioribus, habentes in medio stamina praelonga, Lignosa radice sustentatur, & transversa, superiore parte in ramos divaricata, quibus se propagat, tota plāra odorata est & nonnihil amara.

LOCVS.

Provenit in montibus prope Castellneuf, locis valde petrosis.*



Libri Tertij Finis.

BETONICA, Græcis, *Κίσηρος*, & *Λογγύροπος*. Arabibus, *Chafra*. Italis, *Beronica*, seu *Brettanica*. Germanis, *Betonien*. Hispanis, *Bretanica*. Gallis, *Betonique*, seu *Betaine*.

BETONICA.



FORMA.

Caulem fert tenuem, cubiti Diosc. altitudine, aut maiorem, quadratum, folia quercus, mollia, longa, in ambitu diuisa, odorata, propè radicē maiora. Flo- Matth. rē in summis caulibus fert spicatum, & rubrum. Radicem fibrosam, & vt verari tenuem.

LOCVS.

Nascitur in pratis, & montibus, & in pascuis. Idem.

QUALITATES.

Vim habet incidendi: ipsa Gal. enim herba amarior est, & sub- fimp. m. simp. m. acris, id quod & particulatim edita actio ostendit.

VIRES.

Radix ex aqua multa pota, Diosc. piruiti vomitione euocat. Folia dari debent mulieribus vuluz malo opportunis, & ad arcedoseiusdē strangularis, ex eadē multa denarij pondere: tres eorundem drachmę bibuntur ex vini sextario cōtra scorpionum morsus, quibus & herba illita medetur: eiusdē drachma bibitur vtiliter cū vino ad ebibita venena: quin etiam præsumpta eorundē vires abolet: vrinam ciet, aluum subducit: ex aqua pota medetur comitialibus, & infans, & iocinoris, lienisq; virijs ex oxymelite: propinatur acida ructantibus, stomachicis quoq; proderit, si manz succum deglutiuerint, & deinde dilutum vinum hauserint: valet sanguinem reijciētibz ex vino diluto sumpta: datur vtiliter ischiadicis, & in renam, & velicę doloribus. regio morbo laborantes recreat, menses pellit, drachmę pondere cum vino pota: aluum purgat quatuor drachmę cum oxymelitis decem cyathis. Matth.

Consistentes in renibus calculos frangit, & pulmonem, Matth. iecur, & thoracem expurgat.

SERRATVIA, *Tralis*, *Serratola*. Germanis, *Scharfentraut* / *Scharftraut*.

SERRATVIA.

FORMA.

Metb. Caule constat purpurascen-
te, tenui, ramosoque: folia
gerit antea quàm canescat
betonica cognata; toto am-
bitu tenuiter serrata, sed ubi
adoleverit faciem mutant,
nam exortis profundioribus
incisuris, maioris pha qua-
damenus similia spectantur.
Flores edit in summis ramu-
sculis purpureos, & radicem
multitudinam.

LOCVS.

Idem. Nascitur sylvosis locis.

QUALITATES,
ET VIRES.

Idem. Datur vtiliter potanda ex
albo metasco ruptis, & ab al-
to devolutis: in vino deco-
cta, ac deinde illita, ulcera mi-
rificè mundat, carnè replet,
& cicatrice obducit: hæmorrhoidum quoq; dolores mulcet foru adhibita fo-
lia, & radix simul confusa & imposita, enterocellas sanare creduntur.



BISTOR-

BISTORTA, seu Colubrina, Italis, *Biforta*. Germanis, *Stauerturg*.

B I S T O R T A.

F O R M A.



Folijs erumpit primo sta. *Martii*.
 tim exorta in acutum delin-
 gitur colore subrufo, quæ ubi
 adoleuerint, runcis foliare-
 ferunt, læuis tamè sunt, & in-
 ferna parte subpurpurea &
 per ambitum sinuata: caulem
 edit rotundum, tenuem, cu-
 bitalè, in quo folia longè mi-
 nora spe quantur: flos in caulis
 summitate prodir spicatus,
 rubet, sine subpurpureus, è
 quo semen gignitur oxalidis.
 proximû: radice nititur qua-
 dantenus arundinacea, sed
 succola, & serpentis modo-
 cõrta. cortice exterius sub-
 nigro, sed rubra intus carne,
 adstringentis gullus.

L O C U S.

Oritur in altis montibus, & *Idem*
 pascuis.

Q U A L I T A T E S,
E T V I R E S.

Refrigerat, exicat, cohi- *Idem*.
 bet, roborat. Bibita radix ab-
 ortum reprimi: venæ, publi,

renibûsq; ex aceto illita vrinæ incontinentiam supprimit, cum succo plantagi-
 nis pota, sanguinem è vulnere manantè cobibet, superasperso tamen eiusdem
 paluere. Idem ex puniceorum malorû vino potus, biliosas vomitiones suppri-
 mit, præstat potus contra letalia venena, aduersus pestilentiam, & pestilentes
 febres, in quibus exanthematum notæ emergunt, valer ad puerorum vermes
 necandos, tum idem radicem puluis, tum farum decoctum potum: Eadem ra-
 dix cohibet tum cæteras alui fluxiones, tum dysenteriam. additur commodè in
 potionibus, quæ ad intrinseca parantur vulnera. datur trita ad cruenta expeu-
 tibus. canis dentium indira, cum aluminis & pyrethri momento, non modo
 dolorem mulcet, sed fluxiones eo decurrentes sistit. valerisem ad omnes ve-
 nenosorum serpentium ictus, ex vino sompta.

* B I S T O R T A minor seu Alpina.

F O R M A.

Similis est priori, sed multo minor, folia in marginibus palere distincta punctulis quibusdam & veluti serrata apparent.

L O C U S.

Crescit in alpibus & in monte Iura quoque copiose provenit.*



TORMEN-

TORMENTILLA, Italis; Tormentilla. Græcis, Βελέφαλα, Germanis, Tormen-
till. Gallis, Tormentille.

TORMENTILLA.



F O R M A.

Folia promit pentaphylli *Marsh.*
minora, septenis incisuris di-
uisa, radicem breuem, nodo-
sam, compactam, rubro intus
colore, sapore adstringenti:
cauliculos tenues, subruben-
tes: flores melinos pentaphyl-
li axiales.

L O C U S.

Nascitur in montibus. *Idem.*

Q U A L I T A T E S,
E T V I R E S.

Viribus omnibus insigni-
tur, quibus Bistorta prædita
est. *Idem.*

* A P P E N D I X.

Magna varietas in radice de-
prehenditur, minima omniū
vulgaris est, quæ passim, etiā
in planitie reperitur, ea ip-

horum translati tuberculum pusillum genuit, quasi nouellam radiculam,
vt liquet ex imagine, qua exhibemus etiam illam montanam quæ non ter-
rum breuis & nodosa sed nonnunquam etiam prælonga, brachistaque inue-
nitur.*

LYSIMACHIA, Grecis, *Λυσιμάχη*. Italis, *Lysimachia*. Germanis, *St. Joh. d'Herb.*

LYSIMACHIA.

F O R M A.

DIOSC. Caulis emittit cubitales, altioresve, hirsutos, tenues, prodeuntibus geniculatim folijs, tenuibus, falcis figura, gustu adstringentibus. flore albo, aut aureo.

L O C U S.

Idem. Cignitur in aquosis.

Q U A L I T A T E S.

Gale. 7. Superantem habet qualitatem adstringentem, per quam vulnera glutinat.

V I R E S.

DIOSC. Foliorum succus, sanguinis reiectiones supprimit, dysentericis auxiliatur, tum potus. tum quoq; infusus. mensium abundantiam sistit in pello: vulnerum cruorem cohibet: acerrimum nidorem suffusa redolet, qua de causa serpentes fugat, & muscas interficit. Vicia rara est, utiumentis discordantibus iugo imposta eorum asperitatem cohibeat.



LYSIMACHIA altera, Italis, *Lysimachia secunda*. Germanis, *Orum Bedernig*.

LYSIMACHIA ALTERA.

FORMA.

Caulis prostratus recto, quadrangulari, bicubitalique, foliis salicis, flore spicato rufescente.

LOCVS.

Nascitur prope fluentes aquarum riuos, & vliginosis locis.

QUALITATES,
ET VIRES.

Astringit, refrigerat, cohibet, & omnia potest quae altera.



POLYGONVM, Græcis, Πολύγωνον. Aphris, *Bafalragi*. Italis *Polygono*, seu *Corregiola*. Germanis, *Weggras*. Hispanis, *Corriola*. Gallis, *Correggole*.

P O L Y G O N V M M A S.

ΓΕΝΕΑ.
G E N E R A.

Marrb. Trium est generum. Mas, Fœmina, Minus.

ΦΟΡΜΑ ΜΑΡIS.
F O R M A M A R I S.

Diosc. Caules mittit teneros obsequiosos, rotundos, geniculatos, humi graminis modo repentes: folia oblonga, ligularum modo. semine sub folijs tugescentē: Flos verò ei candidus, & exiguus.

ΤΟΠΟΣ.
L O C U S.

Jden. In campis, ædificiorum aereis, hortis, publicis vijs, ac ferè ubiq; crescit.

ΠΡΟΙΟΝΤΑ.
Q U A L I T A T E S.

Gal. 8. sup. me. Polygonum vti adstrictionem quandam obtinet, ita sanè vincit in eo aqueum frigidum, ut videlicet secundi sit ordinis refrigerantium, aut etiam quodammodo in initio tertij. Est & exiccatorium: Est quoq; mas ad omnia validior, quam fœmina.

ΧΡΗΣΙΜΟΤΗΤΑΣ.
V I R E S.

Diosc. Succus epotus spissat, ac refrigerat. Prodest eruenta excreantibus, cholera, alui fluxionibus, & vrinx stillicidio. Auxiliatur ex vino potus, serpentium morsibus. Fœminarum profusio in potu sistit. Instillatur vtiliter purulenti, dolorosiq; auribus. Ex vino, & melle decoctus, facit eximie ad pudendorum vlcera. illita folia stomachi feruores extinguunt, sanguinis reiectiones sistunt, & vlcera serpentia, sacros ignes: collectiones, tumores, & recentia vulnera sanant.



POLYGONVM fœmina, Græcis, Πολύγωνον ἴδιον. Italis, Poligono, & Correggiola femina. Germanis, Santen Kraut. Gallis, Pinaquatic.

POLYGONVM FŒMINA.

FORMA.

Vno tantum caule fruticat, DIOSC.
arundini tenerræ simili, densis
geniculis, & in se tubatum
modo farctis: articulos in ot-
hem cingunt apices, foliis
picæ similes: radicis nullus
vñus.

LOCVS.

In aquosis, & humentibus Matth.
locis prouenit.

QUALITATES, ET
VIRES.

Refrigerat, liccat, inspissat, DIOSC.
& ad ea quoq; præstat, ad quæ
mas, sed inefficacior est.



POLYGONUM minus, Græcis, *Πολύγωνον μικρόν*, & nostro tempore, *Arundo*.
Nonnullis malle grana, quibusdam Herniola, vel Herniaria. Italis, *Camp-
giola minore*.

POLYGONUM MINUS

FORMA.

Matth. Ramos edit exiles, humi re-
pentes, geniculatosque; folijs
puffillis, longiusculis, semine
pumilo, rotundo, minuto, al-
bicante, racemoso, adeoque co-
piofo, vtriuersa planta semi-
ne prægnare conspicitur.

LOCVS.

Idem. Nascitur arido solo, & in
siccis torrentium alucis.

QUALITATES ET
VIRES.

Idem. Vñ illi est conglutinandi,
siccandi, refrigerandi, proin-
de semen potui datum diebus
pluribus, commodissimè præ-
stat ad enterocellias, vniuersæ
plantæ puluis ex vino haustus,
non solum urinam cit, sed cal-
culos frangit, vbi diutius su-
matur. * Iecori obstrueto
prodest & ictero, quem aqua
eius sanat pota ad octo dies. *



* *Polygonum marinum* & * *cocciferum*, Polonis *Kasmarzok*.

F O R M A.



Marinum provenit viticulis vulgaris polygoni subrubentibus, quæ internodijs nigris distinguuntur & squamulis tenuissimis exalbidis, folia habet magis alba & densiora, flosculi pulchri ressescunt & semen gignunt triangulare nigrum, ut oxalis. Radix excedit palmum, dura, lignosa, contorta, crassa, valde nigra.

Cocciferum tenuissimis prodit folijs & mucronatis, cauliculis nodosis exalbidis, & flosculis in summitate candidis inæc squamas vitescentes. ad radices ipsius coccum adnascitur elegantissimo rubore commendatum.

L O C U S.

Marinum, ubi nascitur cognomento prodit, cocciferum in arenosis Poloniæ locis reperitur. *

POLYGONATUM, Græcis, Πολυγονάρον. Italis, *Fraginella*, seu *Ginocchieta*. Germanis, *Weyß Wurtz*. Gallis, *Genicubera*.

POLYGONATUM.

FORMA.

Matth. Caule est cubitali, rotundo, ac lævi, circa quem folia exeunt laevi effigie, sed latiora, strijs compluribus secundum longitudinem protensis, firma, dispari exortu prodeuntia, sapore quadantenus adstringente. flores edit candidos, à quacunque foliorum cavitate: baccas pisi magnitudine, rubentes, & quandoq; purpureas.* Radice niritur candida, arundinacea, tenera, frequenter geniculata, digiti crassitudine, summa rellore vagante, sed odore quadantenus graui.

L O C U S.

Idem. Nascitur in collibus, & montibus.

Q U A L I T A T E S.

Gale. s. Mistam habet tum facultatem, tum qualitatem, habet enim adstrictionis, pariter & acrimonix, & amaritudinis quippiam, & indibilis cuiusdam insuauitatis.

V I R E S.

Diosc. Radix vulneribus efficaciter illinitur, quin etiam maculis in facie dolo.

Matth. Quæ de se mulieres è radicibus aquam stillatidiam parant, quæ ad faciei nitorem vtuntur. sunt & quæ saccharo radices ipsas condiant, ad sistenda alba vni profluua.

C E N S U R A.

Manifesto errore ducuntur, qui polygonatum, Arabum. fescul esse contendunt.



*POLYGONATUM VULGARIS.

F O R M A.



Radice nititur candida, nodosa transversim sub terra serpente, ut prior, succo viscido turgente, quæ verno tempore suos mittit asparos, molles exalbidos, folia in his initio conuoluta, sed postea ubi teretes coliculi grandescunt, explicantur & figuram referunt foliorum Hippoglossi. Ad horum exortus enascuntur flosculi albidi nonnihil herbacei habentes, oblongi, qui deflorescentes vertuntur in baccas nigras, hederæ baccis vel vaccinijs non absimiles. in quibus alba durasq; continentur semina.

L O C U S.

Nascitur locis riguis, etiam in planitie. *

CLEMATIS, Græcis, *Καψάνη Δαρσίδης*. Nonnullis, vinca peruviana. Italis, *Primenca, & Primencola*. Germanis, *Singriet*. Hispanis, *Peruviana*. Gallis, *Lyserum*.

CLEMATIS.

FORMA.

Matth. Viticulas spargit tenues-
laeues, humi iacentes, è qui-
bus folia exeunt per interval-
la, pari vtrinque exortu, robu-
sta, oliuae modo oblonga, lau-
ri minora, vitentia, è quorum
origine, primo statim vete
flores emicant caerulei. Radi-
ces fundit numerosas, albi-
cantes, summa tellure repen-
tes. Herba est perpetuo vi-
vens.

LOCVS.

Diosc. Nasctur in terrenis, & pro-
Matth. pe sepes, atque in scrobium
sipsis.

QUALITATES.

Matth. Refrigerat, siccat, robo-
rat, cohibet.

VIRES.

Diosc. Folia cum caulibus ex vi-
no pota, alui proflutia, & dy-
sentetias sedant. subdita in pefso, cum lacte, aut rosaceo, cruciatibus vultu
dentur: dolores dentium commanducata finiunt: imposita, serpentium mor-
bus leuamentum praestant. Femotibus adalligata viridia folia, mensium abun-
Matth. dantiam cohibent. & conceptus adiuvant. Capiti adalligata, & collo, galere
circumducta, sanguinem è naribus manantem sistunt. Adduuntur quoque vlti-
ter vulnerarijs emplastris, & potionibus.



* CLEMATIS FLORE MULTIFLORA

F O R M A.

Conuenit cum priore tota effigie, sed flore differt, qui multiplici florum facta spectatur plenior, & è ceruleo magis ad purpureum vergit colorem, perisq; sine semine.

L O C U S.

Allata ex Austria in hortis nostris virefcit.*



CLEMATIS altera, Græcis, Κακκωνος ἑρπυα. Italis, *Nivalba purpurea.*

CLEMATIS ALTERA.

GENERA.

Matth. Duum est generum, Alterum flore purpureo, Alterum candido.

FORMA PRIMA.

Diosc. Viticulosos fundit caules, rubescentes, lentos: folia hederæ modo diuisa, gustu admodum acri, ac exulcerantia.

Matth. Flores purpureos crucis in modum diuisos. repisquæ per arbores, vt simlax.

LOCVS.

Matth. Oritur in syluis, & in fructibus, domerisq;.

QUALITATES.

Gal. 6. simp. ma. Folia acrem, adurentem, siue causticam facultatem habent, aded., vt leptas excoerent: fuerit itaque hæc planta, in quarti ordinis exaltescentium initio.



VIRÆ.

Diosc. Semen tritum, pituitam, bilem q; detrahit, in aqua, aut hydromeliter potum: folia eius illita lepras purgant: cum lepidio conditur ad cibos.

CLEMATIS tertia. Italis, *Viralba*. Germanis, *Linnen* / *Waldröben*.

CLEMATIS TERTIA.



FORMA.

Viticulis repit praelongis, *Matth.* obsequiosisq; , folijs præscriptæ quadantenus similibus, acrigustu, ac emulcerandi facultate præditis: floribus racemosis, candidis, odoratis, & myrtiadeo similibus, ut differentia serè nihil interfit. Hos deinde capillacea, incanaq; sequitur coma, quæ tandem vento excussa, nudum relinquit fructum, angulosum, simulque compactum: subnigro colore, atq; acerrimum.

LOCVS.

Nascitur passim in sepibus, *Idem.* & in sylvis arboribus se circumvoluens, & per eas repens.

QUALITATES, ET VIRES.

Viribus iisdem præstat, *Idem.* quibus & superior.

Xx 5

FLAM

FLAMMYLA, nonnullis Flammula Iouis. Italis, Flammole. Germanis, Flammig.

FLAMMYLA.

F O R M A.

Matth. Folijs, floribus, fructuque adeo tertiam elemaidem z-mularur, ut nihil prorsus differentię intercedat: differt ab ea, quod caules edat rectos, haud unquam repentes, sesquicubitales. Folia, & flores acerrimo sunt gustu, ac admodum feruenti.

L O C U S.

Idem. Nasctur in campis, collibus, & fructetis.

Q U A L I T A T E S.

Idem. Excalfacit, & siccat excessu quarto.

V I R E S.

Idem. Cutem, carnemq; semicon-tusa illita, exulcerat. Ischiadicos iuvat imposita. Idem prestat oleum, in quo folia sub calenge sole diu fuerint macerata, sed rosaceum oleum ad hoc requiritur. Idem non modo inunctum, sed etiam in sulum, opitulatur articulorum illicentque doloribus, ac etiam nephriticis. Stillaritia foliorum, & florum aqua, eadem b-rē acrimonia pollet. Hanc non desunt, qui pro pinent quartana febre laborantibus, parüm ante accessionem.



SYMPHYTUM petræum, Græcis, *Zigotus petraeos*. Italis, *Symphitum*.

* Mompelienses hanc plantam Corin appellant. *

SYMPHYTUM PETRÆUM.

FORMA

Ramis exit tenuibus, par- DIOSC.
uis, origano similibus, capitu-
lis, & folijs thymi: lignosum
totum, odoratum, gustu dul-
ce, ac adstringens: radice lon-
ga, subrufo, seu subpurpurea,
digitali crassitudine. * Hic ap-
picta nō altringit, sed amarum
& nitrosum saporem habet,
flosculos caeruleos, semina ni-
gra angulosa. *

LOCVS

Nascitur in petris, & petro- DIOSC.
sis montibus. * Quæ hic pingi- Matth.
tur in littorib. etc. licit in arena,
ita vt ferè lateant ramuli & flo-
res tantum emineant. *

QUALITATES.

Ex contrarijs constat viri- Gal. 1.
bus. Habet enim incidendi simp. m.
vim quampiam; qua colle-
ctum in pectore, & pulmone
purgare potest. habet
etiam quandam contrahendi
vim, qua refectionibus sangui-

nis auxiliatur. & tertia ad eas inest humiditas quædam non immodicè calida,
per quam gustantibus dulce apparet, & odoratu incundum.

VIRES.

Decoctum eius ex aqua multa paratum, potum, pulmonis vitis purgat: san- DIOSC.
guinem reiicientibus, & renam malis ex aqua datur ad dysenteriam, rubraque
feminarum profluvia, in vino decoctum: vulnera recentia, enterocellâs, glu-
tiat, & illitu cohibet. carnes cum eo decoctæ coalescunt.



SYMPHYTUM maius, Græcis, *Συμφύτον ἰσρίφον*. Italis, *Cosfolide magnum*. Germanis, *Walswurtz* / *ſeu Schwarzwurtz*. Hiſpanis, *Suelde maior*, *ſive Cosfolide maior*. Gallis, *Oreille de Aſue*.

SYMPHYTUM MAIUS.

FORMA.

DIOSC. *Matth.* Caulem emittit cubitalem, aut maiorem, craſſum, anguloſum, inanem: circa quem breui interuacante ſpacio, folia erant oblonga, lataque, bugloſſo proxima hirtuſaque. Caule ſecundum angulos quoidam ſtriato, ramis tenuibus ex alarum ſinu prodeuntibus, in quibus flores lutei, quandoq; verò purpurei, nonnunquam verò albi, diuerſis in plantis ſpectantur. Tam canis; quàm folia aſpera lanugine horrent, tactuq; pruritem concitant. Radicem fundit craſſam, multifiſidamq;, nigro exterius cortice, interna verò pulpa candida, glutinoſoq; ſucco madet.

LOCVS.

Matth. Naſcitur frequens in pratis.

QUALITATES.

Gal. lib. 3. ſyn. me. Similem petro vim habet, non tamen guſtantibus dulce eſt, nec olfacientibus odoratum. Cæterùm quatenus viſcoſitatem quandam, & mœdicitatem obinet ſcillæ ſimile eſt. eoq; vtuntur ad omnia, ad quæ iam dicitur

VIRIS.

DIOSC. *Matth.* Tritæ radices & potæ, cruentis exceſſionibus, ruptisq; proficiunt recentia vulnera illitæ conglutinant; inflammationibus, præſertim ſedis, combinationis folijs, vtiliter illinuntur. Coſuntur etiam carnes cum ijs coctæ. Uſum fracturas ſanant, ſi contritæ imponantur, & ſtriſta falſcia ligentur.

*SYMPHYTUM radice tuberosa.

FORMA.

Mense Martio flore luteo
prodit colore tantum à prio-
ris flore differens, folia quoq;
similia sunt majori Symphito
& cauliculi, sed omnia mino-
ra, radice discrepat, quæ protu-
berantibus quibusdam nodu-
lis inæqualis est & quoquo-
versum serpit.

LOCVS.

In hortis sponte nascitur
circa sepes.*



CON-

CONSOLIDA media, Hætrulcis, Morandola, seu vt alij, Consolida de *Uana*, seu herba Laurentina. Germanis, Süden Gansel.

CONSOLIDA MEDIA

FORMA.

Martb.

Folia profert minoris solidaginis, latiora, mollioraq; aduersa parte subpurpurea, caulem pedali longitudine, pilosum, quadrangulum, in anem: flores cæruleos, qui partim inter folia, quæ caulem ambiant, partim in cacumine spicata congerie procedunt. Radix illi est multifida, hand altè descendens.



LOCVS.

Idem.

Nascitur in hortis, & vicis, alijsq; locis.

QUALITATES, ET VIREÆ.

Idem.

Datur vtiliter foliorû succus ab alto deuolutis, item ruptis contractisque, quin etiam ad intestina vulnera, & illinitur ad externa. sanguinis grumos, vbi cunque sint, dissoluit. folia in collationibus addita faciunt ad eris & ginginarum vlcera. Idem quoque præstant ad vlcera pudendorum vtriusq; sexus.

CONSOLIDA minor, Prunella. Italis, *Consolida minore*. Germanis, *Struncken*.

CONSOLIDA MINOR.

Antiqua

FORMA.

Caulibus exit quadrangu- *Matth.*
lis hirsutis, spithamæ longitu-
dine, folijs menchæ proximis,
sed subasperis. flores gerit in
ramusculorum fastigijs, spica-
tos, purpurascetes, & quan-
doq; candidos. Radicem mul-
tifidam, ac tenuem.

LOCUS.

Provenit in montibus, col- *Idem.*
libus, & ferè vbiq;.

QUALITATES, ET
VIRÆ.

Additur in medicamentis. *Idem.*
quæ parantur ad linguæ, fau-
cium, & gutturis inflamma-
tiones, & vlcera. & in omni-
um morborum usum venit, in
quorum affectibus præstat
solidago mediâ, namque suas
vires illi conformes habet.

DENTA-



DENTARIA minor, siue Sannicula quinque folia. Italis, Dentaria sicut Germanis, Zan. Kraut.

DENTARIA MINOR.

F O R M A.

Matth. Exit hæc folijs pentaphylli, sed longè maioribus: radice candida, tam miro naturæ ordine, nodulis, ac lacinijs quibusdam elaborata, ut non parùm admirentur, qui tantum naturæ opus diligenter intuentur atque examinant.

L O C U S.

Idem. Nascentur in montibus, syluosis locis.

Q U A L I T A T E S, E T
V I R E S.

Idem. Radix glutinat, cohibet, roborat. Eadem datur vtiliter potanda ad enterocellas, quotidie drachmæ pondere, ex vino austero diebus quadraginta continuis. præstat quoque ad interna vulnera, cum thóracis, tum etiam intestinorum, ex aqua equiseti eodem pondere sumpta.



DENTARIA maior, Græcis, Ἀγριαῖος, quodd sine folijs proueniat. Germanis, *Daisel* / *Schupentwurz*.

DENTARIA MAIOR.



FORMA.

Germinat primo statim ve- *Matth.*
re: caules profert dodranta-
les, teneros, fragiles, succo-
sos, orobanche quad amteus
amulos. In quibus à medio ad
summum flores exeunt sub-
purpurei, bisfutiq; , è quibus
calyculi orientur, exiguo in-
tus semine. Radice consistit al
bicante magna, succosa, fragi-
li, compactili squamarum cõ-
gerie, miro sanè naturæ artifi-
cio, acerbò gustu ac subama-
riusculo.

LOCVS.

Prouenit in opacis syluis, *Idem.*
& alijs umbrosis locis.

FACULTATES, ET
VIRES.

Adstringit, refrigerat, & *Idem.*
abstergit, deuorata verò sopò-
rem facit.

* Magnus vsus Aquæ destil-
latæ in fluxibus & Epilepsia. *

AVRICVLARIS, siue Sannicula altera. *Italica, Orechia de Orsi. Germ. Stijnickel; Süßblümlein.*

AVRICVLARIS

FORMA.

Marth. Folia fert plantaginis, sed carnosiora, sensim per ambitum sinuata subflavis circumquaque; oris: caulem edit, & flores pumulae veris vocatae per omnia similes, odoris eximij: Radice nititur multifida, albicante, Elleboto modo fibrata.

LOCVS.

Idem. Nasctur in altis, & saxosis montibus, inter ingētia saxa.

FACULTATES, ET
VIRES.

Idem. Refrigerat, siccat, glutinat, cohibet: Pota herba cum radicibus enterocellis vtiliter medetur: ac etiam intrinsicis quibuscunq; vulneribus tum herba ipsa denotata, tum in potionibus addita. Folia recentia vna cum radice tusa, atq; supposita nō solum mensuram abundantiam cohibent, sed vluam mirum in modum concludunt.



HOLST.

Holoetivum quorundam, siue *Holoetivum*, Græcis, *Οαίετιν*, & *Ιαίετιν*. Italis, *Holoetivum*.

HOLOETIVUM.

FORMA.

* Folia habet longaduarum vel triumvnciarum digiti, latitudine ferè digiti, incana, pilosa & castringentia. Radix ei longa, crassa nigricans, caules vnius palmi in quo flores & semina similia cornu cerui vel planragini.*

Locvs.

Nascitur in collibus prope Monspelium, secus vias.

QUALITATES.

Gal. 7. simpl. Sui *Holoetivi* deficcandi vim, cum adstrictione tribuit.

VIRES.

Virus eius ad rupta efficax est in vino pota. Nam & carnes coguntur, quæ cum ea confecerint.

APPENDIX.

* Non facimus *Holoetivum* hoc genuinum, sed notius pro minus noto autis substituiamus.*



PILOSELLA, Italis, Pelosella. Germanis, Weis. Oxy. Gallis, Nigelle, seu Oxy
de Rat.

PILOSELLA.

FORMA.

Matth.

Planta est humi decumbens, radiantibus circumquaq; folijs, oblongis, incanis, euidenter pilosis, cauliculos repentes mittit funiculi faciem referentes, hirsuta canitie obdultos: flores aut eos stipatos, qui maturiscentes in papposam lanuginem euolant. Radicibus nititur numerosis tenuibus, humi pertinaciter inhaerentibus. Lacteam succum fundit amaro sapore.

LOCVS.

Idem.

Nascitur extenuato, & arido solo, in collibus, & incultis locis.

QUALITATES.

Idem.

Lacteus eius succus amarus est sapore, id quod extenuantis facultatis, atq; etiam abstergentis indicium praebet. Herba gustu est adstringenti, glutinat, cohibet, refrigerat, secat.

VIRES.

Idem.

Dysenterias, & vteri profluvia sistit: ex vino austero pota, vulnera tam interna seca, quam extrinseca sanat: auxiliatur caeliacis, & biliosa vomentibus, qui etiam enterocellis, sanguinem relipientibus, & omnibus in vniuersam fradem. Additur vtiliter in vulnerarijs emplastris, & vnguentis. Foliorum succus non solum recentia vulnera sanat, sed etiam vulnera quoq; contumacia, & praesertim oris, & pudendorum.

*PILOSELLA maior, Italis *Pilosella maggiore*. Germanis, *Gros Weusohr*.

PILOSELLA MAIOR.



FORMA.

Priori non est abſimilis ſed multo maior, crectiorqꝫ, nec tam canis folijs, quamquam ſatis hirsuta hæc ſint, & pilis obſita. Longitudine digitorum ſuperant, cauliculi florem ſuſtinentes vltra dodrantem aſurgunt cæteri repant vt in præcedente.

LOCVS.

Ad riuulos in aggeribus herbosis naſci gaudet.

VIRES.

Valet ad dyſenterias, vulneta, ſanguinis vomitum, entero-celas, ſive poſa ſive impoſita, extrinſecus. Eius aqua etiam vtiliter in doloribus mammillarum adhibetur. Et vt ſummatim dicam, eadem poteſt quæ prior. *

SCABIOSA, Italis, Scabbiosa. Germanis, Apostemen Kraut. Gallis, Scabiose.

SCABIOSA.

GENERA.

Martb. Duum est generum. Maior
& Minor.

FORMA MAIORIS.

Idem. Primo statim exortu folia
profert oblonga, minimè la-
ciniata: ceterùm, quæ his suc-
cedunt, plu maioris modo in-
cisa spectantur: quæ verò in
caule, & ramis sunt, longè mi-
nora, ac magis dissecta visun-
tur: capitula summis caulibus
profert in acutum desinen-
tia, compactili squamarum
ordine obducta, Cyani mo-
do, è quibus flores prodeunt
etiam similes, sed ex purpura
subrubentes. Radicem habet
pollicari crassitudine, & sepe
maiorem brachiatamq̃, sapo-
re subdulci, pastinacæ provi-
mo.



LOCVS.

Idem. Nascitur inter fruges, & in
campis non cultis argillaceo solo.

QUALITATES.

Idem. Excalfacit, extenuat, aperit, digerit, abstergit.

VIRES.

Idem. Radix valet peculiari quadam dote mirificè ad lichenosos, etiam si morbo
à Gallica læe prouenerit, si eius decoctum morboſi bibant quotidie in quoda-
geſimum diem vsq̃, sex unciarum pondere. Idem præstat eiusdem radicis pel-
uis quotidie drachmæ pondere ex sero haustus.

SCABIOSA MINOR, Græcis, Ψόφα. Italis, Scabiosa minore. Germanis, Apoffemat Kraut.

SCABIOSA MINOR.



V I R E S.

F O R M A.

Folij crescit inferioribus Matth. per ambitum denticularis, humi accubantibus, subalbican-
tibus, oblongis, & subhir-
sulis. verum quæ in caule
sunt, tenuiora, & magis diuisa
spectantur. Caulem mittit
tenuem, teretem, rectum, ra-
mosum: flores cæruleos, sti-
patos, aut pallidos, è quibus
capitula oriuntur colore sub
viridi, speciosis obducta ocel-
lis. Radix est illi palmaris,
multifida, subcandicansq;.

L O C U S.

Nascitur in agris non cul- Idem.
tis, secus riviera, & in colli-
bus terrenis.

Q U A L I T A T E S.

Sapore est amaro: quare ex Idem.
causit, extenuat, abstergit,
aperit, & crassa, lentaq; expe-
ctorat.

Herba ipsa in puluerem pota, aut succus ex melle delinctus, pectus, & pul- Idem.
mones abstergit, crassaq; ac glutinosa per os eiecit. Idem præstat eius decoctum
potum. scabiem sanat. Id quod & succus facit in vnguentis additus. Folia cruda
tontusa, & pestiferis carbunculis adnota, mitigat eorum perniciem coescent:
Datur vtiliter earundem succus, quatuor unciarum pondere, cum rheiæ
drachma pestilentia affectis, prima statim die, verum à potione ægros sudare
oportet: & iterum, æq; iterum medicamentum repete re. Datur item contra
serpentium venenosorum morsus, herba verò ægrius imponitur. Illius sca-
biose succus, cum chrysocolla, & caphuræ momento, lentigines, alphas, im-
petigines, & cæteras cutis infectiones abstergit, oculorumq; per se, & cum suc-
co feniculi, albugines deiecit.

CLYMENVM, Græcis, Καμύνη, Italis, Clymema.

CLYMENVM.

FORMA.

Diosc. Caulem fert sabæ, quadratum, folia planraginis, folliculis supra caulem in sese inflexis, ut in polyporum cirrhis.

LOCVS.

Matth. Nascitur incultis locis.

QUALITATES, ET
VIRES.

Diosc. Succus è tota planta expressus efficax est ad sanguinis reiectiones, & ad celiacos affectus, feminarum profusum cohibet: sanguinem è natibus erumpentem sistit: trita folia, aut siliquæ, recentibus vulneribus illitæ, ea ad cicatricem perducunt.

CENSURA.

Errant qui saponariam, vulgo dictam clymenum faciunt. ceteram tamen ego minimè compertum habeam, quæ nam planta legitimum sit clymenum, volui tamen hanc imaginem hic ostendere, ut de ea aliorum quoq; sit iudicium.



PERICLYMENUM, Græcis, Πικραλίς πορ. Italis, *Marriflua*, seu *Pincibofea*. Germanis, *Wegflatt*. Hispanis, *Madre fylua*, Gallis, *Pincibofee*.

PERICLYMENUM.

FORMA.

Simplex fruticat, ex inter- DIOSC.
nallis parua folia habens, ip-
fum amplectentia, subcan-
dida, hæc de racæ que: inter fo-
lia furculi exeunt, in quibus
baccæ hederæ fimiles: filio fa-
bæ candidus, aliquantulū ro-
tūdus, & quafi in folium pro-
cumbens: ſemen durū, quod
nō facile euellatur, radice ro-
tunda, craffa.

LOCVS.

Nafcitur in aruis ac ſepi- Idem.
bus, conuoluens ſe ad mnicu-
lis propè emergentibus.

QUALITATES.

Tum fructus, tum folia v- Gal. li. 2.
tilia ſunt, ad eū vehemēter in- ſimp. me.
cidentis, ſimul & excalfacien-
tis facultatis, vt ſi pluſculum
bibantur, vrinā ſanguinolent-
tam cicant: ſemen quoq; de-
ſiccatur.

VIRES.

Marurum ſemen in vmbra ſiccaturum, ſi drachmē pondere detur in vino qua- DIOSC.
dragenis diebus, lienem abſumit, laſſitudinem diſcutit, ſed vrinam ciet ſtatim à
ſexto die cruentam: Orbopneæ, & ſingultui prodeſt, partum accelerat. Folia
ſunt iſſdem viribus prædita, quæ tricenſis ſeptenſis diebus pota, ſterilitatem fa-
cere produunt. Eadem ex oleo peruncta, febrilium algores abigunt. Folia & Matth.
earum ſuccus, veniunt vtiliter in vnguenta, quæ ad capitis vulnera parantur, &
ad vlcera quæ in cranibus eueniunt.

TRIBULVS, Græcis, Τριβύλλος. Italis, Tribolo. Arabibus, Hefeh. Germanis, Erdklee. Burzeldorn. Gallis, Saligerz. terreſtres.

TRIBULVS.

GENERA.

Diosc. Duum eſt generum. Terreſtris, & aquaticus.

FORMA TERRESTRIS.

Idem. Folijs exit portulacæ proximis, tenuioribus tamen: viticulis longis, in terrâ ſtratis ſpinis ſecundum folia, rigidis, prædunt.

L O C U S.

Idem. Iuxta amnes, & rudera naſcitur.

Q U A L I T A T E S.

Galen. 7. ſimp. me. In terreſtri ſuperat terreſi frigidum, quod & adſtringens fuerit. Fructus tenuis eſt partium, quare calculos in renibus comminuit.

V I R E S.

Diosc. Drachma terreſtris tribuli pota, illicive iſtos à viperâ recreat, contra renna, cum vino apriffimè bibitur. Decoctum eius ſpartum pulices necat. Crura cum aquatico communia habet.



TRIEVLVS Aquaticus, Græcis, Τρίβλος ἁλιόβου. Italis, *Tribolo aquatico*. Germanis, *Wasserfuß*. Hispanis, *Abroyes*, seu *Abrolles*. Gallis, *Castaignes d'Eau*.

TRIEVLVS AQUATICVS.

FORMA.



Folijis prorenit latis, subro *Matth.* tundis, crassis, & aduersa parte maculosis, nervosis, & per ambitum serratis, prælongis, & crassis pediculis nitentibus. Caulem edit crassum, pingue, sed in summitate longè vegetiorem. Fructum profert nigrum, castaneæ magnitudine, triplici armatâ mucrone, putamine membranoso, alba intus medulla, castaneæ sapore. Radix illi prælonga, comantibus spicatis capillamentis.

LOCVS.

Nascitur in fluminibus, la- *Idem.* cubus, & in mari.

QUALITATES.

Ex humida essentia modicè *Galen.* 7. frigida, & sicca non mediocri- *simp. me.* ter, & ipsa frigida cõponitur.

VIRES.

Inflammationes omnes cataplasmate inuat: vlcera otis, gingiuas, tonsillasq; *Diosc.* perforat. Thraces Strimonæ amnis accolæ, eius pabulo equos saginât, è fructu verò esculentum faciunt panem.

SAXIFRAGA, Græcis, *Σαξίφραγον*. Italis, *Saxifragia*. Germanis, *Steinwech*. Gallis, *Pierre-pierre*.

SAXIFRAGA.

G E N E R A.

Matth. Plura, diversaque reperitur genera, quorum nos quinque describemus.

F O R M A P R I M A.

Diosc. Prutex est furculosus, thymo similis.

L O C U S.

Idem. In petris, & asperis locis nascitur.

Q U A L I T A T E S,
E T V I R T U S.

Idem. In vino coctus, mor potius, febricitantibus, opitulatur. Stragurix prodest, singultum sedat, calculos vesicæ frangit, & urinam ciet.



SAXIFRA-

SAXIFRAGA secunda, Italis, *Saxifragia secunda*.

SAXIFRAGA SECUNDA.

FORMA.



Folia in cauliculis per inter-
ualla gerit parua, angusta, ac
lôgicula, cunila æmula, con-
comitâtib; alijs longè mino-
ribus, in cacumine tamen co-
piofiora sunt: & breuiorib; in-
teruallis distincta, flores edit in
summis caulibus putpureos,
odoris non inuicundi.

LOCVS.

Prouenit in faxis, & faxosis *Idem*.
locis.

QUALITATES,
ET VIRES.

Cit urinam, calculos in re-
nibus frangit, & cœcic, visum a-
cuit, si edatur.

* APPENDIX.

Cùm nondum visa mihi es-
sere iusmodi Saxifraga, qualem
autor hic depinxerat, malui
substituere hanc plantam, quæ Sarureia durior nonnullis vocatur, quam igno-
tam effingere, præsertim cum delineationi pulchrè conueniret. Prouenit enim
Monspelij non longè à Castelnou in montibus inter saxa: Folia habet multò
duriora, & minora, quàm cunila vel sarureia fatina & à radice plurimos emittit
ramos tenues foliosos, spicam similem ferè hyssopo, in qua sunt flores albi, solo
colore differentes ab Autoris descriptione: tota plâta viridior est Sarureia, nec
ita nigricans. Radix valde liguosa, & hortorum cultui facillè assuescens, ac per
hyemem durans.*

SAXIFRAGIA tertia. Italis, *Saxifragia tertia.*

F O R M A.

Matth. Folia mittit capillacea, fœniculæ mûla, sed longiora, tenuiora, rarioraq;: canlem pariter fœniculaceum, sed tenuè ac pumilum, umbellæ in summitate, semine petrosilini vulgaris simile, sed longiusculo, & odorato. Radicem albicantem, pastinacæ sapore.

L O C U S.

Idem. Nascitur in magnis faxis, & sicco ac extenuato solo.

Q U A L I T A T E S,
E T V I R E S.

Idem. Excalfacit, attenuat, aperit, prouocat, abstergit. Tota planta subacris est, & subdulcis. Radix urinam ciêt, & menses quouis modo sumpturivum avertit, & obstructions iecoris refert.

SAXIFRAGIA TERTIA.



SAXI-

SAXIFRAGIA quarta. *Italis, Saxifragia quarta.* Germanis, *Weißer Scutellari.*

SAXIFRAGIA QVARTA.

FORMA.



Folijs est terrestribus hederæ, Martb. minoribus tamen, circumscissatis, humi accubantibus. Caudice tenui, rotundo, recto, piloso, dodrâ tali, à quo rari oriuntur ramuli, in quib. flores pendentur candidi, ocimoidis modo, è quibus nullum oritur semen. Radix illi multifida, tenuisque, in cuius fibris grana quædam rotunda, albicantia, ac subpurpurea coriandri seminis magnitudine spectantur, quæ eius esse semen quidam affirmant. Mira sanè plantæ natura, quòd semen in radicibus gerat.

LOCYS.

Nascitur locis non cultis, *Idem.* sterili solo, ac pariter inter saxa.

QUALITATES.

Grana, quæ radicibus hærent, amara sunt, *Idem.* Ideoque exalfaciunt, at tenuant, abstergant, aperiant.

VIRES.

Herbæ & radicis decoctum ex albo meraco paratum, renum calculos frangit & educit: vesicam mundat, & urinam prouocat, efficacius tamè, si ex eodem decocto granorum radicum farina drachmæ pondere propinetur. Cæterùm longè feliciter curatio succedit, si bibatur medicamentum, dum affecti balneo sit fons.

SAXIFRAGIA magna, Italis. *Saxifragia meggiore.*

SAXIFRAGIA MAGNA.

F O R M A.

Manib.

Caulis est lignosus, contorto, digiti crassitudine, duris, densisque furculis, ipsisq; tenuibus, stipato: folia fert exigua, oblonga, in acutum definentia, flosculos albos, & calyculos exiguos, ocoimoidis modo, ore circumquaq; serrato, in coronæ modum, in quibus semen continetur rubrum admodum exiguum. Radix in petris adeò pertinaciter concluditur, ut inde auelli non possit, nisi macronatis ferramentis.

L O C U S.

Idem.

Provenit in saxis, & antiquis urbium mœnibus.

Q U A L I T A T E S,
E T V I R E S.

Idem.

Mirificè tota plâra calculos comminuit & expellit.



LIMONIVS, Græcis, *Αμύμινος*. Italis, *Limonis*. Officinis, *falso Beben rubrum*.

LIMONIVS.



FORMA.

Folia habet betæ, tenuiora, Diosc. & longiora, decem, & sæpe plura, caule tenuem rectum, seminibus rubris scarentem, adstringenti gustu. Radix est *Marr.* illi vegeta, rubraq̃.

LOCVS.

Nascitur in pratis, & palu- Diosc. stribus.

QUALITATES.

Semen utpote austerum au- *Galen. 7.* xiliatur, ubi adstrictione sit o- *fimp. m.* pus.

VIRES.

Semen tritum, & ex vino- Diosc. cerabuli mensura potum, dysentericos ac coliacos iuuat: quin etiam rubra ferminarum profusiva sistit, & sanguinem exuentibus subuertit.

CENSURA.

Explodenda est seplasiatorum opinio, qui Limonij radicem, Beben rubri *Galen.* vice in medicamentis supponunt. Cæterum longè melius facerent, si bistortæ radice vterentur.

Non desunt rei plantariz
scriptores: qui plantam, cu-
ius hic imago spectatur, limo-
nium faciunt: De qua poterit
esse etiam aliorum iudicium.



PYROLA, Italis, *Pirola*. Germanis, *Wintergrün*.

PYROLA.

FORMA.



Folijis est pyri, minoribus *Matth.* tamen, ac perpetuo virefcen-
tib⁹, caule dodrantali, tenui,
erecti, in quo per intervalla
flores fpectantur candidi, stel-
lae figura, capillamentis è me-
dio emergentibus: Radix &
illi fubalbicans.

LOCVS.

Nafcitur in montibus vni- *Idem.*
brofis, & in fyluis.

QUALITATES, ET
VIRVS.

Defecat, adstringit, glutit- *Idem.*
nar: Foliorum fœcus illitus
recentia vulnera fanat. Idem
præftant & folia. Eorundem
quoq; decoctum ex vino pa-
ratum, fanat potum in refina
vulnera, quare additur com-
modiffime vulneratijs potio-
nibus.

Zz 2

LACO

L A G O P V S, sine pes Leporinus, Græcis, *Λαγόπους*. Italis, *Lagopa*, seu *Pis de Léopre*. Germ. *Hasenpfeßim*.

L A G O P V S.

F O R M A.

Diosc. Herbulæ est caule tenui, hirsuto, rotundo, ramoso, folijs trifolio proximis, sed minoribus. Paniculis in summitate villosis, & tractu mollibus, perinde ac leporini pedes.

Matth.

L O C U S.

Diosc. Nascitur in campis intersegetes.

Q U A L I T A T E S.

Galien. 7. Qualitatis est, cicccantis, adco, vt fluxus alui probè exciccet.

fimp. me.

V I R E S.

Diosc. Adalligatur tota planta inguinibus contra eorum inflammationes. Folia, & panicula dantur vtiliter ex vino austero, aut ex succo punici mali contra dysenteriam. vniuersæ plantæ decoctum, ad-

Matth.

ditis malæ folijs è dulci vino paratum, datur commodè ad vesicæ morbos, & vrinæ ardores. semen auxiliatur sanguinem reijcientibus. Peculiariter cinis illius hæmorrhoidas fluentes sistit. Sunt qui paniculis vtantur ad extergendam dysentericorum sedem.



CARYOPHYLLATA, *Italis, Garofanata.* Germanis, *Benedictenwurç.* Gallis, *Benoyße, Galliot-fen* *Reffiz.*

CARYOPHYLLATA.



GENERA.

Trium est Genesum, *Campestris, palustris & Montana.*

FORMA CAMPESTRIS.

Folia fundit subaspera, hirsuta, tripartita: duobus etiam longè minoribus auricularum instar in posteriori parte adnatis, atq; omnibus per ambitum laciniatis: caule est ramofo, rotundo, hard crasso, sesquicubitali, genicularo, subasperoque: florib⁹ aureis, pentaphylli æmulis, villosis: succedentibus inde capitulis, in quibus semen continetur. Radicibus nititur copiosis, tenuibus, sub rufis, caryophyllorum odorem spirantibus.

LOCVS.

Nascitur secus vias, propè Idem. horrorum, & agrorum septimenta, locis potius opacis, quàm apricis.

QUALITATES.

Radix, cuius est vsus, exalfacit, & siccat, aperit, & roborat.

Idem.

VIRES.

Radices præstant ad sananda vulnera, & vlcera, & præsertim ad intrinseca vulnera, si in portionibus addantur. Earundem succus cum æruginè infusus, præstat ad caniculosa vlcera. Eadem olfactu vitales spiritus recreant, & frigidum iuvant cerebrum. Earundem pulvis epotus, prodest celiacis, dysentericis, & sanguinem expuentibus.

Idem.

* *CARYOPHYLLATA aquatica*. Germanis, *Wiß Benedictwurß*.

CARYOPHYLLATA AQUATICA.

FORMA.

Folijs caule & nascendi figura similis est hæc plâta præcedenti *Cariophyllatæ*, ut vix dignosci queat. Verum discrepantiam facit radix doctantalîs, digiti crassitudine minus fibrosa, colore purpurascente, & sapore amariusculo sine manifesto odore. Deinde flores pallidiores, nonnihil purpurei habentes, qui nolle effigiem repræsentant. Tandem semen pilosum grandius capitulum efformans, quam quod campestris *Cariophyllata* gignit, quod plerumque etiam calyci purpureo à flore decidente relicto insidet. Huius flores aliquando pluribus folijs insignes sunt & rubent magis, ac folijs inferne quinis aut senis herbaceis pulcre coronantur.

LOCUS.

Nascitur in sylvis & pratis humectis, aliisque locis palustribus.*



CARYO-

CARYOPHYLLATA MONTANA. *Italis, Garofanata salsaetica.*

CARYOPHYLLATA MONTANA.



FORMA.

Folia gerit alterius crassio- *Matth.*
 ra, crispiora, hirsutioraq; pla-
 ra ab vna radice prodeuntia,
 longisque pediculis inhaeren-
 tia. tacta subaspera, & circum-
 quaque laciniata, humiliq;ne
 procumbentia. Caules tenu-
 es, nullis adnatis ramis, in qui-
 bus pusilla, sed rata folia spe-
 ctantur. In caulium summita-
 tibus vnica tantum flos emi-
 cataureus, pentaphylli simi-
 lis, sed maior paulo, qui flae-
 escens, pinnatum efficit or-
 bem, non paruo naturae opi-
 ficio: Radice nititur dodran-
 tali, digiti crassitudine, sub-
 rufa: caryophyllosum odore.

Locvs.

Nascitur in Boemix mon- *Idem.*
 tibus, è quibus Albis fluvius
 oritur.

QUALITATES.

Radix non solum exalfacit, & siccat, sed etiam cohibet, ac roborat. *Idem.*

VIREs.

Iisdem eum altera pollet viribus, sed praestantioribus. *Idem.*

CORTUSA, *Italica, Cortusa.*

FORMA.

Matth.

Folijis prouenit serè vitigineis, sed longè minoribus, subrotundis, atq; subasperis, adstringenti quodantenus sapore, caules edit tenues, rectos, glabrosq; in quorum cacumine flores exeunt exterius purpurei, interius verò aurei, staminibus pariter aureis referti: Radices fundit numerosas, tenues ac longas. Est etiam quæ violaceos, & quæ candidos flores gerat, sed prima frequentior habetur.

LOCVS.

Idem.

Nascitur locis umbrosis, cretaceo, & albicante solo.

QUALITATES.

Idem.

Tota planta dum recens est, gratissimo fragrat odore, mellis fauiferè simili, sed longè admodum gratior: in sicca verò odor euanciscit: subtilium est partium, qua re excalfacit magis recens, quàm sicca; primo tantum excessu.

Idem.

Mulcet neruorum, & articulorum dolores; à quavis causa oriuntur. Ad hoc autem macerantur flores recentes in oleo dulcium amygdalatum, & rosaceo, quod completum vocant, diuq; insolanantur. Oleum e gelidam deinde illini præstat, repetitijs illisionibus.

CORTUSA.



VIRES.

MEDIC.

MEDIVM, Græcis, Μέδιον. Italis, Medio, nonnulli *Viola marianna*. German. *Stöckium*.

MEDIUM.



FORMA.

Folia habet intubi, caulem DIOSC. tricubitalem, & in eo florem grandem, purpureum, rotundum, semine Cnici simile, minuto: Radicem dorsatalem: crassitudine baculi, gustu acerbis.

LOCVS.

In saxosis & opacis nascitur. *Idem.*

QUALITATES.

Medij radicem contra atq; Gal. li. 7. semen ipsum temperatū esse *simp. me.* contingit: nam illa quidē austera est, & fluxiones cohibet, cum alias, tum profluvium mellebre. At semen tantū abest, ut tale quid efficiat, ut etiam menses cicat, ut pote, quod tenuium partium, & incidentis est facultatis.

VIRES.

Radici farina, ex melle cocta, rubros feminarum menses cohibet, eclegma- *Idem.* te per aliquot dies sumpto, semen verò in vino potum eisdem pellit.

ANNOTATIO.

Medium folijs iridis provenire depravatus Dioscoridis Codex legit. At Or- *Matth.* basius, qui ab eo transcribit, non irides, sed seridis folijs ipsum provenire ait, quòd in suo Dioscoridis exemplari egerit, *obsp.* non autem *isp.* cui & nos ad- stipulamur.

GLADIOLVS, *Græcis, Ξιφος. Italis, Gladiolo. Senecibus, Monacis, Mauritanis, Kaffir. Germanis, Schwertel. Gallis, Glâs, fur Gleitel.*

FORMA.

Matth. Folia ei sunt iridis, breuiora tamen & angustiora, striata, & in mucronem de sinetia. Caulis cubitalis, leuis, succosus, in quo flores exeunt purpurei paribus spatij vtrinque distantes. Iridis emulsi, sed longè minores: colore verò puniceo diluto, è quibus rotundum provenit semen: Radicibus coheret geminis, bulbosis, rotundis, pressis verticillari specie, altera, alteri insidente. Hæ capillaceo conteguntur involuero, subrufoque.

L O C U S.

Idem. Nascitur in arvis, & inter segetes.

QUALITATES.

Galen. 1. Radix quæ superior est, attractivam, digerentem, & exiccantem facultatem habet.

VIRES.

Diosc. Superior radix cum chure illita, admisto vino, spicula, & aculeos è corpore eximit: panos cum Lohj farina, & hydromelite discutit: menses supposita trahit. Eadem ex vino pota venærem stimulat. Contrà verò inferior, quippe quæ scirlicarem faciat. Datur superior vtiliter cum aqua potanda ad puerorum catarrhallas.

ANNO TATIO.

Tametsi scripserit Dioscorides superiorem gladioli radicem inferiorem magnitudine superare, plerumque tamen contrarium visitur.



*GLADIOLVS Indicus quibusdam vocata planta, vel Canna Indica.

GLADIOLVS INDICVS.



FORMA.

Folis ei sunt pulcra, lata, venosa, in mucronem collecta, in inferna sui parte caulem ambiētia. Caulis in multam altitudinem atollitur, levis, arundinaceus, in quo flores exeunt pulchrè rubentes, Gladioli ferè florib. similes, aut cancrorum forpiculas quodammodo referentes, è quibus rotundum, nigrumque provenit semen. Radicibus nititur multis, nodosis, in capita rotunda protuberantibus.

LOCVS.

Nascitur in rignis, & apud nos hortulanorum diligentia eget, vt in siccilibus hieme rectè afferretur.*

SPARGA-

SPARGANIUM, Græcis, *Σπάργανον*. Italis, *Sparganio*. Mauritanis, *Safarber-
mon*.

F O R M A.

DIOSC. Folia habet gladioli, sed ar-
ctiota, & in terrâ magis pro-
cumbentia, in summo caule
veluti pilulæ prominent, in
quibus semen.

L O C U S.

Marb. Nascitur ad montium ra-
dices, humecto solo, & circa
serobes.

F A C U L T A T E S.

Gal. li. 3. Et ipsum desiccantis est fa-
simp. me. cultatis.

V I R E S.

DIOSC. Datur radix ex vino contra
serpentium venena.

C E N S U R A.

Quisquam ferè omnes, qui
de materia medica scripte-
runt, hanc plantam sparganium faciunt, nos tamen non parum dubitamus, an
rectè senserint, quum hæc foliis gladioli latiora gerat, non angustiora, sursum
spectantia, non humi procumbentia.

SPARGANIUM.



X Y R I S, Græcis, *Ξυρίς*. Italis, & vulgo, *Spatola fetida*. Germanis, *Wandkuck-
frum*. Hispanis, *Leris hedanal*. Gallis, *Glaucal*.

X Y R I S.



F O R M A.

Folia habet Iridis latiora, Diosc.
& in cacumine macronata, è
quorum medio canalis erum-
pit faris crassus, cubitalis, ex
quo siliquæ triangulares de-
pendēt, in quibus purpureus
flos, & in medio puniceus, se-
mē in folliculis simile fabis,
rotundum, rubrum, acre. Ra-
dix longa, geniculata, rufa.

L O C U S.

Nascitur in aquosis, & hu- Matth.
meis locis.

Q U A L I T A T E S.

Tenuium est partium, at- Gal. li. 7.
tractioris, digerendi, ac nimi- simp. me.
rum etiā desiccandi est facul-
tatis, cum radix, tum multò
etiā magis eius fructus.

V I R E S.

Valet ad capitis vulnera,
fractaq; efficax est: aculeos, &
spicula omnia, citra molestiam extrahit, adjecta floris xris tertia parte, & radi-
ciscentaurij, & mellis quinta: tumorbis, & collectionibus illis cum aceto
medetur. Radix bibitur ex pulso ad consulsā, rupta, coxendicum dolores:fran-
gurias, & alui profusiva: semen tribus obolis potum, vrinam vehementer im-
pellit, & cum aceto lienem absorbit.

ANCHUSA, Græcis, *ἄνθρα*. Italis, *Anchusa*. Germanis, *Nat Ochsenzwerg*. Hispanis, *Sageo*. Gallis, *Orebanette*.

ANCHUSA.

GENERA.

DIOSC. Trium est generum, magnitudine, & exilitate foliorum, & esulium differentium.

FORMA PRIMA.

Idem. Folia habet laetæ, in acumen fastigiata, hirsuta, aspera, nigra, multa, ab radice quoque versus humi sparsa, spinis horticida. Radici crassitudo digitalis, quæ exire provenit, & manus inficit sanguineo colore.

LOCVS.

DIOSC. nascitur læto solo, & locis
Metb. incultis.

QUALITATES.

Gal. li. 6. Radicem habet admodum refrigerantem, & desiccantem, tum adstringentem, & subamaram, tum quæ sufficit extenuandis, & extergendis humoribus, corporibusque condensandis. Folia radice quidem sunt imbecilliora, ceterum adstringunt & ipsa, & desiccant.

VIRIS.

DIOSC. Radix adstringitur ex oleo, & cera, efficax est ad ambusta, & vetera vlcera. Modetur igni facta, cum polenta illita. Illinitur quoque ex aceto, lepris, & vitiligibus; partus supposita extrahit. Datur eius decoctum valiter potidum calculosis, hienosis, & bile suffusis, & si febris sit ex aqua mulla. Folia ex vino potiduum sistunt.



ANCHUSA altera, Græcis, *ἄνθυσος ἄλτηρα*. Italis, *Anchusa secunda*.

A N C H U S A A L T E R A.

F O R M A.

Minoribus hæc exit folijs, Diosc.
quàm prima, similiter tamen
asperis: ramulis exilibus, in
quibus flos purpureus in pa-
nicem vergens conspicitur.
Radices habet rubras, præ-
longas, quæ mellebus sangui-
neum succum fundunt.

L O C U S.

In fabulosis nascitur. *Idem.*

Q U A L I T A T E S.

Calidior altera est, & ma- *Galen. 6.*
gis medicata: nam pusculum *simp. me.*
habet & gustu ipso protinus
acrimonia.

V I R E S.

Vires folijs, radicibusq; in- *Diosc.*
sunt, quæ, contra virus, cum
reliquorum serpentium, tum
maximè viperarum auxilien-
tur, siue cibo, siue potu, siue

affigatur, illiniturve: nam si quispiam mandens, in serpentis os inspuat, eum ne-
cabit.



ANCHUSA TERTIA, Græcis, *ἄγκυσα τρίτη*. Italis, *anchusa terza*.

ANCHUSA TERTIA.

FORMA.

Diosc. Est & hæc alteri non dissimilis, sed puriceo, ac minori semine.

LOCVS.

Matth. Nasçitur arido, ac sabuloso solo.

QUALITATES.

Gal. li. 6. Parua hæc, etiam altera, ca-
sup. m. lidior est, quæ & amarior, & magis etiam medicata.

VIRIS.

Diosc. Commanducatum semen, si in serpêris fauces expuat, eum interficiet. Radix acetabuli mensura, cum hysopo, & nasturtio pota, latæ vêtis cinéas excutit.



E. C. 1786.

ECHIVM, Græcis, *Ἐχίον*. Italis, *Echio*, & *Englossa saluatica*. Germanis, *Wid*
Döfsung. Hispanis, *Yerua della binora*. Gallis, *Englossa sauvage*.

E C H I V M.



F O R M A.

Folia habet prælonga, aspe- DIOSC.
 ta, aliquantum tenuia, an-
 chuse proxima, minora ta-
 men, subtrita, & pinguis,
 spinulis tenuibus horridula:
 cauliculos exiles, numero-
 sos, minutaque utroque la-
 tete folia, expansa pinnata-
 que, nigra, in summo caule
 proportione minora. Flores
 secundum folia purpureos,
 in quibus semina capiti viper-
 arum similia insunt. Radix
 nigricat digito tenuior.

L O C U S.

Nascitur secus itinera, in *Marth*.
 agrorum marginibus, & sic-
 co, inculto, & exoluto solo.

Q U A L I T A T E S,
E T V I R E S.

Radix non modo percus- DIOSC.
 sis à serpente ex vino pro-
 deit, sed eos, qui antea biberat feriri non patitur. Idem præstant munus,
 folia, & semen. Lumborum dolores sedat in vino, aut sorbitione sumpta.
 Lac extrahit.


* ECHIVM Florcalbo.

F O R M A.

Echium aliud albis floribus
 precedenti simile, sed multo
 maius & asperius fere, rectum
 in alas valde dearticatum.

L O C U S.

Hic ipsi cum priori commu-
 nis est, sed ob raritatem in
 hortos transferi solet.*



O C I M O R.

OCIMOIDES, sine Ocimistrum, Græcis, *Αιμοψύλλο*. Italis, *Basilico salutarico*,
sive *Ocimoide*. Hispanis, *Alba hagua montefina*. Gallis, *Basilic sauvaige*. Germa-
nis, *Ze lenger je freundlicher/ Liebtweich*.

O C I M O I D E S.



F O R M A.

Folijs exit ferè satino Ocimo DIO SC.
similibus, ramulis hirsu- Matth.
tis, quadrangulis, cubitali
longitudine, in quorum sum-
mo flores emicant candidi, &
nonnumquam purpurei, è qui-
bus calyces erumpunt hyo-
scyami figura, capaci ventre,
arctis faucibus per ambitum
denticulatis, in quibus semen
includitur nigrum, melanthio
ferè simile.

L O C U S.

Nascitur passim inter sege- Matth.
tes, propè septa, & agrorum
marginibus.

Q U A L I T A T E S.

Rudix superuacanea est: at *Gal. 1.*
semen tenuium parium, & *simp. me.*
desiccantis citra mordacita-
tem facultatis est.

V I R E S.

Semen in vino potum, tum viperarum, tum cæterarum moribus medetur.
Datur Ichiadicis cum vino, melle, myrrha, & pipere.

F O R M A.

Habetur quædam varietas in floribus Ocimoidis, qui pulchrè foliorum sætura insigni exornantur. Herba ipsa nihil differt ab altera, quæ simplici florum natura constat, cuius appinimus ramulum proferentem rubros flores, ut possit animadverti quid hi ab alijs, qui candidi sunt, differrent. *



GRAMEN, Græcis, *ἄσπερον*. Arabibus, *Vagem*, *Negen*, seu *Nagien*. Thebæci, & Nigil. Italis, *Gramigna*. Hispanis, *Grana*. Gallis, *Den de chien*. Germanis, *Crass*.

G R A M E N.



G E N E R A.

Complura graminis visuntur Genera, de quorum nonnullis dicitur. *Marth.*

F O R M A P R I M I.

Geniculatis serpit ramulis, diosc. à quibus radices sparguntur dulces, articulis præcinctas. Folia acuminata, dura, & vt arundinis paræ lata, eaq; inuenta, & boues pascunt.

L O C V S.

Prouenit in campis, & in cultis locis. *Marth.*

Q U A L I T A T E S.

Radix mediocriter frigida Gal. 6. est, & sicca, mordacitatem simp. me. quandam exiguam, & partium tenuitate in obtinens: herba verò primo quidem excessu refrigerat: in humiditate, & siccitate moderata. Semen

inbecillum est. Radix esculenta est viridis. Dulcis enim est, instar aquæ, sed nec quiddam exiguam, & subacerbum obtinentem.

V I R E S.

Tritaradix illius vulnera glutinat. Decoctum eius in potu torminibus medicatur, atq; vrinæ difficultatibus: calculosi etiam vesicæ excrementa committunt. Idem potum interaneorum vermes necat. *Marth.*

GRAMEN mannae, Italica, Sanguinella, sive herba Capriola. Germanica, Dinnel
 tall / Schrodert.

GRAMEN MANNAE.

FORMA.

Martb. Folijs, ac radicibus exit al-
 terius tenuioribus: caule ge-
 niculato, prelongo, spicis
 numerosis in cacumine refer-
 to, ipsisque sensim aculeatis,
 aded, ut, naribus inditæ, ma-
 nuque agitate, sanguinem
 eliciant. Semen ijs inest mi-
 nutum albicans, panico lon-
 gè minus, oriza se-è, sapore,
 quod à Germanis citur in pin-
 gui iure decoctum, quod per
 quam bellè placeat. Quade
 re hoc semen Mannam ap-
 pellant.

LOCVS.

Idem. Scribitur in Germania, & di-
 ligenter colitur in cæpis: quin
 etiam sponte per se nascitur
 in incultis locis.

QUALITATES.

Idem. Semen orizæ qualitates ha-
 ber, quare mediocriter ventrem adstringit.

VIRES.

Semen ex pingui iure decoctum, & scillitum mammarum durities resolu-
 In cibis mediocriter alit.

CENSURA.

Errant profectò qui hanc plantam coronopum faciunt.



GRAMEN floridum, Græcè *ἄγριον ἀνδαλίτικον*. Germanis, *Augenrost*
Graf. *

GRAMEN ALTERVM.

Est & Alterum, quod floridum appellari potest, folijs & caulibus cæteris similibus: floribus in summitatibus stellarum instar radiantibus, candidisque: Radice tenui minime geniculata.



GRAMEN Parnasi, vulgo unifolium. Græcis, *ἄρνικον ἢ ἰσ μαρνασόν*. Italis, *Gramigna de Parnaso*. Germanis, *Einblat*.

GRAMEN PARNASI.

FORMA.

DIOSC. Densus hoc fruticat, folijs hæderaceis, flos odorato, candido, semine paruo, non inutili: radiibus quinis, sur senis, digitali crassitudine, candidis, mollibus, & admodum dulcibus.

LOCVS.

Idem. Prouenit in monte Parnaso.

QUALITATES.

Galen. 3. simp. me. Semen desiccatorium, tenuium partium, & subacribum est.

VIRE S.

DIOSC. Succus eum pari melle, & myrrhe dimidio decoctum, adiectis piperis, & thuris tertijs portionibus, probatissimum est ir oculorum medicamentum: præsertim si in ænea pyrïde recondatur. Decoctum radicis idem, quod herba præstat. Semen vehementius urinam impellit; alium vomitioneque lussit.



GRAMEN

GRAMEN aculeatum, Italis, *Gramigna spinosa*. Græcis, *Σπυρα ἀγυρδία*.

GRAMEN ACULEATVM.

FORMA.

Folia, caules, radices primi *Matth.* graminis modo profert. In caulibus tamen singulis è folijs, aculei peculiariter exeūt, triplici apice constantes, ac suis nisi pediculis, tribulorū terrestrium instar.

LOCVS.

Prouenit inter ruderā, & *idem.* in muris vetustate collapsis.

QUALITATES,
ET VIRES.

Vires easdem habet, qui- *idem.* bus pollet primam graminis genus.



SIDERITIS, Græcis, Σιδιρίτις. Arabibus, Sidrictis. Italis, Siderite. German. Wasserandorn.

F O R M A.

DIOSC. Folia habet Marrubij, sed longiora, satis ad frondem quærens, aut saluæ accedentia, minora tamen, & aspera. caules edit quadratos, dodrantes, aut etiam maiores, non insacundi gustus, aliquantum substringentis, in quibus per interstitia orbiculatæ vertebrae, vt in marrubio spectantur, & semen in eis nigrum.

* L O C U S.

Idem. Nasctur in petrosis locis.

Q U A L I T A T E S.

GALIB. I. Habet quidem etiam abstergendi quandam facultatem, sed plurima eius pars humida est, & mediocriter frigida, paucula verd inest adstrictio, quare phlegmonem sedat, & glutinat.

V I R E S.

DIOSC. Illius folia, suapte vi vulnera sine inflammationis periculo iungunt.

S I D E R I T I S.



* A N N O T A T I O.

Cum hæc planta humectis, vt plurimum, nascatur locis, non auisim eandem affirmare, legitimam esse primi generis sideritim, & si cæteræ correspondant. Quo factum est vt sequentem deinde legitimam crediderim, esse primi generis sideritim.

SIDERITIS vulgaris. Germanis, Zeisigkraut.

S I D E R I T I S V U L G A R I S.

F O R M A.

Exit hæc caule quadrato, doctantali, aut maiori, ramofoque, folijs marrubio lögioribus, ad faluæ faciem accedentibus, crispis, albicantibus, sapore hand ingrato: floribus verticillatim in caule summo prædeuntibus colore: pallefcente.

L O C U S.

Nafcitur aridis locis.

Q U A L I T A T E S,

E T V I R E S.

Eadem illi funt vires, quas: primo sideritis generi tribuit: Dioscorides, & Galenus.



V I R G A.

VIRGA aurea. Italis, *Virga aurea*, quibusdam herba Indica, sive *Pagana*. Germanis, *Heydnisch Wandkraut*.

VIRGA AVREA.

FORMA.

Marb. Caulem edit bicubitalem, subrusum, leuem: folia olinz latorz, circum minutissimè serrata, flores in caulium fastigijs aureos, ac spicatos, qui flavescentes in pappos distillant.



LOCVS.

Idem. Nasctur in collibus, in agrorum marginibus, & vineis.

QUALITATES.

Idem. Subamara est, absterforiz facultatis, ac glutinatoriz.

VIRES.

Idem. Additur vtiliter tota planta in vulnerum intrinsecorū potionibus: vulnera quæcunque glutinat: calculos comminuit, & vrinam ciet. Pota sur infusa alui fluxiones cohibet: eius decocto sanantur foru vlcera.

VIRGA AUREA folijs non serratis.



F O R M A.

Folia habet minora & sine
crenatis vel saltem minus con-
spicuis, reliqua non differunt
à priore.

L O C U S.

Nascitur in opacis & ne-
morosis saltibus.

ACHIL-

ACHILLEA, Græcis, *Αχιλλεύς*. Arabibus, *Sichrius*, seu *Egulus*, Sacerdoti De-
male obsecro. Italis, *Achillea*. Germ. *Großer Garten/Schaffir*.

ACHILLEA.

FORMA.

DIOSC. Scapos gerit dodrantaes,
aut maiores, fusorum effigie,
minutulis folijs circūdatos,
ex obliquo crebras incisuras
habentibus, Coriandri simi-
litudinē, subflavo colore, len-
tis, odore non insuavi, verūm
medicato, umbella in cacumi-
ne rotunda, floribus candi-
dis, purpureis, & aurum amu-
lantibus.

LOCVS.

idem. Provenit læto solo.

QUALITATES.

Galen. 1. simp. mt. Viribus est Sideritis non
dissimilibus, cæterūm adstric-
tione exuperat. quare ad
sanguinis eruptiones, dysen-
terias, & muliebri profusui-
tū convenit.



VIRES.

DIOSC. Trita coma sanguinolenta glutinat, & ab inflammationum periculo tenet.
Erumpentem sanguinem inhibet, & exvellere subdita, croenta vulæz profu-
uis: bibitur ad dysenteriam vniuersæ plantæ decoctum, in quo etiam infident
femine yteri profusiuo laborantes.

RUBVS, Græcis, Βάρος. Mauritanis, Βαλεϊχ, seu Ηαλεϊχ. Italis, Ροσε. Germ. Braumen. Hisp. Caza. Gallis, Ροσε. Fructus, Latinis, Mora Rubi. Græcis, Βατρούβαυσα. Italis, Μορε δι Ροσο. Germanis, Brambeer & Krautbeer.

R U B V S.

G E N E R A.



Plura rubi reperit̃ur gene Throphi, ra, aliud. n. exit arboris instar. lib. 3. de Aliud sepibus fructisq; im- plan. hyl. plicatur. Aliud humi serpit, radicaturq; graminis modo. Aliud denique alijs modis in montibus, & sylvis vagatur. Cæterum nobis duorum tantum generum meminisse sat fuerit, n. s. p. vulgaris, & Idei.

F O R M A.

Qui passim in sepib. & fru- Marsh- tetis nascitur, virgas edit qua- drangulas subrubentes obli- quiofas, aduncis vbiq; aculeis refertas. E ramulis pediculi ex- eunt aculeati, è quibus ternæ prodeunt folia fragatiz herbæ æmula, sed aspera, & in acutâ de sinentia, dorso aversa parte aculeato. Flores profert racem- mosos, albicantes, è quibus mora oriuntur. Radix illi est graminis modo repens.

L O C V S.

Nascitur in sepibus, dume- Idem- tis, fructisque.

Q U A L I T A T E S.

Folia, germina, flos, fructus, & radix qualitate adstringente pectus parit, ca- Galen. & que non oblenra. Atqui folia recenter nata plurimum in se habent substantiæ sump. me- squæ, parum verò adstrictionis, eadem ratione, & germina. Fructus immatu- ris acerbus est, & valdè exiccatorius: maturus verò non parum habet calidi temperari. Flos viribus est immaturi fructus. Radix cum adstrictione tenuium est partium, quare renum calculos comminuit.

V I R E S.

Ramorum decoctū potum, aluum stringit, & feminariū profluua: capillos DIOSC. erigit, folia comanducata gingiuis, & oris virijs medetur. Serpentina ulcera co- libent, & quæ in capite manant. Illinuntur quoq; condylomatis, & hæmorrhoidibus. Eadem circa cardiacis, & stomachi doloribus vtiliter admoventur. Rotes ex vino poti aluum sistunt.

RUBVS

RUBVS Idæus, Græcis, *βέρυς* Idæa. Italis, *Rasamontano*. German. *Himbeer* vel *Hoolbeer*; nem. *Bocksberr*.

RUBVS IDÆVS.

FORMA.

Marb.

Est altero longè clementior. Folia pfertlatiora, mollioraq; , virgas rotundas, fragiles, spinis nullis, aut omnino raris. Flores albos, alterius amulos. Fructus rubi mora per omnia referunt: ceterùm differunt quòd hi tenetiores, mollioresq; habeantur: sapore, cum dulcedine quadam insipida, adstringente, non tamen iniocando, rubicundo colore. * Nonnunquam flavescente vel penitus albo. * Tridentina rura, hæc mora vocant Ampomele, & fragorum vice ijs vescuntur.

LOCVS.

Idem.

Pronenit copiosus in montibus.

QUALITATES,
ET VIRES.

Diosc.

Eadem præstat, quæ supradictus. Illinitur flos cum melle oculorum collectionibus. Ignem sacrum extinguit: stomachicisq; ex aqua bibendus datur.



HELIXINE cissampelos, Græcis, *Ελξίνη κισσαμπελοσ*. Italis, *Vilucchio minore*. Arabibus, *Asfa*. Germanis, *Mittel Bindt*. Hispanis, *Campanolecytus*.

HELIXINE CISSAMPELOS.



FORMA.

Folijs est hederæ minori-DIOCS. bus, ramulis exilibus, longis, *Marrh.* quibus complectitur quodcunque contigerit adminiculum. Flores edit albos, leui tamen purpura perfusos, calachi figura, è quibus semen otitur nigrum.

LOCVS.

Nascitur in sepibus, vineis, *idem.* ac segetibus.

QUALITATES.

Digerendi facultatem ha- *Galen. 6.* bet. *simp. ma.*

VIRES.

Foliorum succus potusal- DIOSC. num delijcit.

ELATINE, *Cercis, Eacōys.* Arabibus, *Asbia*, Italis, *Elatina*.

E L A T I N E.

F O R M A.

DIOSC. Folia habet Helxine similia, minora tamen, rotundiora, pilosa, tenuibus & dodrantalibus ramulis, quinis, sensivè, à radice, foliosis, gustu adstringentibus.

L O C U S.

Idem. Nascitur in segetibus, & cultis.

Q U A L I T A T E S.

Galen. 6. Modicè cum refrigerat, tū *simp. me.* adstringit.

V I R E S.


DIOSC. Oculorum fluxionibus, inflammationibusque auxiliantur folia cum polenta mita. Eadem cocta, sorbitionis vīa, dyenteriam sistunt.



Nympha

NUMVLARIA, siue Lunaria minor. Italis, *Lunaria minore*. Germ. *Egeltraut/*
Hemingtraut.

N U M V L A R I A.



F O R M A.

Serpit hæc humi, iuncis *Marsh.*
cauliculis, cubito longiori-
bus, in quibus à radice ad sum-
mum, breuib; interstitijs y-
trinque folia exeunt, crassius-
culis, rotunda paruorum num-
morum instar, vnde illi no-
men: flores fert aureos, ac
speciosos.

L O C U S.

Nascitur in scrobium si- *Idem.*
pis. & vliginosis aggeribus se-
cus vias.

Q U A L I T A T E S.

Glutinandi, cohibendique *Idem.*
facultate prædita est.

V I R E S.

Herba ipsa illita, recentjs *Idem.*
vulnera glutinat. Idem præstat eorum succus. Præcipua autem vis eius est, ad
puerorum enterocellias, cum illis, tum in pulucrem hausta.

Bbb 2

EVPATO

EUPATORIUM. Græcis, *Ευπατόριον*. Officinis, & Italis, *Agrimonia*. Arabis, *Cafar*, *Cifir*, seu *Gafar*. Germ. *Dormeng*. Hifp. *Agramania*. Gallis, *Agremoine*.

F O R M A.

E U P A T O R I U M.

Diosc. Fruticosa est herba, vnicum effertens caulem, lignosum, nigricantem, tectum, tenuem, hirsutum, cubitalem, interdum ampliozem, folijs per internodijs quinq;folijs, aut cannabinis similibus, quinque partito, aut amplius diuisis, nigricantibus, & per ambitum setatis. Semen medio caule extumpit, pilosum, deorsum spectans, quod siccarum vestibus inhæret. Flores gerit spicatos, aut eos, radicem lignosam, subrotundam pentaphylli modo.

Matth.

L O C U S.

Idem. Nasquitur secus sepes, itineraque, in agrorum marginibus, & incultis locis.

Q U A L I T A T E S.

Galen. 6. Tenuium est partium, incidendi, extergendiq; facultatem, citra manifestam caliditatem obtinet, quo circa obstructions hepatis expurgat: inest ei & adstringens modica, propter quam robur visceri additur.



V I R E S.

Diosc. Folia contrita & cum sulfo adipe imposita, vlcetibus estumacibus medentur. Herba, aut semē in vino potum, dysenteria, iccinotijs vitijs, & serpentum icibus liberat. Locinorosos inuat decoctum potum. Idem ex vino albo partum, cum saccharo sex vnciatum pondere tribus diebus potum, micificē stranguriam sanat, & vrinam impellit. Additur herba in potionibus, quæ adstricti-
leca patantur vulnera.

Matth.

EUPATORIUM vulgare, Officinis, *Eupatorium Aleucum*. Italis, *Eupatoriâ*. Germanis, *Kainigandt Kraut*.

EUPATORIUM VULGARE.



FORMA.

Caulem edit triubitalem, *Marth.* subrubrum, rotundum, folia cannabis, sed maiora, albicantia, hirsuta, amaro gustu, odore medicato, non insauui. Flores exeunt in summitatibus, in umbellis subpurpureascentes, qui flætescentes in pappos abeunt. Radix multida illi est, sed superuena.

LOCVS.

Nascitur vliginosis locis, & *Idem.* in scrobium aggeribus.

QUALITATES.

Excalfacit, siccant, abstergit, *Idem.* incidit, aperit, & subtilium est partium.

VIRES.

Præstat foliorum decoctum *Idem.* iocinoris doloribus, ac cæteris eiusdem affectibus ab obstructione prouenientibus: quin etiam lienis tumoribus, & obstructionibus. Datur idem diutina febre laboranti-

bus. Urinas & menses pellit, scabiem, & pruritum sanat, præsertim cum sumaria, & caprino sero, sed succus fortior est. Is itaque potus incipienti elephantie medetur. Flores illini vulnera recentia, & vlcera sanant: succus drachmarum duarum pondere in catapotijs sumptus, intestinorū vermes necat: Dantur folia vtiliter pecoribus tussientibus, & anhelosis equis.

POTENTILLA, quibusdam Anserina, Italia, Potentilla. Germania, *Erstling* sur *Erstling*. Gallis, *Agrimonia sauvage*.

POTENTILLA.

FORMA:

Marsh. Folijs exit agrimoniz proximis, hirsutioribus, pro parte visentibus, supina verò albicantibus. cauliculos fundit humi repentes, è quibus aurei prodeunt flores: Radice constat exterius subrufo, interius verò candicans, auste ro gustu, & adstringenti.

LOCVS.

Idem. Nascltur humecto solo.

QUALITATES:

Idem. Refrigerat, siccac, adstringit, repellit, roborat.

VIREB.

Idem. Fœminarum profusius, & dysenterias cohibet, ac cæteras alui fluxiones. Datur vtiliter sanguinè reijcientibus. Herba decoctum ex vino paratum, præstat potum ad intestinorum tormina, & dorsi dolores. Siccæ farina ex sua ipsius aqua stillatitia pota, albas vteri fluxiones cohibet, sed valentinus, addito corallio, & ebore. Datur ad enterocellas, & hæmorrhoidellas. vulnera recentia, & otis, pûdendorumque vlcera sanat: ex aceto decocta. collinunt vtiliter ad commotos dentes: & laxas gingiuas, dentiumque dolores mulcet, & prolapsam columellam restituit, addito aluminis momento.



QUINQUEFOLIUM. Græcis, Πεντάφυλλον. Italis, Cinquefoglie. Germanis, Fünffingertraut. Hispanis, Cinco enrama. Gallis, Quatrefeuille.

QUINQUEFOLIUM.



GENERA.

Plura quinquefolij extant Matth. genera, colore, ac magnitudine-differentia.

FORMA PRIMI.

Ramosos fert festucarum DIOSCO. similitudine, tenues, dodrantales, in quibus semen: folia menthae, quina singulis pediculis, in ambitu serrata: flore ex candido pallefcentem, auriculatum, subrubram habet radicem, oblongamq; nigro veratro crassiotem.

LOCVS.

Nascitur in riguis & aqua- Idem. riji ductibus.

QUALITATES.

* Radix vehementer desiccatur. Galen. f. cat: nimirum verò acris est, & simp. m. cum sit tenuium partium citta morsum desiccatur. Radix enim desiccatur ordine quodammodo tertio, minimum habens eidentis caliditatis.

VIRES.

Radicum decoctum, colla DIOSCO.

flone, deñitum dolores sedat, & vlcera putrida listis, arteria scabritias gargari- zara laugar. Dysenterias, & cæteras alui fluxiones cohibet, quin etiam articu- lorum coxendiciumque cruciatus potu tollat. Coctæ in aceto, & illitæ, serpen- tia vlcera reptimunt. Strumas, tumores, autittas, abscessus, & collectiones dicitant. Ignes sacros, & condylomata sanant. Teneræ radice succens, iocli- noris, & pulmonum vitijs medetur. pollet etiam aduersus venena: folia trice- nis diebus pota, comitiales iuuant. Eorundem succus tribus cyathis diebus ali- quot potus, eclerimè regio morbo medetur. Ex melle, saleque illita, vulneri- bus, & fistulis auxiliatur. Medetur etiam enterocellis. Tota planta, & potu, & illitu, sanguinem manantem listit.

F O R M A.

Folia minora proferri, angustiora & magis laciniata, incana tota; cauliculos erectos, in quibus flores lutei alterius similes sed minores. Radix rubra nigricat, & alte descendit sapore ceu glandium astringente.

L O C U S.

Nascitur in aggeribus, & secus arua, macro solo.

Q U A L I T A T E S,

E T V I R E S.

Eodem ille quæ priori.*



QVINQUEFOLIUM

QUINQUEFOLIUM album, Græcis, Πεντάφυλλος λεύκος. Italis, Cinquefoglia
bianca. Germanis, Weiß Fünffingertraut.

QUINQUEFOLIUM, ALBUM.

FORMA.

Folij est incanis, hirsutis, Matth.
per ambitum sensim denti-
cularis, quinis ex vno quo-
que pediculo dependenti-
bus cauliculis mollibus, ob-
sequiosisque, flore candido,
radice squamola, agnatis ex
obliquo prodeuntibus.

LOCVS.

Nascitur in saxis ingenti-
bus, & saxosis locis.

QUALITATES.

Adstringit, siccet, robo-
rar, repellit: Radix subtili-
um est partium.

VIRE S.

Ea omnia prestare potest
quæ alterum, quæ tamen ad-
stringentior est.

Bbb 5 * QUIN-

RETICAV

* Radix subtilium, admodum rigo-
rum.

QUIN-



* *QUINQUEFOLIUM* palustre fragiferum, vel *Heptaphyllum* porphyranthemum. Germanis, *Benßtraut*; *Sibenßingertraut*.

QUINQUEFOLIUM
PALUSTRE.

FORMA.

Oblongis quasi sarmentis se propagat serpitque pervaginem, angulos nonnihil & striatis nigris, in quibus ramuli nascuntur & folia pentaphylli quina interdum sed ut plurimum septena, subrus cinericia, superiore parte virentia, Floret per æstatem: flosculus componitur ex quinque aut sex folijs atrorubentibus, & parvo capitulo medio obtinente, cinctoque staminibus purpureis. Hoc subinde increfcit augeturque donec magnitudinẽ fragi ferre attingat, cui & figura & colore simile fit, nullo intus sacco. Radicibus nititur longis, tenuibus, nigricantibus & in geniculis fibratis.



LOCVS.

Nascitur vliginosis, putridis & macris pratis.

QUALITATES.

Astringit tota herba, præsertim fructus. *

DIAPENSIA, siue Sannicula. Italis, *Cinquefoglio maggiore*. Germanis, *Sannicel*.

D I A P E N S I A.

F O R M A.

Folia profert quinquefo- *Matth.*
lij maiora, vitiginea specie,
cauliculis rotundis, gracilibus,
obliquosis, in quorum
summitate, & adnatorum fas-
tigij capitula prodeunt sub-
albida, fragorum figura: Ra-
dicibus constat numerosis,
gracilibusque.

L O C U S.

Nascitur in montibus, & *Idem.*
sylvosis collibus.

Q U A L I T A T E S.

Refrigerat, & siccat, cohi- *Idem.*
bet, reprimat, glutinat, &
roborat.

V I R E S.

Universæ plantæ deco- *Idem.*
ctum, datur potandum ad in-
rinfeca vulnera sananda, fistulas, & enterocellas. Idem quoque præstat fo-
liorum, & radicum farina.

* SANNICV-



* *SANICVIA alpina*, siue guttata quibusdam. *Italica*, *Pubescens Veneta*. *Septentrionalium alijs*, *Hepatica montana*. *Valesijs*, *L'herba Santa Cordis, et Sani Costura*. *Germanis*, *Wilde Schelkraut, oder weisse Sanickel*.

A I R M E S A I I

S A N I C V I A A L P I N A.

F O R M A.

Elegans est planta, floribus albis, qui guttulis asperguntur sanguineis, figura quodammodo *Hyperici* floribus correspondentes, cui & semen simile est, caulis hæc sustinet sesquipedalis, cui folia subsunt hederacea, rotunda, crenato ambitu, prona parte candidiora utraque hirsuta nonnihil exiguis pilis candidis, qui tamen cultura penè evanescent. radix interdum minimi digiti longitudinem æquat, crassiuscula, subrufo colore.



L O C U S.

Crescit copiose in monte Iura & monte Mōla, locis umbrosis & humidioribus. Reperitur etiam in montanis Pannoniæ.

Q U A L I T A T E S,
E T V I R E S.

Astringit & ferè insipida est. Ex parte prona folij cutem decorticant, & sic vulneribus illud imponunt. Eliciuat aquam è planta minutim concisa ad glutinanda vulnera, aut in pulveres redigunt flores, itemq; folia & vloceribus vulneribusq; inspergunt.

FRAGARIA, Italis, *Fragularis*: Fraga vedò, Italis, *Fragole*, & *Fraghe*. Germanis, *Erdbeer*. * *Fragaria sylvestris* vel *montana*. Germanis, *Bergbeerb.* *

FRAGARIA.



FORMA.

Planta est humi repens, fo- *Matth.*
lijs pentaphylli maioribus,
ternis ex vno pediculo pro-
deuntibus, & per ambitum
ferratis: floribus candidis,
rubi æmulis, è quibus fraga
oriuntur: cauliculos habet
tenues, hirsutos, obsequio-
sosque: radices habet nume-
rosas, & tenues adstringen-
tis gustus. * *Sylvestris* exi-
gua est herbula, & strigosior
tota, fructu minore & minus
sapido rubro. *

LOCVS.

Proueniunt in montibus, *Idem.*
collibus, syluis, secus itine-
ra, & prope sepes.

QUALITATES.

Refrigerat excessu primo, *Idem.*
& siccatur secundo.

VIRES.

Folia, & radix vulnera, & vlcera sanant, muliebres fluxiones, & dysente. *Idem.*
rias cohibent. vtinam cient, & lieni conferunt. Eorundem decoctum po-
tam præstat ad locinoris inflammationes, & ad renum vesicæq; sordes. *Idem*
in ore contentum ginginas roborat, commotos dentes stabilis, & destillatio-
nes sistit: At fraga, præter id quod ætare denorata maximè placent, biliosus,
æuantibusque ventriculis præsumt, siticulosisq; opem ferunt. Vinum quod
ex eis elicitur, vlcusculis faciei mirificè medetur, illitum, quin & varos, & ocn-
lorum fluxiones calidas impositum tollit.

FORMA.

Priori similis herba sed minor & magis cana, hos fructus profert, qui colore solo à præcedentis Fragariz fructu differunt.

LOCVS.

Ratior est quam superior, & propterea ad hortorum cultus expetitur. Nec dubium est, alicubi sponte nasci & iisdem locis gaudere quibus vulgarior. *



EYFRAGIA, Italis, *Eufragia*. Germanis, *Kugentrost*. Gallis, *Eufraise*.

E Y F R A G I A.

F O R M A.

Tenuis est planta ad spithamæ altitudinem assurgens, folijs minutis, crispis, & per ambium crenatis, gustu adstringentibus, & subamaris. caule tenui, rubentique: flore inter purpuream, & aurum albicante, quem mittit in fine æstatis.

L O C U S.

Nascitur in pratis, & in sylvis.

Q U A L I T A T E S.

Excalfacit parum, siccatur magis, abstergit, & cohibet.

V I R E S.

Præstat tam in cibis, quam in medicamentis sumpra. cum recens, tum sicca, ad omnia oculorum impedimenta, & præsertim cum in cibis, aut potu sumitur diutius. Vinum ex ea paratum idem præstat potum. Eius enim vsu senum oculi tenuescunt. visus mitis acuitur. & excoctientes ad lucem redeant, & præcipue in pinguibus, & pituitosis corporibus, hæc omnia præstat.

P H O E N I X,



PHOENIX, Græcis, *ῥοδία*. Quibusdam lolium marinum: Italis, *Grigio sal-*
maria. Germanis, *Daubendelb; Meerstorn*. Gallis, *Tarax sauvage*.

P H O E N I X.

F O R M A.


DIOSC. Folia habet hordei sed bre-
 viora, & angustiora, spicam
 lolio similem, calamos se-
 num digitorum, radici ad-
 volutos, septenas, octonas-
 ve spica.

L O C U S.

DIOSC. *Marr.* Nasctur in aruis, tectis,
 recenentillis, & secus iri-
 nera.

Q U A L I T A T E S,
 E T V I R E S.

Ex vino austero pota alui
 profusum, & mensum ab-
 undantiam sistit: urinx im-
 petus cohibet, in puniceo
 vellere adalligata collo su-
 spensa (vr aiunt) sanguinem
 manantem sistit.



RHODIA

RHODIA radix, Græcis, Ροδιόριζα. Italis, Radice rodia. Germanis, Rosenwurk.

RHODIA RADIX.



FORMA.

Caules mittit teretes, cubitales, folijs vbiq; stipatos, longiusculis, in acutum desinencibus, portulacæ, seu minoris sedi instar pinguibus, minutim per ambitum serratis. Umbella in cacumine viridi tithymali cyparissii modo. Radix ei inæqualis, strumosa, crassa, laui cortice obducta, splendescens. Substantia intus subrusa, rosarum odore. Radix est omnium viscidissima. Siccis enim locis mensibus pluribus asseruata, & deinde lata, statim repululat.

LOCVS.

Nascitur in altissimotum Idem. montium rupibus saxosis, ac præruptis locis.

QUALITATES.

Tenuium est partium, & Gale. 8. discutientis facultatis, in ca- simp. me. lesaciendo verò, secundi recessus censenda est, aut certè tertij incipientis.

VIRE.

Validissima est, capitis doloribus, si madefacta fronti ac temporibus, cum ro- DIO SC. tici momento imponatur. Vbi aut dolor à calida prouenerit causa, tusa, & Marsh. rosacea aqua madefacta imponi debet. vbi verò à frigida, ex amaraci aqua illini præstabit.

EQUISETUM, Græcis, *ἰσσοπέταρον*. Arabibus, *Dhamben alcaid*, *Dhamb alchi*, *fac Da-
neh alcheil*. Italis, *Coda di Cavallo*. Officinis, *Coda equina*. Getm. *Nessifmanc*,
Hispanis, *Coda de mula*, *siue Rebo de mula*. Gallis, *Queue de Cheval*, *siue Prele*.

EQUISETUM.

G E N E R A.

Marb. Aliquot nobis sunt genera.

F O R M A P R I M I.

Profert cum primum è ter-
ra erumpit quoddam tener-
issimum germen oblongum,
iuglandium fulo non abumile,
subnigricanti colore. &
deinde caules inanes, genicu-
lati, subrubescentes, leniter
scabri juncea circa eos coma,
aspera, exilis, setarum instar.
adco vt equorum instar cau-
de appareat. Radicem ligno-
sam, duram.

L O C U S.


Idem. Nascitur aquosis, & hume-
ctis locis, in riguis, & scrobis-
bus.

Q U A L I T A T I S.

Gale. 6. Adstringentem cum ama-
simp. mc. ritudine facultatem possidet,
ac proinde valenter simulq;
citra mordacitatem exsicantem. Itaque vulnera maxima imposita conglu-
nat, etiam si perfectos nervos esse contingat.

V I R E S.

DIOSC. Herbae succus sanguinem è naribus erumpentem sistit: prodest dysenter-
cis ex vino parus: urinam ciet. Tritericia folia, & illita sanguinolenta vulnera glu-
tinit. Radix cum sua herba ruffim, orthopneam, ruptaq; adinaat. Folij in aqua
potis, dissectiones vesicæ, & intestinorum, enterocellæq; in unum coalescent
cogloque ferunt.



EQUISETVM alterum, Græcis, ἰσχυρὸς ἵσχυρα. Italis, *Coda di Cavallo minore.*
 EQUISETVM SECUNDVM.



F O R M A.

Caulis est rectus, cubito DIOSC. maior, inanis: comis per intervalla brevioribus, candidioribus, & mollioribus.

L O C U S.

Prouenit humectis locis, Mattb. & vliginosis pratis.

Q U A L I T A T E S E T
V I R E S.

• Valer ad omnia, ad que DIOSC. nus alterum.

EQUISETVM tertium, Græcis, *ἰσσοπέπυς τρίπυρα*. Italis, *Coda di Canale*.

EQUISETVM TERTIVM.

FORMA.

Matth. Caulem edit geniculatum, striatumque, inanem, fragilem, à quo complures oriuntur rami. Ex ipsi quoque geniculati, ac asperi, nulla circumstante coma.

LOCVS.

Idem. Prouenit & hoc palustris solo.

VIRES.

Idem. Eisdem cum alijs pollet viribus.



Coccyum infectorium, Græcis, *Kkoccos Saqapod*. Arabibus, *Charmeni*, seu *Kermes*. Italis, *Grana de tingre*. Germanis, *Scharlachbeet*. Hispanis, *Grana per atlas*, seu *grana in grano*. Gallis, *Fermillon*.

C O C C Y M I N F E C T O R I U M .



F O R M A

Frutex est furculosus, folijs *Matth.* oblongis per ambitum aculeatis aquifolij modo, sed longè minoribus, baccis rotundis, inanibus, puniceo colore.

L O C U S

Gignitur in Galacia, Armenia, Asia, Cilicia, Hispania. *Matth.* Nascitur etiam in Cilicia è quercu. Quin etiam in Polonia, & Boemia, è quercubus legitur.

F A C U L T A T E S .

Astringentem, simulque *Galt. 7.* amarā facultatem possidet. *simp. me.* utraq; sine morfu delicat.

V I R E S .

Vulneribus acrisq; prædiosis convenienter, ex aceto *Matth.*

vitam illinitur. Baccarum pulvere feliciter utuntur Italæ mulieres ad fetum roborandum, & abortum prohibendum ipsam ex ovo sorbili prægnantibus propinantes, addito thuris, aut masticis momento.

C E N S U R A .

Non rectè sentiunt, qui Coccyum infectorium, & Chermesinum idem faciunt.

♁ COCCIFERA ILEX, a. flos se paratus, b. ramus cum cocco.

COCCIFERA ILEX.

FORMA.

Præterea habentur nonnulla in ea notata digna. Primum maximæ glandes, maiores quam aliarum siccum, cuius cupulæ etiam asperiores, proveniunt in autumno. Postremo quædam genera excrementorum, si ita liceat vocare. Vnum quod ante alia provenit, Mense Aprili & Maio, grana sunt in folijs rubra, partim rotunda, partim oblonga, ex ipsa ferè substantia foliorum facta, pisorum parvorum magnitudine, quarum substantia intus alba est, non dissimilis multum à substantia fructuum orysethe, græcè gustu non nihil velut acidi habentes, in quibus tandem nascuntur vermiculus, suntque talis excrementis huius arboris parvæ, vt Gallæ in Quercu Estle secundum excrementum, rotundum, nigrum, exterius pellucens, satis durum, intus liquorem album habens cum vermibus, quod tandem inarescit, vt plurimum, sic ramis copiosè adhaerescit satis leniter. Circa eas baccas, vt sic dixerim, sæpe formicæ copiosæ conglomerantur. Hoc etiam excrementum reperitur in maiore ilice, provenit mense Maio. Huic simile in omnibus cocum tinctorium quod eodem tempore provenit. In hoc differt, quod granis baccæ sint rubræ, si saltem abstergantur pulvis albus, quo asperguntur, liquor item rubeo, scatentque vermibus rubris, vnde Gallicè Vermillon. Præterea non solet provenire nisi in minore ilice, nec tanta copia, vt alia excrementa.*



PIMPINELLA, seu saxifraga hircina, Italis, *Saxifragia di becco*. Germanis, *Sibernet*.

PIMPINELLA SAXIFRAGIA.



VIRIS.

GENERA.

Duo eius habentur genera, *Matth.*
Majus & minus.

FORMA.

Maior radice nititur longa, *Idem*,
folijs, quæ ad radicem sunt
humis accubantibus, pluribus
ex uno pediculo utrinq; emer-
gentibus, & per ambitum ser-
ratis: canle quadrangulo, flo-
ribus in umbella candidis Ra-
dix illi longa digitali crassiti-
dine, hircum quadatenus re-
dolens, æri sapore.

LOCVS.

Nascitur in montibus, eod. *Idem*.
libus, & pratis non vliginosis.

QUALITATES.

Radix, in qua vis tota con- *Idem*.
sistit, exalfacit, siccatq; ordi-
dine secundo completo, aut
tertio incipiente, aperit, pro-
uocat, attenuat, digerit, in-
cidit

Utriusque radix præstat ad renum, & vesicæ incommoda: calculos enim in *Idem*.
renibus genitos frangit, & eiicit: urinas pellit. Succus radicis ex mercuro han-
dens, præstat contra deleteria medicamenta, & virulentorum animalium ictus.
Quæ non desunt, qui radices etiam contra pestilentiam miris laudibus effe-
runt.

F O R M A.

Minor cognomento facile suam à maiore differenti-
am ostendit, radice tenuiore
simplici prolizaque vermem
imitatur. Folijs caule floribus.
& colore. precedenti similibus.
est, & magnitudine tantum
ab illa vincitur, interdum et-
iam costæ subescunt & canli-
culi. semen paruum Ammi
refert. Huius varietas obser-
vatur alicubi in folijs quæ mi-
nutilime laciniantur, ut Ca-
ri folia, ut rudioribus facile
imponant, ne pro pimpinel-
la hanc agnoscere possint,
Flosculi quoque nonnunquam
protus rubescunt.

L O C Y S.

Locis arenosis exit, & mon-
tosis, ac rimis petrarum in-
nalci gaudet.



Q U A L I T A T E S.

Acrior est & valentior maiore, id quod sapor manifestus arguit.

PIMPINELLA Sanguisorba. Italis, *Pimpinella*, seu *Sorbastrella*. Germanis, *Herzotts Widwitt*. Galis, *Pimpinelle*.

PIMPINELLA SANGVISORBA.

GENERA.

Duum est generum: Maius, *Marb.* & minus.

FORMA MINORIS.

Folijs provenit ab una ra- *Idem.* dice numerosis, compluribus ab vno tenui pediculo utrinque prodeuntibus, subrotundis, pusillis, ubique in ambitu crenatis, firmis, humi in orbem accubantibus, adstringenti gusto: cauliculos edit plures, tenues, subrubentes, rotundos dodrantales, atque maiores, in quorum summitatibus capitola exeunt squarola, subpunicco colore. in quibus semen. Radice nititur lignosa tuberoscente, adstringentis gustus.

LOCVS.

Nascitur in agris non cul- *Idem.* tis, in collibus, & seritur in hortis.

QUALITATES.

Dignitas adstringit, sed mansa lenioris copiam fundit, glutinat, succat, re- *Idem.* soluit & cohibet.

VIRES.

Sistit pota rubra, albaq; seminarum proflusis, dysenteriam, & ceteras alui *Idem.* fluxiones: biliosas vomitiones cohibet, languinis reiectiones sistit: vulnera, & ulcera sanat: unguentis quoque vtiliter miscetur; quæ tum ad hæpatis vulnera, tum ad carcinomata parantur. Nitat sæpe in poculis vino repletis, quod gratiam quandam, succunditatemq; potantibus afferat.



Matth. PIMPINELLA, seu Sanguisorba maior. Italis, Pimpinella, seu Sarsaparilla mag-
giore.

SANGVISORBA, SEV PIMPINEL-
LA MAIOR.

FORMA.

Idem. Facie ab altera non differt,
nisi quòd maior sit omnibus
suis partibus, & folia longio-
ra, latioraque proferat: cau-
les proceriores, & capitula
crassiora, oblongioraque.

LOCVS.

Idem. Prouenit in pratis, pascuis,
& inculto solo.

QUALITATES, ET
VIRES.

Idem. Viribus iisdem prædita est,
quibus & minor.



TRAGVM.

ΤΡΑΓΟΥΝ, Græcis, Τράγουνη, ἄσπερπον. Italis, Traga.

TRAGVUM.



FORMA.

Planta est cœdrentalis, sur biosc, amplior, fruticosa, humilis, oblonga sine folijs, puillis circa ramos acinis, rubis, mul- ris, tritici magnitudine, acuto cacumine, gustu admodum adstringente.

LOCVS.

Nascitur maximè in mari- Idem. tinis.

FACULTATES, ET

VIRES.

Baccæ gustu sunt admodum Idem. adstringenti. Racemorū bac- cæ decem, ex vino potæ, cœ- liacis, & feminis fluxione vuluz laborantibus auxilian- tur.

LYNEVS,

IYNCYS. Græcis, *Συγγρη*. Italis, *Ginca*. Germanis, *Vingtu* Schœden. Hispanis, *Janca*. Gallis, *Jenc*.

IYNCYS.

G E N E R A.

DIOSC. Duum est generum, Alterum læve, Alterum acutum; cuius etiam duo extant genera, vnum sterile, alterum fertile: Est & alterum *Indicum* vocatum, seu *Ethiopicum*.

F O R M A.

DIOSC. Caulis est lævis, viridis, in cacumine aculeatus, alba intus medulla: Semen gerit in superiorië caulis parte, è latere prodrens racemòsum, subrubrum, adstringentis gustus. Alter confirmis est; sed sine semine provenit. & tenuioribus calaminis.

L O C U S.


Matth. Nascantur omnia genera cum in mari, tum in fluminibus, lacubus, paludibus, acq̄teris aquosis locis.

Q U A L I T A T E S.

Galib. t. Composita eorum temperies est, ex terrena videlicet essentia, leuiter frigida, & aqua, leuiter calida, vt & inferna desiccare possint, & sensim frigidos ad caput vapores submittere, quibus somnolentos efficiant.

V I R E S.

DIOSC. Semen tostum ex vino potum, aluntin sistit, & rubra feminarum profunxit vrinam ciet, capitis dolores facit: Quæ proxima sunt radici folia tenera, conuenienter illinuntur aduersus Phalangiorum morsus. Semen potum somnum conciliat.



Juncus floridus, Italis, *Gianco florida*.

JUNCUS FLORIDUS.



FORMA.

Folijis exit ab uno caespite *Marth.* numerosis cyperi similibus, sursum spectantibus, caulibus pluribus, laevibus, junci modo glabris, in quorum cacumine flores emicant speciosi, subpurpurei, è quibus semen gignitur.

LOCVS.

Provenit in fluviorum li- *Idem.* toribus.

QUALITATES, ET
VIRES.

Creditur ea omnia praesta- *Idem.* re posse, quae caetera praestant genera.

LICHEN,

LICHEN, Græcis, *Λαζάδρ*. Officinis, *Epatica*. Arabibus, *Arzāz alasher*. Italis, *Liebene*, seu *Epatica*. Germanis, *Stein Ischtrant*. Hispanis, *Epatica*, seu *Figadela*. Gallis, *Epatique*, seu *Porcarou*.

LICHEN.

FORMA.

Matth. Folijs est laris, robustis, asperis, nullis adnexis pediculis in cacamine tripartitis, asperginosis lapidibus pertinaciter inhaerentibus, radicibus numerosis perquam exiguis aduersa foliorum parte emergentibus: floribus paruis, stellarum figura.

LOCVS.

Idem. Prouenit in asperginosis saxis.

QUALITATES, ET VIRES.

Diosc. Adstringit, refrigerat, abstergit: illita folia languinis profusiva sistunt: inflammationes arcet. Impetigini medetur, luvant regio morbo laborantes, cum melle

Matth. illim oris, & linguae defluxiones inhibent. Praefertur maximè hæc planta ad iocinorosos affectus.



PULMONARIA, Italis, *Pulmonaria*. Germanis, *Lungenkraut*. Gallis, *Herbe aux
poumons*.

PULMONARIA.

GENERA.

Duo eius habentur genera, *March-*
Arboreum alterum, Alterum
terrestre.

FORMA ARBOREÆ.

Similis est Licheni, sed ma- *Idem.*
iora, latioraque fundit folia,
varijs modis per ambitum la-
ciniata, ac si à vermibus erosa
fuerint, arelescentia, prona par-
te vitidia, supina verò palle-
scentia, ac subalbicantibus
maculis respersa.

LOCVS.

Provenit in densis, opacisq; *Idem.*
sylvis, in annosarum arborum
caudicibus.

QUALITATES.

Adstringit, siccat, abstergit: *Idem.*
vulnera glutinat.

VIREÆ.

Præstat, (vt scribunt) ad tabem, pectoris, & pulmonis vlcera, & ejuents spu- *Idem.*
ta, quin etiam ad vulnera, & pudendorum vlcera, & ad vrrunq; muliebce pro-
fluvium, dysenteriam, & biliosos vomitus: Sunt qui ea vtantur ad suspiciosos,
& asthmaticos, cum dulcis radiceis succo, hyssopo, helenio, & scillino oxymeli-
te: Datur quoq; vuliter à pastoribus rufficientibus pecudibus, cum sale.

PULMONARIA altera, Italis, *Pulmonaria*. Germanis, *Lungenkraut* *Stechkraut* sicut *Waltburg*. Gallis, *Herne aux pulmon*.

PULMONARIA ALTERA.

FORMA.

Matth.

Folij affurgit borraginis quadantenus æmulis, non tamen crispis, nec hispidis, oblongis, asperis, hirsutis, albis maculis superna parte respersis, * aut non maculosis, * borraginis sapore: caulem gerit angulosum, atque tenerum: in cuius adnatorum caecuminibus flores erumpunt, * quandoq; purpurei, quandoque cærulei * cynoglossi vulgaris modo. * Semen in folliculis plectun-que vnum aut alterum inuenitur, maturitate nigrescens, Echij semini pene simile & æquale. Radice nititur fusca multis fibris terræ inhxerente. *



LOCVS.

Idem.

Nascitur opacis locis, prope vlginosas sepes.

QUALITATES, ET VIRES.

Idem.

Cohibet, consolidat, siccet, abstergit: Præfertur ad pulmonis cum vicera, tum cæteras infectiones, & ad sanguinis reiectiones: Datur totius plantæ decoctum ad præscripta, magno auxilio, cum saccharo pluribus diebus: Idem cum malori quoque successu præstat foliorum succus potus.

PARONYCHIA, RUTA RUBICATA. Græcis, Παρονυχία. Italis, Paronichia. Germanis, *Waldtrautlein*.

P A R O N Y C H I A.

F O R M A.

Erigens est frutex, in petris **Diosc.** nascens, peplo similis, minor longitudine, sed maioribus folijs.

L O C U S.

Nascitur in petris. *Idem.*

Q U A L I T A T E S.

Vis eius est tenuium patti *Galen. s.* um, & exiccatoria, morfu vasis *simp. m.* cans. Talia enim sint oportet, quæ paronychijs sanant: excalfacit ordine tertio, & siccat patiter.

V I R E S.

Illita paronychijs, atque fa- **Diosc.** tis, remedio est.

A P P E N D I X.

Quæquam non desunt, qui *Matth.* hanc plantam unà necum paronychiam faciunt, quum tamen sint, qui recedunt, ne

dissentio ulterius protrahatur, non Dioscoridis, sed nostram paronychiam eam esse volumus. Scimus enim non solum paronychijs ipsam mœderi, sed ad eicndis vtinas, & renum calculos frangendos pellendosq; præstantissimam esse.



PARONYCHIA altera.

PARONYCHIA ALTERA.

FORMA.

Matth. Folia profert pepi, longiora, flores paruos, copiosos, racematim coherentes. albo colore. sed qui paronychiam florere scribat haecenus non legimus: quin etiã mihi incompertum est, an in faxis oriatur. Quo fit ut ne hanc quoq; legitimam paronychiam facere auisim.



HELICHRYSUM, Græcis, *Ελχίσυρος*. Italis, *Helichriso*.

HELICHRYSUM.



absumit, destillationes silit, cum mulso à iceniis pota triobolari pondere: vesicibus interposita, eas à tinea tuetur.

FORMA.

Ramulum habet candidi Diosc. dum, virentem, rectum, firmum, foliis, intercedentibus spatijs, angusta, abrotano similia, comam aureæ lucis in orbem: umbella rotunda veluti siccis corymbis dependentibus: radice tenui.

LOCVS.

Nascitur in asperis, & tor- idem. rentium locis.

QUALITATE.

Facultatis est incidentis, & Gal. 6. extenuantis. simp. me.

VIRIS.

Coma ex vino pota, men- Diosc. ses ciet: auxiliatur quoq; serpentium ichibus, coxendicum doloribus, & urinae stillidijis. sanguinem in ventriculo, aut vesica concretionem

N O M I N A.
 HELICHRYSUM ITALICVM.

Helichrysum Italicū hanc
 plantā appellare libuit, quōd
 plurimum in Italia proueni-
 at, & ijsdem sit facultatibus
 præditum, quibus & præce-
 dens.



HELICHRYSUM creticum. *Irakis, Helicrisis di Candia.*

HELICHRYSUM CRETICUM.

FORMA.

Planta est exilis, folijs longis, angustis, hirsutis, striatisq; caulibus angulosis, umbella in summitate aurea, diuisa q; radice tenui, ac superuacua.

LOCVS.

Nascitur in Creta Insula. *Idem.*

FACULTATES, ET
VIRES.

Ea omnia hoc quoque, quae *Idem.* supra scripta prestare posse creditur.

*APPENDIX.

Hec planta melius quadrat ad Dioscoridis descriptionem quam prior, nec in Creta solum sed etiam in Hispania & alibi nascitur.*



STOECHAS citrina. Italis, *Amaranto giallo*. Germanis, *Reinblumen* *Jungfer*,
Blattentraut.

STOECHAS CITRINA.

FORMA.

Marsh.

Folia profert albicantia, hirsuta, longa, caules dodrantales, aut maiores, lanuginosos, inaequos, in quorum summitatibus flores sunt aurei, globosis, odorati, in umbella diuisae modum se se pendentes. Radice breui subnigrante.



LOCVS.

Idem.

Nascitur locis incultis, & in pascuis.

QUALITATES.

Idem.

Excalfacit, siccat, aperit, & abstergit, vt amariusculus indicat lapot, nec adstringenti facultate vacat.

VIRES.

Idem.

Decocta coma, aut ex vino macerata, iocinoris obstructions aperit, proinde darur commode eius decoctum, dilatumve regio morbo affectis. Idem potest interranorum vermes necat.

* Comas grandiores habentem breuiusculam plantam ex Creta missam recepi, cuius hic appinxi particulam.*

AMARANTHVS, Græcis, *Amáranthos*. Italis, *Amaranto*, seu *farvelato*. Germanis, *Sammur Blum*. Gallis, *Passe velout*.

AMARANTHVS.

FORMA.



Folia profert ocimi, maio- *Matth.*
ra, caulem crassum, pinguem
lubrulentem, striatum: flo-
rem spicatum, admodum pur-
pureum; qui etiam quàm diu sic-
catum asseruetur, haud qua-
quam tamen colorem depen-
dit.

*LOCVS.

Elegantie studio in hortis
seritur.*

QUALITATES.

Refrigerat, siccat, repellit, *idem*.
cohibet.*

VIRIS.

Flæspotus cardiacos, & dy- *idem*.
sentericos iuuat, mensium a-
bundantiam sistit, & albos vte-
ri fluxiones. prodest quoque
sanguinem excreantibus.

* Commendatur etiam ad
vlcera sanie manantia.*

Ddd 4

*AMA-

* AMARANTUS cristatus, Germanis, Dancn Ruffl.

AMARANTUS CRISTATUS

FORMA.

Venustior est hæc amaranthi varietas, vt separarim pingi mereatur. Panniculas habet in fastigio latiores & quasi compressas hilari florum purpuranitidas, vegetas, vt cristas imitentur; incundissimo spectaculo. Folia, vt in prioribus, aut solano, longiora tamen, & maculis plerumque rubris variegata. Semen atrorubens pusillum splendidum in nostris regionibus maturescit nisi pluuiosa cõstitutione anni corrumpatur.

L O C U S.

Rarior est & maiorem ob id gratiam in hortis consequitur.*



CHRY.

CHRYSANTHEMUM, Græcis, *Χρυσάνθεμον*. Italis, *Chrysanthemo*. Germanis, *Goldblum*.

CHRYSANTHEMUM.



FORMA.

Herba est tenera, fruticosa, *Diosc.* lœves proferens caules, & multifida folia: flores luteos admodum splendentes.

LOCVS.

Propter oppida nascitur. *Idem.*

QUALITATES,
ET VIRES.

Flores cū cerato triti, stea- *Idem.* tomata disenterie produntur. Ictericos breniad bonum colorem restitunt, si sequente longo balnei vsu, post exitum ebibantur, caules manduntur olerum modo.

*CHRYSANTHEMON MINUS. Germanis, Klein Goldstüm.

FORMA.

Minoribus provenit folijs, nec tam altè attollitur ut precedens, quæ humanam altitudinem nonnunquam æquat, vel etiam superat. Semè est amarissimum, in flore & folijs nulla est aut minima amaritudo.

L O C U S.

In hortis satum facillè provenit, forte etiam sponte alibi nascitur.*

CHRYSANTHEMON MINUS.



AGERATVM, Græcis, ἀγέρων. Officinis, Eupatorium Mesue. Italis, herba Giulia. Germanis, Frembd Ebertraut.

AGERATVM.



FORMA.

Fruticosa est herba, binū Diosc. doctantū longitudinē a surgens, simplex, humilis, origano maximè similis: umbellā gerit, in qua flos bullis aureis similis, helichryso minor: nomen ei inditum est, quoniam diuissimè flos in sua coloris specie conseruetur.

LOCVS.

Nascitur in inculto solo, *Marth.* & in pascuis, * & in hortis plātata viget.*

QUALITATES.

Digerit, & inflammationes *Galen. 6.* quodammodo resoluit. *simp. m.*

VIRES.

Vis decocti fernēs, herbe Diosc. vltre nidor vrinam ciet, & vuluz duritias emollit. *Marth.* Florum *Mesue.* dilutū ex albo meraco paratum,

puerorum vermes necat duarū vnciarum pondere potum. Excalfacit ordine primo, & siccac secundo. Bilem, & pituitam facillè purgat, tenuat, incidit, terget, expurgat, putredinem prohibet: resoluit sine attractione, obstructions reserat, & earum affectus sanat, diuturnis febribus mirificè medetur.

Adstringit, quare ventriculum, iecur, & cætera viscera roborat: cum sero lactis efficacius purgat.

CENSURA.

Medicam mazeriam non assequuntur, qui negant Eupatorium Mesuis non esse Dioscoridis Ageratum.

*AGERATVM MINVS.

Varietas deprehenditur in Agerato. Nam quod sponte nascitur in Hetruria, multò minus est, nec adolescit tantopere, vt hortense nostrum, quod & surgit altius & folia habet magis crenata, vt Crista galli. Obseruatur etiã quædam Agerati species, quæ candidas prorsus umbellas gerit, sed rarior est cæteris.*



VERB.

VERBENACA, Græcis, Πικροπέδα, ἢ ἰσὺδ βερβέρε. Latinis, *Verbenaca fopina*. Italis, *Perminacola, Berbens, & Berbenaca*. Germanis, *Essenfraut*. Gal. *Veruaine maffe*.

VERBENACA.



FORMA.

Ramulos emittit eubitales DIOSC. aut masculos, angulosos, in quibus ex intervallis folia ex-
cunt quercus, sed minora, & angustiora, eiusdem in ambu-
tu diuisuris, colore aliquatenus caesio. Radix longa, tenuis. Flores purpurei, graciles.

LOCVS.

Nascitur secus vias in ciui- *Matth.*
tatis, & oppidis, & in pla-
teis.

QUALITATES.

Vim habet aded desiccant- *Gal. li. 1.*
tem, vt vulnera glutinet. In- *fimp. mc.*
signiter est amara: quare exsal *Matth.*
facit, & siccat, abstergit, ape-
rit.

VIRE S.

Folia cum radice in vino po- DIOSC.
ta, illitave, serpentium ictibus
auxiliantur. Folia bibantur eodem ex vino vetere quadragenis diebus ad ieste-
ritiam: veteres tumores & inflammationes mitigant: sordida vlcera purgat: totum
vino decocta, consillarum crustas abrumpit: otis nomas gargarizatu cohibet.
Datur potandum in tertianis febribus, tertium a terra geniculum, cum foliis
circundantibus: quartanis quartum. Sacram vocatur herbam, quoniam multum
ad amuleta, expiationesque commendatur.

HYACINTHVS, Græcis, *ἰάκινθος*. Italis, *iacinto*. Germanis, *Weynblumen*. Hispanis, *Maiz flores*. Gallis, *Vaccet*.

HYACINTHVA.

GENERA.

* Aliquot genera habentur, è quibus sequentia depingi curavimus, nimirum vulgare hyacinthum, & peregrinos tres.*

FORMA VULGARIS.

Diosc. Folia habet bulbi: caulè doctantalem, minimo digito tenuiorem, herbacei coloris: commam procumbentem, florum purpureorum plenam, incurvamque radicem quoque bulbicam.

LOCVA.

Matth. Nascitur in campestribus, ferè vbiq; inter fegetes.

QUALITATES.

Gal. li. 1. sup. me. Bulbosa radix exicat ordine primo, & refrigerat secundo completo, aut tertio incipientesemen leuiter extergit, & adstringit. Exicat autem quadantenus ordinetertio. Cæterùm in medio consistens caliditatis & frigiditatis.




VIRTE.

Diosc. Pota radix aluum sistit, & vrinas propellit: phalgiocum moribus medetur. Semè adstringentius est, theriacis expecturum, cum vino potum ictericos iuuat.

*HYACINTHVS TRIPOLITANVS.

Flore pulcherrimo, phalan-
gij florem representante, ce-
rulei coloris provenit, caule
gracili, folijs admodum an-
gustis. Radix illi bulbosa non
magna.*



HYACIN-

HYACINTHVS orientalis, Italis, *Hiacinto orientale*.

FORMA.

Matth.

Folijs exit lilij, minoribus, angustiorib⁹, sursum spectantibus, pinguioribus, & in acutum desinentibus: caule crasso, in quo flores exeunt caerulei, lilij figura, sed parvi. Radix illi bulbosa, squamosa que.

LOCVS.

Idem.

Seritur in hortis, & colitur in fistilibus vasis, * imo nō opus est, ut in fistilibus asseruetur, cūm nihil pericali ipsi à frigore imminet.*

HYACINTHVS ORIENTALIS.



HYACIN-

HYACINTHVS ORIENTALIS ALTER.

F O R M A.

Folij est alterius latioribus,
pinguioribus, & in summitate
retulis. cetera ceteris per-
quam similia sunt.



Ecc

PAPA-

PAPAV. ERATICUM, Græcis, *Mécor fardé*. Ital. *Papavero salvatico*. Germ. *Riesper Nofen*. Hispan. *Amapolla, san Papoula*. Gallis, *Pavot sauvage, fleur cerfuran*.

PAPAV. ERATICUM.

FORMA.

Diosc. - Folia habet eruce, divisa, scabra: caulem inæcsum, rectum, cubitalem, asperum. Florem sylvestris anemones puniceum, interdum album: capite oblongo. sed anemones minori, in quo rufum semen. Radix est longa, subalbida, minoris digiti crassitudine, gustu amara.

LOCVS.

Math. - Nascitur plurimum in arvis inter segetes.

QUALITATES.

Gal. & simp. me. - Refrigerandi, ac soporem inducendi illi potestas est.

VIRES.

Diosc. - Capita quinq; aut sex inveni cyathis tribus ad dimidias decocta, potiùq; data, soporem faciunt: semen acetabali mensura ex aqua malsa pota, alium leniter emollit: folia cum calycibus illis inflammationes sanant: allicitur etiam somnus eorundem perfusione, & folia.

Math. - Flores in puluerem triti, & ex aqua dulci poti, pleuritiidi commodè medentur. * Aqua florum commendatur ad Erysipelata, & ocalorum inflammationes. Hac imbuta stuppa cannabina, vtiliter imponitur iecoris regioni ad compescendam sanguinis fluxum è naribus. *



PAPAVER latium, Græcis, *Μακροχρυσόν*, & Arabibus, *Thaythay seu Casiber*. Italis, *Papavero domestico*. Germanis, *Magsamen*. Hispanis, *Dermidera*. Gallicis, *Pavas blanc*, seu *Pavas prime*.

PAPAVER SATIVUM.



GENERA.

Tria eius habentur genera. Diosc. Hortense, cui candidum inest semen, & hylæstre, cuius duo sunt genera, quæ etiam seruntur: His accedunt corniculatum, & spumæum.

FORMA.

Hortense capitulum habet *idem*, oblongum, & semen candidum, hylæstre verò caput habet insidens, demissumq; , & semen nigrum. Tertium magis hylæstre, multò his longius est, & productiore capitulo.

LOCVS.

Hortense in hortis, cætera *Matth.* in campis seruntur.

QUALITATES.

Omnium facultas refrigeratrix est, sativi autè semen *Galen. 6. simp. me.* mediocriter somnum conciliat, visu candidù. Cætera genera longe magis soporifera sunt.

VIRES.

Omnium in commune natura *Diosc.* refrigeratrix: foliorum, capitumq; decoctum ex aqua paratum, somnum conciliat: calyces cum farina hordeacea triti, & cataplasmatibus admisti, ignibus factis, & inflammationibus medentur. coquantur quoque capita per se ad dimidias. coquiturque decoctum cum melle, quousq; eclegmatis modo crassescant. Hoc itaq; modo paratur medicamentum ad tussim, arteriæ fluxiones, & celiacos affectus, efficacia tamen reddunt, addito hypocistidis succo, & acacia: Cæterùm nigri papaveris semen tritum cum vino bibitur contra citam alviam, & feminatum profluvia, & fronti quoq; in periculis illinitur ex aqua. Opium autem, quod è papaverum nigrosum capitibus paratur, magis refrigerat, inspissat, siccaturq;.

*PAPAVER MULTIFLORUM.

In hortis cultioribus pas-
sim habetur hoc papaver, ele-
gantiae gratia solummodo,
nam densis foliorum lacinijs
cirrisque luxurians aspectui
mirè blanditur, sed capitula
ferè inania, nec tanta semi-
num copia distenta, exiguum
sœnus reddunt, adeoq; ijs qui
delectationi, utilitatem præ-
ferunt hoc papaveris genus
non usq; ad eo expetitur.*



PAPA.

PAPAVER corniculatum, Græcis, Μέσσην Ροπέριον. Arabibus, *Aluachbaraw*. Italis, *Papavero cornuta*. Germanis, *St. St. Magent*. Hispanis, *Dermidera marina*. Gallis, *Pavot Cornu*.

PAPAVER CORNICULATUM.



F O R M A.

Folia habet candida, hirsuta. DIOSC. ta, verbasco similia. in ambitu sylvestris papaveris modo serrata: caule non dissimilit flore pallido (quandoq; puniceo) calyculo in corniculatum modum inflexo; semine papaveris, pusillo, nigroque: Radice per summa cespitum nigra, crassaq;.

L O C U S.

Nascitur in maritimis, & Idem. asperis. Cæterum quod flo. Marth. re est puniceo nascitur copiosum in campis, in Mozavia, & Boemia.

Q U A L I T A T E S.

Vim habet incidendi, & abstergendi. Galen. 7. sup. me.

V I R E S.

Radici decoctum, ad diidias parvum, coxendicum & iocinoris affectus potu sanar: prodest his, qui crassa que dam, & arena cum locio reddunt. Semen in aqua potum acerbabili mensura alium leniter purgat. Illita folia, & flores, crustas emarginant, & tumorem argemas, & no beculas abstergunt.

HYPEROVM, Græcis, *ἵππεος*. Italis, *Hippocos*. Germanis, *Wendige Pappe*
Wetter-Nößlin.

HYPEROVM.**FORMA.***Marth.*

Folijs provenit rurs paulò
 maioribus, si singulatim ex-
 pendantur, caulibus exilibus,
 mollibus, hirsutis, in quibus
 flores sunt pallidi, & proptè
 calycem subpurpurei: flori-
 bus succedunt capitula, tenui
 involacto contexta, in qui-
 bus semen recòditurnigrum,
 tactu asperum, pseudomelan-
 thio proximum.

LOCVS.*Idem.*

Nascitur in agris inter sege-
 ses, & legumina.

QUALITATES.*Galen. 1.*

Refrigerandi vim habet, ex

simp. me.

tertio ferè refrigerantium ordine, ad eò, ut parum ab sicà pancre.

DIOSC.**VIRES.**

Natura eadem, quæ pancre eris succo.

APPENDIX.

Nullam hætenus plantam mihi videre licuit, quæ magis hyperoVM referat
 tamen etiam mihi per omnia non satisfacit.

Hvosc.

HYOSCYAMVS, siue Apollinaris herba, Græcis, *Υοσκόμα*. Arabibus, *Bengi*. Italis, *Isognamo*. Germanis, *Wissam*. Hispanis, *Yeleno*. Gallis, *Isquiame*, seu *Ranabene*.

HYOSCYAMVS.

GENERA.

Tria sunt eius genera, Ni- DIOSC. grum, Album, & Flavum.

FORMA.

Flauifolia lata sunt, & ob- DIOSC. longa, diuisa, nigra, hirsuta. Flores è latere canlis ordine prodent, tanquam punico- rum cytini, scutulis septi, se- minum plenis, vt papaueris. Flores ei sunt lutei, & semen subflauum, & siliquæ mino- res. In nigro autem flores spe- ctantur purpurei, & cytini præ- duri ac spinosi: radice alba di- gitali crassitudine.

LOCVS.

Proveniunt secus irinera, *Matth.* & in agrorum marginibus.

QUALITATES.

Cui semen strum est, infa- *Galens.* nam, ac soporem affert. Huic *simp. me.*

VIRES.

propinquam habet facultatem, cui semen me dioctiter est flauum. verùm utri- que fugiendi sunt, vt inutiles, & venenosi.

Flauisemen, vbi album non adfit, eius loco supponi potest, sed maiori cum D rose- curula vti eo præstat.



HYOSCYAMVS albus, Græcis, *Ταρύανθον* & *Αδολον*. Italis, *Infquinans bianco*.

HYOSCYAMVS ALBVS.

FORMA.

Math. Folijs crescit alterius non dissimilibus, sed subrotundis, pinguioribus, mollioribus, hirsutioribus, rarioribus, albicantibus. Flores illi candidi, aut subpallidi, è quibus eodém ordine, quo in cæteris, cytini oriuntur, sed rariore, & clementiore, in quibus album concluditur semen.

L O C V S.

Idem. - Nasceitur sponte, & feritur in hortis.

QUALITATES.

Galen. s. simp. me. Ad sanationes is vel maxime idoneus est, ex tertiò quodammo do ordine refrigerantium.

VIRVS.

Diosc. Semen collyrijs, quæ dolorum sensum auferunt, commodissime inseritur: contra acutas, calidasq; fluxiones, aurium dolores, atque vuluæ malaprofanticum farinæ autem hordeaceæ oculorum, pedumq; , ac cæterarum partium inflammationes placat. Idem vultu, distillationibus, & oculorum doloribus efficax est. Contra mensium abundantiam, & erumpentem aliunde sanguinem oboli pondere, cum papaueris semine, & aqua multa bibitur. Podagricis tubuënit, testibus inflatis, mammisq; à partu tumentibus, tritum ex vino illinitur. Folia omnibus medicamentis dolorem sedantibus, tum per se, tum cum hordeacea farina vultu imponuntur; recensia ad mitigandos omne genus dolores oblinuntur. Radix in aceto decocta dentium dolores auulcer.



HYOSCYAMVS tertius, seu potius quartus. Italis, *Isquiamo nucus, seu Isquiamo*
maggiore: Germanis, *Wunde Dufam* / gelb *Wundkraut*.

HYOSCYAMVS TERTIVS.

F O R M A.



Planta est insignis, caules e- *Matth.*
 dit sesquicubiales, rotundos,
 tenui obductos lanugine, ra-
 mososq; folijs amplis, pingui-
 bus, tenni pilo pubescētibus,
 mollib*, solani soporiferi spe-
 ciem quadantenus referenti-
 bus, graui etiam odore. Flores
 edit pallidos, hyoscyami emu-
 los, è quibus capirula subro-
 tunda oriuntur, quæ nonnullæ
 hyoscyami cognationem præ-
 ferunt: similibus enim ferè
 scutulis concluduntur, coro-
 nato circumquaq; cacumine,
 & semine intus subflauro: Ra-
 dice est alba spithamæ longi-
 tudine.

L O C U S.

Scratur in hortis.

Idem.

F A C U L T A T E S,
 E T V I R E S.

Refrigerat ordine tertio *Idem.*

completo: soporem inducit, ad eod vt ea sit ei natura, quæ cæteris Hyoscyamis.

Ecc 3.

*HYOSCYA-

***HYOSCYAMVS** Peruvianus vulgo dictus, quondam Pontiana & Nicotiana. Hispanis, *Petus*, & *Tabaco*; Gall. *Herba de la Reine Mere*. Germanis, *Indianis*; Sumbiscant. Indis, *Picidr*.

F O R M A.

Ampla pmit folia, sinuata per ambitu & in mucrone senlim se colligētia, molli lanugine pubescētia, pinguis & mordicantia lingua, si gustetur: flores pentagonos in summo caulis insidentes, ramulis cōpluribus diluatore putpura rubescentes, quib. oblongæ, teretes acuminatæq; succedūt capsulæ, in medio habētes interstitiū quoddā, paruo semine palloq; refertæ. Caudes humanā altitudinē vinctunt, & radicib. diuaticatis albisq; terra hēret.

L O C U S.

Nascit in India locis humidis & vmbrosis, & exulto leniq; solo. In hortis nostris semel plātata, postea seipsā serit hęc herba, decidentibus è vasculis seminibus, sed nisi per hiemē in sicilib. asseruetur, eius iniurias fette nequit.

Q U A L I T A T E S.

Adco diuersis facultatibus præditā ex varijs partib. cōponi apparet. Recēs enim non nihil frigidi possidet, & nimio humore obtūdit latitantem calorem, quitanta in arida egregie se profert, adiunctam siccitatem habet.

V I R E S.

Ad varios morbos, rosque diuersos celebratissima est. Folia Cephalalgiam ex frigore tantam sedant, si imponantur, & ventericuli dolores compescunt. Sed & soporem inducunt, pedigris cruciatibus medentur, veru ex intellinorum necant, matricis tormina disculant, impetigines emendant, vulnera & vlcera sanant, caneros item & carbonos. Aqua elicitur ex herba, quæ eadem potest colluuntur sacco dentes, si doleat, syrupus ex hoc conficitur, risticibus, asthmaticis, & alijs elusmodi morbis pimitosis conueniens. Nec non epilepticis & hydropticis succus propinatur in Hispania, sed caute est agendum, nam robustissimis quoque validum purgans fuisse obseruatum est. Vnguentum ex Nicotiana paratum apud alios autoces videtur. Indi fumum foliorum hauriunt ad recreandas vires.

HYOSCYAMVS PERUVIANVS.



PSYLLIUM, Græcis, Πύλλιον. Arabibus, *Bazarachat bona seu Bazar* et *cothume*. Italis, *Psillio*. Germanis, *Psyllienkraut*. Hispanis, *Zargatema*. Gallis, *Herbe à puce*.

PSYLLIUM.



FORMA.

Folijs est incanis, longis, *Matth.* hirsutis, coronopo æmulis, non tamen corniculatis. Ramis namentosis, dodrantalibus, rotundis, gracilibus, & foliosis, humi potius, quàm in altum sese diffundentibus, in quorum caceminibus capitula oriuntur, scabiosæ vocatz moder flosculos edit pu fillos, prætenues, lanuginosos, pilorum speciè referentes, albo colore, plantaginis angustifoliz modo, semè pu fillum nigrum, pellucidum, pulicem effigie.

LOCVS.

In aruis & incultis nascitur. *Diosc.*

QUALITATES.

Semè admodum vile est, *Gal. li. 8.* ex secundo refrigerantiù *simp. ma.* dine, in deliccando verò &

humectando, medium quodammodo est, & symmetrum.

VIRTA.

Vis ei ad refrigerandum, inspissandum, & emolliendam conueniens: articulo *Diosc.* rum morbis, parotidibus, tuberculis, tumoribus, luxatis, illitum auxiliatur. Imponitur in dolore capitis cum rosacco, aqua, aut aceto. Enterocellis infantium, & prominenti umbilico, illitum ex aceto medetur. Seminis mucago ex aqua parata, vehementer refrigerat: cõtra sacros ignes efficax est: cum adipe tulum sordida vlcera, & quæ cacoethe vocantur, expurgat: succus vermiculosis auribus, aut fluxione laborantibus, ex melle infusus prodest.

SOLANUM hortense, Græcis, *Σολύγγιον* *καθαρόν*. Arabibus, *Hamebatbaleh*, seu *Hamebatbaichaich*, seu *Hanabaltbaleh*. Italis, *Solero*, seu *herba memela*. Germanis, *Rochschatt*. Hispanis, *Yerna mora*. Gallis, *Morèle*.

SOLANUM HORTENSE.

FORMA.

Marth.

Folijs, exit ocimo maioribus, sed amplioribus, nigricis, mollionibus. Plures circūque fundit ramos, non sine alarum canalicibus, floribus albis, & in medio luteis, stelle figura, baccas edir rotundas, racematis dependentes, vinoso succo prægnantes, orobi quantitate, in quibus semē continetur albū, minutumque: variat in baccis color: namque in hac planta nigræ, in illa luteæ, in altera subvirides spectantur.

LOCVS.

Idem.

Nascitur in hortis, plateis, secus itinera, & ferè ubique.

QUALITATES.

Gal. li. 1. sup. me.

Vfus eius est ad omnia ea, quæ refrigerari & adstringi postulant, potest enim hæc duo ordine secundo:

VARES.

Diosc.

Folia convenienter illinuntur, cum hordeaceæ faring polline ignibus sacris, & viceribus, quæ serpunt: agilopia,

capitisque dolores, trita, & imposita per se sanant: stuantii stomacho auxiliantur: paroridas cum sale detrita, illitu discutiunt, foliorum succus, cum rosaceo perfusus, valet contra infantium syriasis: instillatur vtiliter aurium doloribus: in vellere subditus, mensium abundantiam sistit. Fulyo gallinarum simo subactus & appositus, agilopis præsentaneo est remediō. Phreniticos inuar exacetō, & rosaceo sincipiti illitus. Illinitur fronti contra calidas otulorum fluxiones. Gargarizatur quodque cum aceto, ad faucium, & columnellæ inflammationes, & additur cōuenienter in vnguentis, & emplastris, quorum ad vlcera conrumacia est vsus: his idoneus est.

Marth.



SOLANVM Halicacabum, Græcis, *Σολιγγιά* & *Αλκακάβη*. Mauritanis, *Kekengi*, seu *Alkekengi*. Italis, *Alcaibengi*, & *Halicacaba*. Germanis, *Judenbrot* seu *Schlumen* *Judenstücken*. Hispanis, *Bafiga de perro*. Gallis, *Enguenandes*.

SOLANVM HALICACABVM.

FORMA.



Folia mittit hortensis simi *Matth.* lia, sed latiora, firmiora, & subaspera, nec aded, vt in illo nigricantia: caulibus lentis: floribus cæcidis, & quibus vesicæ oriuntur tubinatz, in glandiâ magnitudine, angulose, que per maturitatē tufescūt, in quibus singulis singule concluduntur bacce, vino-losucco teserte, ipsiq; tubente. rasei baccis per similes, sapore austero, simul & amato: numerofo minutoq; inus lemine.

LOCVS.

Nascitur propter vligino- *Idem.* sas sepes, & locis vmbrosis.

QUALITATES.

In foliorū facultate hortēsi *Gal. li. 1.* solano simile est, multis admi *simp. me.* scet compositis, q̄ ad iecur, vesicā, & tenes accommodantur.

VIRIS.

Vim, vsusq; hortensis solani habet: verum in cibis nunquam expetitur, re- *DIOSC.* gium morbum purgar: semen potum vrinam pellit. Baccarum vis habetur *Matth.* non solum præstantissima ad renum vitia, & ciendam vrinam, sed ad eius quoque acridinem retundendam: bibitur namque earum succus ad ea omnia vtiliter cum papaveris albi cremore, aut seminum melopeponum, aut cucurbitæ, cucumerisve. Aspidibus autem aded aduersissimū est Halicacabum, vt admota propius eius radice, sopore inexpugnabili necentur.

VESICA-

VEVICARIA, siue Halicacabum repens. Italis, *Vilacchio farsifera*. Germanis, *Herzsaamen/Herzstener*.

VEVICARIA, SIVE HALICACABUM REPENS.

FORMA.

Matth. Folijs cōstat oblongis, per ambitum laciniatis, floribus pallidis, aut candidis, è quibus vesicæ prodeunt virides, subrotundæ, senis secundum longitudinem futuris: semine intus pullo, erui magnitudine, aut paulò maiore, in cuius latere humani cordis nota visitur albæ colore.

LOCVS.

Idem. Scribitur in hortis, & ficilibus, ad topiaria.

QUALITATÈS.

Idem. Cœditur valere semen ad omnes cordis affectus, ob notam qua idem insignitur.



SOLANUM

SOLANVM somniferum, Græcis, *Σολύχειον* & *ΰπναιστίον*. Italis, *felatro somnifero*.

SOLANVM SOMNIFERVM.

FORMA.



Numerosis fruticat ramis, **DIOSC.** densis, caudicosis, fractu conturnatibus: folijs multis, pinguis, cotoneæ mali haud absimilibus, plenis, flore grandi, rubro: fructum in folliculis erocat: radice grandi, subrubro cortice vestita.

LOCVS.

Nascitur in saxosis, non *Idem*. procul à mari.

QUALITATES.

Radiceis cortex opio *Gal. li. 8.* quidem persimilis est, sed imbecillior, aded vt tertium refrigerantium ordinem non excedat: cum opium sit quartum. *simp. me.* Idem desiccat secundo ordine completo; ac tertio incipiente.

VIRES.

Radiceis cortex ex vino drachmæ pondere potus, somnificam vim habet, **DIOSC.** opio tamen mitiorem: Semen vebeementer urinâ eicit, corymbi duodecim hydropticis dantur: plures verò mentis alienationem faciunt. Remedio est aqua copiosa potui data: inseritur pastillis, & medicamentis, quæ doloris leuamentum præstant. Vinum in quo idem decoctum fuerit in ore contentum, dentium dolorem mulcet. Radiceis succus ex melle illitus, oculorum hebetudines tollit.

SOLANVM somniferum alterum. Italis, *Solatra Somnifera minore.*

F O R M A.

Mattb. Folijs est angustioribus, venosis, in humum spectantibus: caule anguloso: Floribus tinnabuli figura, subpurpureis, per ambitum crenatis, ex quibus bacca proveniunt nigrae, vinosae, minuto intus semine, viridi quodam calyculo ad medium, usque contextae, in coronae modum denticulatae. Radicem habet gradem, strumosam, albicantem.

L O C U S.

Idem. Nasceitur in montibus inter saxa.

Q U A L I T A T E S,
E T V I R E S.

Idem. Vires alteri similes habet, sed proculdubio imbecilliores.



SOLANVM

SOLANVM MAIUS. Italis, *Solatro maggiore, fua* *Herba bella donna.* Germanis, *Dohnen* / *Schlaffbett.*

S O L A N V M M A I V S.

F O R M A.

Folij provenit hortensis *Matth.* solani maioribus. caule bicubitali, tricubitalique, acque maiore, tamis numerosis, alis multis, floribus oblongis, tintinnabuli instar concavis, subpurpureis, capillaceis intus staminibus. His bacca suboriuntur singulata dependentes, & brevis calyculo superiori parte comprehensæ, quæ maturescen-tes nigricant, acini vix magnitudine, pellucida exterius cute, vinoso sacco prægnantes, ac minuro numerosoque semine. Radicem fundit longam, crassam, albicantem, & succi plenam.

L O C V S.

Nascitur in montibus sa- *Idem.* xosis, & seritur in hortis.

F A C U L T A T E S.

Refrigerat ordine tertio, *Idem.* & siccat secundo, estque



composito solano vitibus simile.

V I R E S.

Bacca quatuor, aut sex denotatz, fumentes deliros faciunt, atq; furentes, plures vero vetermosos efficiunt. Aqua è tota planta distillata, (vt quidam ferunt) duorum, aut ad summum trium cochleariorum in mensura, internas viscerum inflammationes extinguit, nullo omnino incommodo: sed à copiosiore potu abstinendum. Eadem exterius admoda, erysipelas, sacros ignes, & alios calidos affectus iuvat: contusa folia, & illira oculorum, palpebrarumque slegmonas mitigant.

MANDRAGORAS, Græcis, *Μανδραγόρας*. Arabibus, *Jabora*, seu *Jabroha*. Indis, *Mandragola*. Germanis, *Wraut*. Hispanis, *Mandracola*. Gallis, *Mandragore*, seu *Mandeglaire*.

M A N D R A G O R A S.

G E N E R A.

DIOSC. Duum est generum nigra, quæ femina, & Alba, quæ mas dicitur.

F O R M A F O E -
M I N A E.

Idem. Folijs proremit lætæque minoribus, angustioribusque, virosis, ac grauculentibus, humi sparsis. Mala gerit forbis similia, pallida, odorata. in quibus semen veluti pitorum: Radicibus coheret magnis, binis ternisve inter se conuolutis, nigris foris intus albis, crasse cortice vestitis: caulem nullum fert.

L O C U S.

Matth. Nasclitur copiosa in Gargano Apulicæ, & alij in montibus quoque habetur.

Q U A L I T A T E S.

Gale. 7. simp. me. Vincentem habet facultatem refrigeratorem, adeo, ut tertij sit ordinis refrigerantium, verum, & caliditatis cuiusdam particeps est, & in primis humilitis, proinde soporis conciliandi vim habet. Radicis cortex cum sit valentissimus, nec tantum refrigerat, sed etiam deficeat: reliquam, quod intus est, imbecillam existit.

V I R E S.

DIOSC. Succus è radicem corticibus duobus obolis ex mullis potus, vomitione bilem etiam pituitamque extrahit: potus verò largiore interimit. Adtrahector medicamentis ocularibus, & his, quæ dolores finiunt, semiboli pondere inditus, partus per se, & menses expellit: Folia recentia conueniunt oculorum inflammationibus, & collectionibus, quas vlcera exciderunt, cum farina hordeacea imponantur: In pparationes, Strumas, & tubercula discutiant: Stigmata delent, si quinis, sensive diebus sensim perficiantur. trita radix ex melle amplexu illa, serpentium moribus medetur. Mala olfactu soporem afferant. ac etiam si mandentur: Semen eorundem potum valuas purgat. Radix ebet emollire fertur, quæ lenis horis, cum decocta sit & ad accipiendam, quana effingere optaueris formam, ipsam facit praesens.

MANDRAGORAS MAS, Græcis, *Mandragoras aspis*. Italis, *Mandragola masculia*.

M A N D R A G O R A S M A S.

F O R M A.

Folia habet magna, alba, prosc-
lata, laevia, ut betæ: mala-
que alterius duplo maiora,
colore in crocum inclinante,
incundè, cum gravitate
quodam olentia, quorum
pomerum cibo aliquan-
tùm opiliones soporantur.
Radix alterius est similis,
maior tamen, & candidior,
orbata & hæc caule.



L O C U S.

Nascitur & hæc in mon- *Matth.*
tibus.

Q U A L I T A T E S,
E T V I R E S.

Hisdem est insignita facul- *Diosc.*
tatibus, quibus & femina.

C E N S U R A.

Qui credunt, mandrago-
ras, quæ ab impostoribus circumferuntur, humana forma, esse legitimas,
manifesto hallucinantur. Fictitiæ enim sunt.

MELONGENA, seu mala insana, Italis, *Peprancioni*, seu *Melanconi*, Germanis, *Dollöpfel*.

M E L O N G E N A.

F O R M A.

Martb.

Folia gerit stramoniz cognata, aut maioris folani subsaspera tamen, & subhirsuta, & per ambitum sinuata, caulivico, dodrantali, aut maiore, tereti, firmo, subpurpureo, & hirsuto; flores edit albicantes, aut subpurpureos in stelle modum, è quibus oblongi oriuntur fructus, cucumeris magnitudine, purpurascens, virentesve, lævi cortice, succola albicanteque intus pulpa: semine numeroso, parvo, filiqua stri x malo: radice nititur multifida.

L O C V S.

Idem.

Setitur in hortis, & vasis fistilibus.

Q U A L I T A T E S,
E T V I R E S.

Idem.

Manduntur in cibis fructus.

Aulicæ.

Sunt è nostratibus, qui horum esu venerem concitati putent: quod forsitan ideo præstant, quòd status gignant. Cæterùm, frequenter manducati, cutibiosos, tum arrabiliarios generant humores, viscerum obstructions, carcinomata, elephaniasim, tristitiam, capitis dolores, & iocinoris, & lienis obstructions. Quo fit vt postea diuturnæ oriantur febres, & habitus malus.



* POMA AMORIS. Poma aurea. Italis, *Pomo d'oro. vel Pomi del Perro.* Gal-
lis, *Pommes d'amour.* Germanis, *Geldöpfel.*

P O M A A M O R I S.



F O R M A.

Herba late ramos spargit,
graniter olenres, fere vt Ga-
niophyllorū Indicorum plan-
ta, crescit ad altitudinem ho-
mani corporis. fert poma ma-
gnitudine oui, primo viridia,
vbi maturuerint, crocea, vel
rubra.

L O C U S.

* Habetur in hortis, locisque
gaudet humidis.

Q U A L I T A T E S,
E T V I R E S.

Frigida est, & forte nō absq;
maligna qualitate, Poma vero
innocue in Italia eduntur. Ea-
dem oleo macerantur & insol-
lantur, vel in sium equinum
infoduntur, ad scabiem inun-
gendam, idque mirifice à qui-
busdam commendatur. *

ACONITUM Pardalianches, Græcis, ἀκόνιτον παρδαλιανχών, ἢ παρδαλίον. Ital.
dis, *Aconito pardalianche*.

ACONITUM PARDALIANCHES.

GENERA.

Math. Quatuor nos observauimus genera. Primum, quod Dioscoridis, secundum, quod Plinij, tertium quod Theophrasti esse censemus, & quartum, quod Doronicum errorem magno vocatur.

FORMA PRIMI.

Math. Planta est admodum rara, folijs cœnometri proximis, sed maioribus, ad summum quatuor, subhirsutis, eaulem edidit dodrantalem, floribus chrysanthesi similibus, sed minoribus. Radicem alabastrum modo splendentem, digitali crassitudine, in senum desinentem, incuruam geniculatam, & tota facie scorpij caudam emulantem.



LOCUS.

Diosc. In nudis, & arduis montium summitatibus, caucibusq; prouenit, umbrifis tantum locis.

QUALITATES.

Gal. li. 6. Putrefacendi facultatem obtinet, & lethale est, itaq; cibo, potuq; fugiendum: artamen ad putrefaciendum extremas corporis partes, aut circa sedem, idoneum est: Herbe verò radix ad hæc utilis est.

VIRIS.

Oculorum medicamentis lenandi doloris gratia adijcitur: Enecat pantheras, lupos, & feras omnes in carnibus obiectum: corpesunt, (ut fiant est) scorpion es, ad mota radice, stupentq; sed statim elleboto contacta excitantur.

*** APPENDIX.**

Planta hæc tam rara est, vt non dum etiam diligentissimis Rei herbariæ studiosis sese vspiciam offerre voluerit. De ea itaq; nihil adhuc certi indicare possumus: alij plane negant extare. *

ACONITUM Pardalianches Theophrasti. Italis, *Aconitum Pardalianches texea.*

ACONITUM PARDALIANCHES
THEOPHRASTI.

F O R M A.

Folia profert cyclamini *Matth.* hand dissimilia, radicem scorpionem integrum præferentem. cui fibrae insunt geniculatae, graminis modo, & eiusdem quoque modo se propaginantes, & alios quoque scorpiones effingentes, è quibus germina, & folia erumpunt. Atqui caules, & flores à cæteris minimè differunt. * Est vero hæc planta sequenti Doronico congener. *



L O C U S.

Nascitur in altissimis montibus, præscriptis locis.

ACONITVM pardalianches minus, *Officinis, Doronicum.* *Italica, Doronia.*
Germanica, Scamfenwurk.

ACONITVM PARDALIAN-
CHES MINVS.

F O R M A.

Metrb.

Folia, caules, & florès ge-
 nit caterorum generum simi-
 les, radicem quæ graminis
 modo serpit, & quæ hincin-
 de numerosa edit tubercula
 scorpionum effigiem præfe-
 rentia, candida, teneta ac
 dulcia.

L O C V S.

Idem.

Nascitur & hoc in altissi-
 mis montibus, ubi fylæestes
 capreae inhabitant.

Q U A L I T A T E S,
E T V I R E S.

Idem.

Radix canes, vulpes, & lu-
 pos necat cum carnibus dua-
 rum drachmarum pondere
 propinata: Est enim lethalis,
 & deleterrix facultatis.

*** C E N S U R A.**

Arabum Doronicum non
 esse hoc nostrarum officinarum Doronicum facile assentior Auctori, pro quo
 radicem Galangæ vel Zedoariæ cum paucis cortice Citri substituendam esse
 cum alijs peritis medicis censeo. Sed venenum esse illud & hominibus letha-
 le, nondum comprobant experientia, licet canes interimat. Venatores cre-
 te multis in locis apud nos, præsertim ubi sunt venationes Rupicaprarum, com-
 edunt contra vetiginem & vocant, *Scquindistraut.* *



*TORA maior, Toxicum Valdensium. Italis, *Thors Gualdesi*.

T O R A M A I O R .



F O R M A .

Folia habet Cyclamino similia, circinata & aspera, non hirsuta, per ambitum crenata, duo, tria, quatuor, aut etiam quinque ab vna radice, magnitudine & figura ferè foliorum Cucumeris. Flores profert æstatis principio, Ranunculo colore & specie similes, & semen etiam simile. Radices plures, coniunctæ ut alphodeli ex vno capite producentes, cum recentes sunt omnium candidissimæ sunt, non tamen alabastræ modo splendentes, siccæscèntes verò ad rufum colorem abeunt.

Q U A L I T A T E S ,
E T V I R E S .

Cæustica vis ipsi inest & veneno Napellum superat. Eius succo venatores sagittas inficiunt.*

Fff 5 *T O R A

Minoribus folijs constat, ad plurimum tribus ab vna radice, sæpius verò singulari tantum folio prædita est. Flores quoque minores sunt, similes tamen, vti & semen. radices lógjasculam habent appendicem scorpionj caudæ æmulam, qua se propagare videntur.*



ACONITUM II. Luparianoſtra. German. Weiſſenurt.

ACONITUM II.



Flores habet luridos aut
luteos palliscentes.

L O C U S.

Nascitur hoc, cum ceteris *Marb.*
inſcripſis generibus, in al-
tis montibus. & præſertim in
monte Baldo in Veronenſi a-
gro.

ACONIT-

ACONITVM III. * Aconitum hyemale.

ACONITVM III

Folia explicat rotunda in
 rotæ modum, per ambitum
 incisa, innitentia oblongo pe-
 diculo, flosculus hyeme nasci-
 tur aureus, Ranunculi xmu-
 lus, qui si minor fuerit flauior
 est, si maior aut longiusculus
 obscurioris est flauedinis,
 quem subsequuntur filiquæ
 omnino similes ellebóri nigri
 filiquis, sed in diuersum ma-
 gis tendunt. Radix ex pluri-
 bus tuberculis aut granis cõ-
 ponitur, acri sapore & fer-
 uenti, *



ACONT

ACONITUM IIII.



* Flores promix catulcos.
caudatos.*

ACONI-

ACONITUM 7.

Flores illi infunt * crocei, folia vitigineis aut ficulneis ac cedunt magnitudine ac figura seu divisione, maculis verò albis & læſcentibus venis deformantur, radix nigricat. Sic enim pinxit peritill. pharmacopola Veronenſis Franciſcus Calceolarius, cui etiam ſequentes picture acceptæ referendæ ſunt.


L O C U S.

Magna eius copia inuenitur in monte Baldo.*



ACONT

ACONITUM VL.



* Napello simili folio sed
 multo maiore conspicitur
 & albis quibusdam seu pal-
 lidis livescēte venulis, flo-
 ris figura ad lupariam no-
 stram accedit, colore pal-
 lescente luteo. *

NOMINA.

ACONITUM VIL.

Flores minutè purpureas.



ACONT

ACONITUM VIII.



* Floribus prouenit rube-
scentib⁹, foliis ferè virgineis,
radice quadruplici ab vno ca-
pite crasso.*

ACONITUM IX.

Luteos gerit flores, * radi-
ce duplici, divaricata sustine-
tur, . minora & graciliora
quam alij napelli folia & ma-
gis dissecta promit. Antoram
forte aliquis non male existi-
maret nisi maior & longior,
vt mihi videtur, hęc esset. *



HERBA paris, quibusdam vix verſa, ſive vix lupina. Italis, *Herba Paris*. Germanis, *Wolffbeet*, ſeu *Sternfrucht*. Gallis, *Raiſin de Berger*.

HERBA PARIS.

FORMA.



Vno tantum conſtat caule, *Match.* rotundo duorum dodrantum longitudine, è cuius medio quatuor erumpunt folia, eodem ambitu crucis inſtat patentia: ſanguineæ vitæ ſimilivnicam in ſummitate baccam gerit, purpuream, acino vix ſimilem, atq; viſcoſo ſucco ptægnantem: numeroſo in tus ſemine, albo, minuroque halicacabi modo: radiantibus quatuor ſubtus foliolis. oblongis, & acutis: Radix illi ſub eſt tenuis, ac multiſida,

LOCVS.

Provenit in montibus: in *Idem*, conuallibus, & frutetis.

QUALITATES.

Herbæ vix cum baccis: *Idem*. friget, & ſiccæ.

VIRES.

Semen quod è baccis eximitur (vt quidam afferunt) ſemidrachmæ pondere *Idem*. potum, eos maximè iuvat, qui aut ex morborum diuturnitate, aut venereijſ, amentia tenentur. Bacce antidotis admifcentur, quæ contra deleteria pharmaca parantur: Herba recens ruſa, & illita, genitalium tumores, & inflammaciones ſanat, ac pariter oculorum phlegmonas: paronychijs quoq; medetur.

CENSURA.

Errant, atq; maximè hallucinantur, qui hanc plantam Aconitum pardalanchem faciunt.

NAPELLVS. *Italica, Napella.* Chymistis, *Herbetera.* Germanis, *Blau Esimig,*
im Narrentappet.

NAPELLVS.

FORMA.

Marth.

Folij exit quinis ex vno pediculo prodeuntibus, circum quosq; diuisis, supina parte albicantibus; caulem edit bicubitalem; subrufescente m, striatumq;: in cuius fastigio flores exeunt, purpureo colore, horumini sylvestris modo: Hos sequuntur corniculatæ siliquæ, sursum spectantes, ternæ ex vno quoq; pediculo prodeuntes, in quibus semen concluditur nigrum, ac minutum. Radice nititur turbinata, subnigricante, à qua numerosæ oriuntur fibræ, in retis modum complicatæ. * Appinxi radicem aliam eiusdem plantæ, quæ cum illa effosa ex eodem serobe extracta fuit. nullus ei caulis apparuit, sed germen tantum albicans quasi nunquam germinasset. Fibris aliquot quibus abundauit, relictis, quedam relictæ sunt. *



L O C U S.

Idem. Nascitur in montibus, & in conuallibus.

Q U A L I T A T E S.

Asien. Excalfacit, & siccat ordine quarto.

V I R E S.

Idem. Venenum est perniciosum. Linitum tamen virilgines tollit, eius antidotum est Diamoschos.

ANTORA, sive Anditora. Italis, *Antera*. Germanis, *Stiffheil*.

ANTORA.



FORMA.

Caulem edit sesquidodran- *Metz* calem, rotundum, firmum, in quo multifida, ac tenuia, dispersibus interuallis oriuntur folia, numerosa, in latus, sese diffundentia. Flores edit summo caule numerosos, * In luco pallecentes (purpurei nōdum a nobis visi *) Napelli æmulos, sed minores: radices duas solidas, oblongas, turbinatas, oliuæ crassitudine, subnigricantes, sed alba intus carne, nardi montanæ modo.

LOCVS.

Prouenit in Galliæ Cisalpinæ, & Liguriæ montibus.

QUALITATES, ET VIRES.

Præstant radices ad epotum napellum, & ad cætera quæcunq; venena: quin etiam ad viperarum & cæterorum serpentium ictus. Vermes intestinorum necant. Propinquantur quoq; commo distimè ad tormina, & cæteros intestinorum cruciatus: & contra pestilentiam: auxiliantur omnibus cordis affectibus. Dantur magno auxilio pestilenti febre: cum exanthematibus laborantibus: & cum legitimo Doronico careamus, eius loco per quàm bellè supponi possunt.

APPENDIX.

Antoræ radices, ego quidem Auicennæ Zedoariam esse censeo, quòd vnà cum napello proueniant.

Et hoc observavi, non vniſmodi figurâ repræſentare radices Antoræ, aliæ enim ſingulare tuber habent, aliæ geminæ cohærent, ſuntq; vel turbinatæ, vel oblongæ, nonnunquã triplices inveniuntur, nonnunquã quæ Scorpionum imaginem imitantur. Hanc itaq; varietatem icone adieclo rei herbariæ ſtudioſis indicare volui. *



CICUTA, Græcis, *Kévous*. Arabibus, *Sacaram*. Germanis, *Schilling*, seu *Wüstrich*. Hispanis, *Ceguda*. Gallis, *Cigüe*, *Segue*, sine *Cocue*.

CICUTA.

FORMA.

Caulem edit geniculatum, Diosc. ut fœniculi, grandem, folia ferule, angustiora tamen, odore graui: Rami, mox umbellæ in summo prodeunt, flores quoque albicantes, & semen aniso candidius radice non alba, concava.

LOCVS.

Nascitur passim propè vr- *Matth.*
bium, & oppidorum mania,
& secus itinera.

QUALITATES.

Facultatis est extremè refri- *Galen. t.*
gerantis. *simp. me.*

VIRES.

Lethale venenum est: suæ Diosc.
nim vi refrigeratoria necat:
Herba cum coma trita, & tes-
tibus circumlita, libidinum

imaginatioes, in somno compescit, sed generale resoluit. Lac puerperarum
extinguit mammis applicata: In virginibus mammæ coercet, & incrementum non
patitur. Ab Aënis deuorata, tam improbum ijs soporem inducit, vt mortui *Matth.*
videantur.



TAXUS, Græcis, Ξυλάκη. Italis, Tasse, seu Nassa. Germanis, Eibenbaum. Hispanis, Taxo. Gallis, Tf.

TAXUS.

FORMA.

Diosc. Arbor est Abietis magnitudine, & foliorum eiusdem figura. Baccas fert rubentes, atq; vinosas, glutinosasque: Ligni materies rufa, venosa, robusta, ac ferè incorrupta: qua hastæ, arcus, & tela fiunt.

LOCVS.

Matth. Provenit in montibus saxosis locis.

QUALITATES.

Galen. 1. sup. ut. Facultatis est venenosa.

VIRES.

Diosc. Baccæ ab hominibus devorant, sicut profluuium excitant: Læduntur maximè, qui in Narbonensi agro sub taxi umbra obdormierint: imo sæpius moriuntur.

Matth. Boves foliorum pastu necantur. **Diosc.** Quare de taxo hæc traduntur, ut ab ea caueamus.



APOCYNUM, Græcis, *Αποκύνιον*. Italis, *Apocimo, fleur periplacæ.*

APOCYNUM.



FORMA.

Frutex est longis viticulis DIOSC. confans, malè olentibus, lentis, vitiliumque modo obsequiosis, fractu ferè inuictis: folio hædere, molliore tamen, & per extremum acutiore, odore graui. Id luteo succo rureget: siliquæ ceu fabarum: folliculari specie; digiti longitudine protenditur: semine intus duro, paruo, nigro.

LOCVS.

Prouenit in Syria & Apulia. Matth.

QUALITATES.

Est autè hominibus venum. Galen. 6. num. Herba multum grauior simp. m. olens: proinde omnino calida est non instrenue: non tamè proportionè deficiat. Itaque illi, admodum digerentis est facultaris.

VIRÆ.

Folis cum adipe in panes coacta, canes, lupos, vulpes, & pantheras enecat DIOSC. in cibo data, & protinus eorum coxendices resoluunt.

APOCYNVM repens. Italis, *apocina* / *orpeggiante*.

FORMA.

APOCYNVM REPENS.

Mark.

Folia promit alterius longiora, canles, seu potius viriculas obsequiosas, & fractu contumaces, lentasque: quibus nō solūm humi repit, sed arbores quantumvis proceras scandit, tota planta lacteo siccō tithymali modo scater: sed non vrin altera luteo. Est & in siliquis differentia: namque in hac planta binæ ex vno pediculo in origine coniunctæ prodeunt, & in sese inuicem inflexæ, necij siliquis perquam similes.

LOCVS.

Idem.

Provenit hæc planta copiosa in Apulia, & Calabria.

QUALITATES,
ET VIRES.

Idem.

Creditur iisdem pollere viribus, quibus & alterum.



NERITVS

NERIVM, seu Rhododendrum, Græcis, Νίβιον, ἢ ποσειδάωνος. Italis, Oleandra. Germanis, Oxander. Hispanis, Adelfa, sive Eleandra. Gallis, Oleandre, Refuge, seu Refugue.

NERIVM SEV RHODODENDRVM.

F O R M A.

Arbor est vulgaris notitiæ, DIOSC. longioribus, quàm amygdala folijs, crassioribusque: flore in rosam cõformato: fructum fert cornu similem, qui patefactus, quandam lanosam naturam ostēdit: spinosarũ plantarum pappis similem: Radice longa, acuta, lignosa: gustanti salia.

L O C U S.

Nascitur in amœnis, maritimis, & secus amnes.

Q U A L I T A T E S.

Foris quidem corpori illi- Gal. li. 1. tum, discutiendi vim obrinet, sup. ut. intra verò in corpus assumptum, perniciosum non tantum hominibus, sed plerisque etiam pecudibus.

V I R I U M.

Flores: & folia, mulis, asinis, canibus, & quadrupedum plurimis venena sunt: DIOSC. hominibus verò contra serpentium mortis præidia è vino pota, & eo magis ad dicitur ruta. Imbecillæ etiam animantes, ut oves, & capræ, si aquam bibant, in qua folia maduerint, moriuntur.

FVNGI, Græcis, Μύκητες. Atababus, Hæter, seu Fæter. Italis, Fonghi. Germanis, Schwamm, Pufferling, Keisten. Hispan. Hongos, Cogomelos, seu Cylorcan. Gallicis, Capignons, seu Potyren.

G E N E R A.

DIOSC. Fungorū genera, numerosa quidem sunt, verūm quædam esculenta sunt, quædam verò pernicioſa.

F O R M A.

Marb. Ut quidem varia spectantur facie, ac colore, ita hominib. maximè noti sunt fungi: plarimi tamè galeri modo formantur palmaris: ac etiā minori pediculo nitètes, vario superius inferiusque colore.

L O C V S.

Marb. Nascentur quidam in pectus, pletiq; in pascuis, nonnulli in syluis, quidam in fructetis, & aliqui in arborum caudicibus.

Q U A L I T A T E S.

Gal. li. 8. simp. me. Fungus, frigida, humidaq; planta est: quam obrem etiam proximè ad dælereriam, enecantemque facultatem accedit, & sanè in rer eos sunt, qui interficiant, præsertim, qui ex natura missam habent qualitatem putredinosam.

V I R E S.

DIOSC. Multis de causis venenosi gignuntur: vbi videlicet clauis ferreus rubiginosus, aut panni marcor affuerit, aut si iuxta serpentis cavernam, arboresque, qui priuatim nòxios pariunt fructus. Qui verò esculenti sunt, sanè in iurebus gratiam habent: largus tamèn deorari, nocent, & ægrius concocti strangulant aut choleram morbum gignant.

FVNGI.



COLCHICUM, sine Ephemerum, Græcis, Καλχικόν. Offic. falsè *Hernandaculum*. Arabibus, *Saragen*. Italis, *Colchico*, & *Teffarano salustico*. Germanis, *Zittele* aut *Wid Costrän*. Gal. *Mort an ebien, seu ebiennee*. * A. Colchicum polyanthon flores albos profert. B. vulgare purpurascens. C. apices intus albos habet, reliqua luteos.*

COLCHICUM.

FORMA.

Autumni exitu florem ge- **Diosc.**
 ziteroci, subalbicansē, poltea
 verò folia bulbi, sed pingui-
 ra, caulē palmō altum, seren-
 tem rufum semēn : radicem
 foris è nigro rufescensē, quæ
 delibrata candida, & mollis
 spectatur : lacteo succo ma-
 det, gustu dulci : bulbus eius
 mediam habet rimam, fissu-
 ramque qua flos erumpit.

LOCVS.

Nascitur in pratis, & pa- **Marb.**
 scuis.

QUALITATES.

Strangulando necat: est e- **Gal. li. 6.**
 nim deleteriz facultatis. **simp. ma.**

VIRES.

Deuotata radix, fungorum **Diosc.**
 more strangulando necat.

*LFlos



* I. Flos Colchici Vere prodiens. II. Folia & folliculi seminum. III. Folliculus & semina separatim picta.

Mense Aprili nonnunquã Colchici florem inueni prodeuntem ex folijs breuiusculis ternis, herbaceis, quibus antequam emerget, inuoluitur. Flos ipse obsoletiore colore purpurascit, quàm qui autumnò prodit, apices paruos luteos habet, & totus etiam minor strigoliorque apparet.*



Нермо

HERMODACTYLVS, Græcis, Ἡρμωδάκτυλος Arabibus, Serapen. Italis, Hermodactilo.

HERMODACTYLVS.

FORMA.



Folia mittit prælonga, binū Matth. dodrantum, ac etiam longiora, porri, aut asphodelli quadante nus similia, longè tamè angustiora, breuiora verò sunt, quæ circa radicem exeunt. Radices habet quatuor ex vna eademque basi prodeuntes, digitorum figura, colore subruscescente, albis in summitate vnguis: caulis è medio præsilit tenuis, in cuius summitate oblongum prominet capitulum pyri figura, ephemeri colchici modo.

LOCVS.

Oritur in Orientalibus re- Matth. gionibus, & in Arabia.

QUALITATES.

Escalfacit & siccat ordine Mesur. secundo. Cum humiditate ex- Serap. crementosa, flatulenta.

VIRES.

Pituitâ crassam, & præsertim ab articulis trahit: ac proinde podagris, ac ex- Mesur. teris articulorum morbis confert. Impingnat, genitale semen auget, & vlcera purgat, & carnem in his putrem consumit.

CENSURA.

Errore magno ducuntur, qui Colchico nostrate, Hermodactyli loco vnn- tur.

PSEUDONERMODACTYLVS, *Dent caninus vulgò,* Italis, *Hermodactylis is-
farda.*

FORMA.

Marib. Folia habet aquaticæ plan-
taginis, minora tamen, infir-
mioraque, longo pediculo ni-
rentia: caulem tenuem, singu-
larem, in cuius summo flos e-
micat albus, * nonnihil purpa-
rescens, * stellæ figurâ. Radices
habet binas, * plures vel pau-
ciôres, * bulbosas, candidas,
tenuas.

LOCVS.

Idem. Provenit in frutetis, & pro-
pter semitas, & sepes.

QUALITATES,
ET VIRES.

Idem. Sunt qui radices probent
ad ea omnia, ad quæ legitimus
hermodactylus conferre po-
test. Nos verò horum sententiam
nec probamus, nec im-
probamus, eam nullam certè
de eo habemus experientiâ.

PSEUDONERMODACTYLVS.



HELII-

HELIXINE, Grecis, *ἡλίξιν* ἢ *ἡλίξινος*. Officinis, *Plantaria*. Italis, *Ferriola*. Germanis, *Tag und Nacht*. Hispanis, *Terna del mara*. Gallis, *Parivoire*.

HELIXINE.

FORMA.

Folia profert mercurialis, **Diosc.** hirsuta, canaliculos subrubentes, & circa eos veluti semina aspera, adhaerentia vestibus.

LOCVS.

Nascitur in domorum pa- **Matth.** rietibus, sepibus, & maceris, arido solo.

QUALITATES.

Vis eius est abstergendā, & **Gale. 6.** pcuter constringendi, cum *simp. me.* humiditate subfrigida.

VIREB.

Folia illius, sacrosignes, ad- **Diosc.** usta, condylomata, incipientes panos; tumores, inflammationesq; sanant. Succus eius, cum cerussa vel creta, quae serpunt commodē illinitur: imponiturque podagris, cum hircino adipe, veterem tussim



emendat, instar cyathi hantus: Gargarizatur, ac illinitur vtiliter consillarum inflammationibus: aurium dolorem mulcet, cum rosaceo instillatur. Vis her- **Marr.** be quoq; magna ad vulnera recentia sananda: Si enim recens semicōstusa vulneri adalligetur, & tertia die solvatur, non erit opus alio medicamento: foliorum succus defecatus, potus trium vnciarū pondere: cum saccharo, vrinā mirificē propellit: & renes abstergit: Folia super regula ignita calefacta, & albo mero aspersa: pubi q; illico imposita, calculosis, & vrinæ malo affectis mirificē auxiliatur. Additur commodē in clysterijs, qui ad ventris, & vteri dolores parantur. Scillitica eorum aqua faciem abstergit, & eius nitorem conciliat.

ALSINE, Græcis, *Λίσιν*. Italis, *Centone*, *Peparina*, *Budello di Galline*, & *Cenosi-
ca*. Germanis, *Hüncherdarm* seu *Vogelstraunt*. Gallis, *Mooren*.

ALSINE.

G E N E R A.

Matth. Plura eius sunt genera, quæ
in maiora, & minora dividit
possunt.

F O R M A.

PROSC. Minus folia habet adfimi-
lia helbinæ, sed humiliora,
minimeque hirsuta, aded ut
musculorum auribus similia
videantur: cum teruntur cu-
cumerem resipiunt.

L O C U S.

Idem. Locis opacis gaudet.

Q U A L I T A T E S.

Gal. Lib. 6. Facultatem habet refrige-
sim. me. rantem, & humectantem: est
enim essentia aqueæ frigida:
quare, & circa adstrictionem
refrigerat.



V I R E S.

PROSC. Vim refrigerandi, adstringendi que obtinet: oculorum inflammationibus
Matth. cum polenta illigitur, succus aurium doloribus infunditur. Ex oleo cham-
melino fernesacta illinitur vtiliter ventri contra tormina, & veteri dolores.

* ALSINE MAIOR.



F O R M A.

Maior alſine cognomento arguit, quid à minore diferepet. Longè altius enim furgit & ſi ſuſtentacula confequitur, quibus niti queat, humanam altitudinem ſuperat, folia & cauliculi reſpondent minori ſed hi grandiores illa ampliora ſpectantur. Floſculi candidi ſbellati pulere ſtaminibus ruſſis in medio exornantur. Semen minutum luteum in vaſculis oblongis clauſum latitat.

L O C U S.

Natiſtur in fruticis & humido ſolo gaudet.

Q U A L I T A T E S E T
V I R E S.

Hæ cum prioris qualitatibus viribusque conveniunt.

Hb. K.

Linn.

LENS palustris, Græcis. *Λέντις ἢ Ἰόν ἢ ῥαυδάρον*. Arabibus, *Tahaleh*, seu *Tahel*. Italis, *Lente aquatica*, & *lenticulana*. Germanis, *Wasser-Durken* vel *Wasser-Linsen*. Hispanis, *Lenteja de la gaa*. Gallis, *Lentille de mer*.

LENS PALUSTRIS.

FORMA.

Diosc. Muscus est aquæ innatans, folijs lenticulæ similibus.

LOCVS.


Idem. Inuenitur in aquis non fluentibus.

QUALITATES.

Galen. 8. sim. me. Humidæ, frigidæque temperaturæ est, utriusque ex secundo quodammodo ordine.

VIRES.

Diosc. Illinitur conuenienter collectionibus, igni sacro, & podagris, tum per se, tum cum farina hordeacea. Glutinar & puerorum interanea. Scillitica eius aqua (quorundam testimonio) datur commodissimè ad internas viscerum inflammationes, & ad pestilentes febres: praestat quoque ad oculorum ruborem, & palpebrarum phlegmonas, & ad mammarum, testicularumque collectiones, antequam augeantur. Herba ipsa recens fronti adhibita, capitis dolores mulcet, ubi à calore prouenerint.



LENS palustris altera. Italis, *Lente palustre del feno.*

LENS PALUSTRIS ALTERA.

FORMA.

Caulem gerit repentem, Matth. angulosum, à quo plura, per intervalla caerulearum oriuntur folia, prælongis, ac tenuibus pediculis narentia, quæ quaternæ, crucis in modum sese pandunt, subrotunda. semen profert racemosum, in ipso caule, lentium ferè effigie, subnigrum, densum, durumque.

LOCVS.

Nascitur in paludibus, la- *Idem.* cubus, & cæteris stagnantibus aquis.

QUALITATES, ET
VIRES.

Nihil habeo, de qualitati- *Idem.* bus, & viribus, quod probare possim, non tamen ambigo, quin sit frigida humidæque temperata.

Hbh 3

SEMPER-



SEMPERVIVUM, sine sedum malus, Græcis, *Αείζον πολυα*. Arabibus, *Beis halen*, seu *Hai alhalé*? Italis, *Semprevivo maggiore*. Germanis, *Stof-Hauskraut*. Hispanis, *Semperviva*, seu *Terna puntera*. Gallis, *tau herbe*.

SEMPERVIVUM MAJUS.

G E N E R A.

Marrh. Plura sunt sempervivi genera, Malus, Minimum, & arborescens.

F O R M A M A J O R I S.


Diosc. Caules cubiti altitudinem implent: interdum excedunt, pingues, pollicari crassitudine, in cacumine lingue similia: alia in terram convexa, alia inuicem in capite stantia, ita, ut in ambitu effigiem imitentur oculi.

L O C U S.

Idem. Nascitur in montibus, saxis, testaceis, & supra domicilia etiam feritur.

Q U A L I T A T E S

Gale. 6. *Imp. mc.* Leuiter quidem desiccet, quandoquidem & medioeriter adstringit, omnis alterius vehementis qualitatis expertus; quare in eo plus ceteris abundat essentia aquea: Cæterum non medioeriter refrigerat. est enim ex tertio ordine, & recessu refrigerantium.



V I R T U S.

Diosc. Medeturigni sacro, nomis, vlceribus, quæ serpunt, oculorum inflammationibus, ambultis igni: folis per se, & cum h ordeacea farina illitis, podagris auxiliantur: succus illitus, capitis dolores mulcet: & præsertim si cum rosaceo infundatur: Datur potandum ad phalangiocum ictus, dysenteriam, aluiq; profusis: teretes tmeas potus in vino excusit. subditus in vellere, mulierum abundantiam sustit: Idem oculotum lippitudinibus inangitur.

SEMPERVIVUM, seu Sedum minus. Græcis, *Ανζωμινός*. Italis, *Semprenius minus*. Germanis, *Klein Haufwurk*. Gallis, *les herbe perit*.

SEMPERVIVUM MINUS.

FORMA.

Caulibus provenit ab una *diosa* radice multis, tenuibus, crebro foliatis: exilibus folijs, rotundis, pinguibus mucronatis: caule à medio emicante palmam alto. umbellam, herbidosque flores, & tenuis gerente.

LOCVS.

In pennis, parietinis, & ma- *Idem*. cerijs, nec non in scrobibus opacis nascitur.

QUALITATES, ET
VIRE.

Folia eisdem cum priori, *Idem*. viribus prædita sunt.



SEMPERVIIVM minimum, siue tertium, Græcis, *Ανθόν τριπλόν*. Arabib., *Halfelram*, *Haudrachabara*, seu *Tilafon*. Italis, *Herba grassola*, siue *Semperuius mi-
nuta*. Germanis, *Wasser Pfeffer*.

SEMPERVIIVM MINIMUM.

FORMA.


DIOSC. Folijs provenit pusillis, crassioribus, hirsutis, portulacæ proximis.

LOCVS.

DIOSC. Nascitur in muris, locis. *marib.* saxosis, & secus itinera.

QUALITATES, ET
VIRES.

DIOSC. Vis ei excaustificatoria, acris, exulcerans. Illita folia cum axungia, strumas discutinnt.



SEMPER-

SEMPERVIVVM Arborefcens, primum: Italis, *Semprevivum Arborea.*

SEMPERVIVVM ARBORESCENS.

F O R M A.

* Canlem profert feſqui- cubitalem, vel interdum al- tiorem, craſſum & frangi con- tumacem, carnoſo obduſtū cortice, in quo folia carnoſa ſucculenta circumdant ena- tos cauliculos in multos ten- ues pediculos diuifos ſuſti- nentes luteos ſtellarosq; flo- res, radice nititur in multas propagines diuaticata.

L O C U S.

In Orientis ac Græciæ pro- uincijs, marisq; Mediterræ- nei Inſulis, Creta ſive Can- dia, Rhodo, Zacyntho, & alijs ſpæte teſtis innaſcitur. Apud nos, imo etiam in Italia non niſi in horris cultioribus in- uenitur.

Q U A L I T A T E S, E T
V I R E S.

Huc refer quæ de maiore ſedo dicta ſunt.*

Hhh ; UMBI-



UMBILICVS Veneris, siue Acetabulum. Græcis, *Κορυμβός* ἢ *ἡ ἀμφύβανος*. Italis, *Bellico di Venere*. Hætruscis, *Ceperraiolo*. Hispanis, *Saudertes*. Gallis, *Eslades*. Germanis, *Fransen Dabel/Dabel Kraut*.

UMBILICVS VENERIS.

GENERA.

DIOSC. Duum est generum. Alterum acetabuli, alterum maioris sedi figura.

FORMA PRIMI.

Idem. Folio est in acetabuli formam tornato, latenter concauo, breui canaliculo, in quo semen inest, radice obtusa modo rotunda.

LOCVA.

Galt. 7. Simp. m. Nascitur frequens in faxis, & vetustis ædificiorum parietibus, & in oppidorum montijs.

QUALITATES.

Miltæ est qualitatis, nempe humide subfrigide, & cutusdam obscuræ adstringentis, & cum ea leuiter amara. vnde refrigerat, repercutit, abstergit, & discentit.



VIRES.

DIOSC. Foliorum & radicum succus, cum vino circumlitus, instillatúsve, conceda genitalia nudat: inflammationibus, sacris ignibus, strumis, perionibus illis auxiliatur. Stomachi ardorem refrigerat: folia cum radice comesta calculos frangunt, vrinam cient, hydropicis ex melle dantur. Phlegmonas Erysipelatodes Erysipelata phlegmonodes curant.

UMBILICVS Veneris alcer. Græcis, *Εστράβος* Ἴταλως. *Italis, Bellico di Venere secunda.*

UMBILICVS VENERIS ALTER.



FORMA.

Pinguibus exit folijs, latioribus, ligularum modo densis, circa radicem, medium oculi ambitum describentibus, ut in maiore sempernuora dstringentis gustus: cauliculo tenui, in quo flores, & semina hyperici: radice masculula.

LOCVS.

Nascitur in saxosis montibus, & petris. *Mattib.*

QUALITATES ET VIRIS.

Facit eadem, quæ sempernuora. *diosc.*

CYMBA-

CYMBALARIA, *Italis, Cimbalaris.*

CYMBALARIA.

F O R M A.

Metib. Emuris comæ modo dependet, cauliculis numerosis, tenuibus, funiculi instar prælongis, lentisq; è quibus folia prodeunt hederacea, pinguis, longis pediculis adnexa: flosculis parvis lutescentibus, qui è tenuissimis quoq; pediculis exeuntes, clauicularum modo sese implicant.

L O C U S.

Metib. Nascitur in antiquis, vliiginosisq; ædificiorum parietibus, macerisq;, & saxis.

Q U A L I T A T E S.

Idem. Facultatis est humidæ frigidæque, cum adstrictione quadam.

V I R E S.

Idem. Iis profectò hanc plantam pollere facultatibus, factò periculo constat, quibus primi generis coryledonem. sunt qui cavtantur ad alba vteri profluviis, eandem tacentem in acetarijs propinantes:



C E N S U R A.

Tametsi hæc planta Veneris umbilici viribus prædita sit, errant tamen, qui putant hanc ipsam herbam Veneris umbilicum.

VRTICA. Græcis, *Αγριόρα*. Arabibus, *Huniura* seu *Angiara*. Italis, *Ortica*. Germanis, *Wesphoder* *Némisch* *Nessel*. Hispanis *Ortiga*. Gallis, *Orrie*.

VRTICA.



GENERA.

Trium est generum. Prima asperior. Altera non æquè aspera, & tertia omnium minima.

FORMA PRIMA.

Sylvestrior hæc est, asperior, latioribus, nigrioribus, & que folijs semine lini, sed minore. Caule rotundo, aspero, hispidoque, ac pungenti: pilulas in caule gerit hirsutas, ac vrentes, in quibus semen gignitur.

LOCVS.

Provenit calidis tractibus, *Marib.* aridis, & incultis locis.

QUALITATES.

Semen, ac folia digerentis *Gale. &* sunt facultatis, sed & quidam flatuosum obtinent, quo venerem extimulant: porro non vehementer calefacit, sed admodum tenuium est partium.

VIRES.

Folia cum sale illita, canum moribus medentur, gangrenas, carcinomata, *Diosc.* fordida ulcera, & quæ cacoethe vocantur, item luxata, panos, tubercula, parotidas, suppurationesque sanant: lienosis cum cerato imponuntur: cum succo tita, & naribus indita, sanguinem fluentem cohibent. Ciunt mentes trita, & cum myrrha supposita: proidentes vulvas restituant, suo contactu: semen ex passo potum venerem stimulat, & vulvæ erâ patefacit, cum melle delinctum, orthopneæ, lateris, & pulmonum inflammationibus prodest: toracem expurgat. Cocta cum conchis folia, aluum emolliunt, vrinâs movent, inflationes discutiant.

VERTICA altera, Græcis, *Agrostis viridis*. Italis, *Ortica vulgaris*. Germanis, *Ort*
 mîn *Wermessel*.

VERTICA SECUNDA.

FORMA.

Matth. Folijs prænit altetius si-
 milibus, verum non æque
 asperis: semen profert racem-
 osum, ac minurum: caulem
 quadrangulum, asperumq̃,
 tactu acuro, ac pungente.

LOCVS.

Idem. Nascitur vbicunq̃.

QUALITATES, ET
VIRES.

Idem. Iisdem eum altera est fa-
 cultatibus: atq̃ peculiariter
 seminis pulvis, sangui-
 nem è cerebri membranis
 manantem supprimit.

* Seminis huius in Offici-
 nis Septentrionalium, cum
 destituuntur Romanæ vrtice
 semine, plurimus est vsus,
 Folia vino incocta & pora
 ventrem molliant, status dis-
 entiant, cholicos dolores sedant, (nisi obstructio illos genuerit) vrinam cient,
 & renes purgant. Idem præstat & quidem efficacius in vino dulci coctum se-
 men, vel ex melle sumpsum. Aqua destillata ex vrticis vulnera mundificat & ea
 lauentur. Radices in vino decoctæ, addito parum mellis tussientibus & asthma-
 ticus profunt, & pleuriticis, morbisq̃; ex viscosa pituita ortum habentibus.*



VERTICA TERTIA, Γκιζκίς, Αγκαλίθη τρίτη. Italis, Ortica minore. Germanis, Heidekraut.
 Verticillata.

VERTICA TERTIA.



FORMA.

Folia profert cæteris similia, sed longè minorâ, acutiorâ, vrentiorâque: caule dorsantali, hispidiore, ac vrente, dâsioribus folijs, & in ambitu serratis.

LOCVS.

Nascitur secus ædificiorum muros, in hortis, & ferè vbique.

FACULTATES ET VIRES.

Non minus valet, quàm cætera genera.

CARDIA-

CARDIACA, *Italica, Cardiacca.* Germanis, *Hertzebaum/trau Hertzebaum.* Gallis, *Gripaume, seu Cheneuse.*

CARDIACA.

FORMA.

Math.

Facile viticam quadante-
nus referre videtur, folijs ta-
men, quæ prope terram sunt,
rotundioribus constat, & ra-
nunculi ferè modo per amb-
itum laciniatis: caulem ha-
bet quadrangulum, ramis
copiosis, pariter quadratis,
in quibus bina utrinq; folia,
paribus intervallis ab imo,
ad summum exeunt, sed mi-
nora, & per ambitum magis
diutia: flores in purpura albi-
cant & verticillato ambitu,
marrubij modo, caulem ambi-
unt. Radix in rubro pallescit.

LOCVS.

Idem.

Provenit in rudibus:
iuxta semitas, & propè urbi-
um mœnia.

QUALITATES

Gustu usq; adeo amarescit,
vt facile existimari possit ad
secundum excoalscientium
ordinem, & ad tertium sic-
cantium accedere.



VIRES.

Præstat (quorundam testimonio) ad omnes cordis affectus, ad convulsos, ac
resolutos: obstructions reserat, urinam ciet, & menses, pectus à pituita dereg-
git. Lumbricos necat. foliorum farina, domestici cochlearis mensura in vino
hausta, agrè parturientibus mirificè opitulatur.

GALIOPSIS, Græcis, *Τελισίω*. Italis, *Ortica fetida, seu Ortica marta*. Germanis, *Daubnessel*. Hispanis, *Ortica muerta*. Gallis, *Ortie*.

GALIOPSIS.

FORMA.

Folijis, & caule constat v. Diosc.
dicæ similibus. tæctæ tamen Matth.
non mordentibus. floribus
purpureis, tenuibusq;, odo-
re fetido, ac graui.

LOCVS.

Prouenit in ædificiorum Diosc.
atcis. in plateis, iuxta semitas,
& circa hortorum sepes.

QUALITATES, ET
VIRE S.

Folia, caules, semen, suc- *Idem*.
cusq; durities, & carcinoma-
ta dissipant: strumas, panos,
& parotidas disentiunt: opot-
ter bis in die cepidum ex ace-
ro cataplasma imponere, &
cuius decocto fouere: ad pu-
rescentia, gangrenas, & no-
mas, cum sale efficaciter illi-
nuntur.



SCROFULARIA, Millemorbia, Ferracia, siue Castrangula. Italis, *Scrofularia* Germanis, *Wurmwur* * alijs, nescio quam ob causam, *Schwarz Nach* & *Wurmfraut*. * Gallis, *Grande Scrofulaire*.

SCROFULARIA.

F O R M A.

Matth.

Caules abvna radice mittit plures, sesquicubitales, angulosos, subrescences, in quibus folia infant nigricantia, robusta, ad verticem faciem accedentia, per ambitum leuiter dētriculata, Flores mittit in caulis tamorūq; summitatibus pusillos: purpureosq;, galeæ faciem referētes, & semen in capitulo, vt in lino, & lactaria herba, rotundo, acuto summa parte apice. Radicē habet magnam, albicantem, strumolam.

L O C U S.

* Prouenit in humidiorib; locis & interdum siccis etiam ad sepes & vetustas macerics.*

Q U A L I T A T E S.

Matth.

Desiccatur, extenuatur, discentitur, abstergit: est enim gustu amara, & subtilium est partium.

V I R E S.

Radix præstat recens ad strumas, & hæmorrhoidas sanandas, in quem usum effoditur autumno, & repurgata tunc dicitur cum recenti butyro. & percepto sicili. vliginoso loco reponitur, bis quinq; aut pluribus diebus, mox leno igne colliquatur butyrum, & percolatum asseruatur: quo postmodum præscripto morbi illius sanatur. Idem illitum scabiem sanat: Aqua è radicibus distillata, faciei ruborem illius tollit. Siccæ radicis puluis impolitus hæmorrhoidas siccat. Idem drachmæ pondere potus, lumbricos ventris pellit.

C O N S E R V A.

Cæcutiunt ad summam vsq;, qui Scrofulariam Dioscoridis ocimastrum faciunt, nec minus aberrant, qui eandem Galiosim esse contendunt.

* SCROFUL-



SCROFULARIA foemina, Vulgo Germanis, Weiße Bläueſchatt.

SCROFULARIA FOEMINA.



FORMA.

Similis est mari floribus, femine, folijs, caulibus, & odore. Sed magnitudine diferepat & colore, qui cauli folijsq; prorsus viridis est. Totaplanta viri altitudinem attingit, Radix paucioribus & interdum nullis ferè tuberculis prædita videtur.

LOCUS.

Ad fossas aquarum nascitur.

VIRUS.

Curat vicera & contusa si mane & sero continuis diebus in foco calefacta & contrita imponatur. idem præstat melius succus eorum cum melle decoctus.*

GALIVM, Græcis, Τάχυς. Italis, Galia. Germanis, Maget Kraut. Hispans, Casislecheyrua. Gallis, petit Maquer.

GALIVM.

F O R M A.

Diosc. Ramulum, foliumque habet aparine simillimum, rectum, florem luteum, tenuem, densum, copiosum, odoratum.

L O C U S.

Matth. Nasctur ferè vbiq; copiosum, ppe sepes, & fecus vias.

Q U A L I T A T E S.

Galen. 6. Facultatem obtinet deficcatoriam, & subacrem. est autem flos boni odoris, & coloris lutei, vel albi.

V I R T U S.

Diosc. Flos igni ambustus illinitur, & sanguinis profluvia sistit: radix venerem concitat: coma in lacte macerata, illud coaguli modo condensat, unde illi nomen.



SENECIO.

SENECIO, Græcis, *ἰσὴρ*. Italis, *Cardonello*, seu *Spelliciosa*. Germanis, *Crout* & *trut*. Hispanis, *Boer raron*. Gallis, *Senesfon*.

SENECIO.

GENERA.

Duum est generum: Maius, *Marrò*. & minus.

FORMA MINORIS.

Cauleculo est cubitali, sub DIOSCORIDI rubro, folijs sensim per extremitates eruct modo diuisis, sed minoribus multò, luteis floribus, qui celeriter dissolui, euanescent in pappos, radice superuacua.

LOCVS.

Nascitur maximè in Macedonia, *idem* in ripis, parietibus, & circum oppida.

QUALITATES.

Facultatem mistam obtinet, *id est* simul refrigerantem, & simpliciter modicè digerentem.

VIRIS.

Folia illa cum vini modico, vel per se, testium & sedis inflammationes sanant. Quia etiam cum manna thuris medentur, cum reliquis vulneribus, tum ijs, quæ nesci acceperunt. Illi per se, aut cum aceto pappi, *idem* minus præstant. verùm recentes epoti, strangulant. totus caulis si coctus ex passo potui detur, stomachi dolores à bile contractos, persanat.

APPENDIX.

Cùm autem herba euidenter sit amara, vt sicet, abstergat, aperiatq; necesse est, quare nisi mirum fuerit, si feminæ Epoto foliorum succo, aut totius plantæ decocto, remorantes menses sibi prouocent. ab anis edoctæ.



SENETIO maior, Italis, Carduncello, seu Spelticicella maggiore. Germanorum offic. Flos S. Jacobi; vulgari vero sermone S. Jacobs Blum.

SENETIO MAIOR, SIVE FLOS
S. JACOBI.

FORMA.

Math. Folia mittit crucæ syluestris æmula, per ambitum laciniata, nigricæna, amaro gustu, caulis illi est sesquicubitalis, artemisizæ similis, à medio ramosus, surenosusque. Flos in summitate aureus, qui flaccescens, in papposam euolat lanuginem, Radice est multifida ac breui.

LOCVS.

Idem. Nasceur in campestribus inculto solo.

QUALITATES, ET
VIRES.

Idem. Excalfacit, siccac, aperit, abstergit, digerit, & reliquas minoris Senentionis vires obtinet.



Muscus marinus, Græcis, *Βύβος θαλάσσια*. Arabibus, *Tahaleb*, sive *Tahabel*. Italis, *Coralina*. Germanis, *Meer Weich*, seu *Meer Weich*. Hispanis, *Malher quiana*. Gallis, *Coraline*.

MUSCVS MARINVS.



GENERA.

Duum est generum: Dio- Matth. scoridis alterum, alterum vero Plinij.

FORMA PRIMI.

Gracilis, capillaceusq; pro-
uenit caulis exsertus, colore
tum siccatur subrufescente,
falso sapore, odore concha-
rum marinatum simili.

*Varia effigie hic nascitur
vt ex pictura patet, colore
quoq; diftepat, qui in alio tu-
bet, in alio candidus in non-
nullo etiam sublucens esse ob-
seruatur.*

LOCVS.

Nascitur in scopulis testa- Dio-
ceisq;

QUALITATES.

Compositus est ex terrena, Gal. 6.
& aqua essentia, utraq; frigi-
da, siquidem gustum adstringit,
& calidis quibusdam illi-
tus, ea euidenter refrigerat,
& adiungat.

VIRES.

Precipua ei spissandi vis, & collectiones cohibendi: podagras inuat, quas re-
frigerare opus sit. Peculiari autem sicci dote, admirabilis est facultatis, ad te-
retes intestinorum vermes pellendos, potui datus drachmæ pondere ex passo,
aut cum Egypticæ filiquæ pulpa.

APPENDIX.

Posse quidem marinum muscum, qui recens fuerit, refrigerare, facile cum
Galeno, & Dioscoride concedam: quod verò siccum id efficere possit, quod gu-
su falso sentiat, non ita facile mihi concedendum videtur.

Myscvs marinus alter, Italis, Mosco marino di Plinio.

MYSCVS MARINVS ALTER PLINII.

FORMA.

Plin. 27. cap. 8. Bryon marina herba, sine dubitatione lactuce folijs similis, rugosa, veluti contracta, sine caule, ab ima radice exeuntibus folijs.

LOCVS.

Idem. Nasctur in scopulis, maxime testis terra comprehensis.

QUALITATES, ET VRES.

Idem. Præcipua ei spissandi, siccandi; vis, & collectiones omnes, inflammationesq; cohibendi, præcipuè podagræ, & quicquid refrigerare opus sit.



POTAMOGETON, Græcis, Πατάμωγετον. Italis, Potamogeto. Germanis, See-
 halben kraut. Gallis, Herbe des estagnes, vel Esjy deans.

POTAMOGETON.



FORMA.

Folii fert betæ simile, hir- DIOSC.
 sutum, paululum superemi-
 niens extra aquam.

LOCVS.

Nascitur in palustribus, & Idem.
 aquosis.

QUALITATES.

Adstringit, & refrigerat li- Gal. li. 1.
 militer polygono, sed esse- simp. me.
 tia eius crassior polygono est.

VIRES.

Refrigerat & inspissat, pru DIOSC.
 riginibus vtile, & contra ve-
 terum vicerum nomas.

SAGITTA, *Grecis, Πισδα. Italis, Saetta. Germanis, Pfeiltraut.*

SAGITTA.

G E N E R A.

Matth. Duum est generum. Maius,
& minus.

F O R M A M I N O R I S.

Folia habet robusta, sagittæ suriculatæ figuræ; pediculo triquetro, spongioso, sesquicubitali, maiori, aut minori pro aquarû profunditate, in quibus vivit: caulem habet rectum, lævem, rotundum, spongiosum: ramulos hic superius mittit, è quibus flores exeunt albi, tribus rârùm foliolis circumscripti, è quibus capitula producuntur subpurpurea, hirsuta, nucis Ponticæ magnitudine, in quibus minutum gignitur semen, rotundo intus globulo inherens. Radice nititur alba, multifida, fibrosa, plantaginis aquaticæ modo, cuius cognationis sagitta esse videtur.

L O C U S.

Idem. Nascitur in aquis, cum stagnantibus, rum de currentibus.

Q U A L I T A T E S, E T V I R T U S.

Idem. Temperamento est frigido, humidoque, & iisdem cum plantagine aquatica viribus pollet.



SAGITTA maior, Græcis, Πτερόφυτον. Italis, *Sagitta maggiore*. Germanis, *Groß Pfeiltraut*.

SAGITTA MAIOR.



FORMA.

Minori est per omnia simili- *Matth.*
lis, sed omnia quoque maio-
ra spectantur: verùm folia nõ
vsq; ad eò acuminata habentur.

LOCVS.

Nascitur, vt altera stagnan *Idem.*
tibus, & decurrètib; aquis.

QUALITATES,
ET VIRES.

Paribus alteri viribus præ- *Idem.*
stat.

STRATIOTES millefolium, Græcis, *Στράτιοτες χιλιοφύλλοι* &c. Italis, *Millefoglia*, Germanis, *Carben*. Hispanis, *Milboya yerva*. Gallis, *Millefeuille*.

STRATIOTES MILLEFOLIUM.

G E N E R A.

Matth. Duum est generum. Maius, & minus.

F O R M A M I N O R I S.

Diosc. Exiguus est frutex, psalmi altitudine, aut amplius assurgit: folijs anicularum pennas imitantibus: brevis admodum dissectoque foliorum exortu: folia sylvestre cuminū simulant, præsertim breuitate, breviora pauld, densiore umbella, & pleniora: Surculos in cacumine gerit exiguos, & capitula in modum anethi: flores paruos, & candidos.

L O C U S.

Idem. Nasctur in asperis agris, præcipueque circa semitas.

Q U A L I T A T E S.

Gal. li. 7. Nonnihil habet adstrictionis, proinde & vulnera glutinare potest, & vlceribus esse vile.

V I R I S.

Diosc. Eximij est vsus ad vlcera vetera, recentiaq;, profluentem sanguinem, & fistulas. Datur

Matth. vtiliter foliorum succus ad sanguinis reiectiones. Idem præstat sicci farinae et symphiti maioris, aut plantaginis aqua pota, eadem naribus indita, fluentem inde sanguinem compescit: dysentericis commodè infunditur, vnà cum suis ipsius succo. Herba recens tusa, pubique illita, mensium abundantiam compescit: Candida millefolij umbella, tusa, & cum suis ipsius aqua pota, aut caprino lacte, gonorrhæam in viris, in foeminis alba vteri excrementa cohibet. Atqui felicitus auxiliatur, si cum corallio, succino albo, & ebore propinetur: foliorum, & florum fatina vnciaz pondere, vnà cum Armeniæ tetræ drachma, ex vaccino lacte pota, præstat nitum in modum ad sanguinis mictum: comman ducta radix, diuque sub dente retenta, dolorem mulcet.



MILLEFOLIUM MAIUS, Grecis, Στραγγιλιόχρηστρούλιος & μίλος. Italis, Mille foglie maggiore.

MILLEFOLIUM MAIUS.



FORMA.

Folia profert minoris similia, sed maiora, Tanacetum quædam tenus proxima, caules quoque maiores, subhirsutos, atque grandiores umbellas: floribus in purpura albicantibus, odore medicato.

LOCVS.

Prouenit in montibus, & Idem. collibus.

QUALITATES,
ET VIRES.

Prestat eadem, quæ minus. Idem.

VERBA.

VERBASCUM, Græcis, *αβυστος*. Officinis, *Taffes barbassus*. Hetruscis, *Echata-schia*. Cæteris Italis, *Taffo barbasso*. Germanis, *Weiß Wollkraut*. Hispanis, *Verbascu*. Gallis, *Bouillon*.

VERBASCUM.

GENERA.

Matth. Plura Verbasci numerantur genera, ut ex appictis iconibus palam fiet.

FORMA PRIMI.

Diosc. Primum, quod fœmina vocatur, folia habet brassicæ, pilosiora multò, & latiora; candidioraque: caulis illi albus, cubitalis aut amplior, subhirsutus: flores ex luteo pallefcentes, semen nigrum, radix lœga, gustu acerba, crassitudine digiti.

LOCVS.

Idem. Nascitur in campestribus.

QUALITATES.

Gal. li. 1. simp. me. Radix gustu acerba est, & fluxionis affectib. prodest, at tamen folia digerendi vim habet, omnium. n. folia desiccandi, & digerendi vim habent.

VIRIS.

Diosc. Radix datur ludicri tali magnitudine convenienter ex vino, in alui profluviu. Decoctum dentium dolorem collutione mitigat. Omnia genera, sed fœmina magis, sedis

Matth.

ferè morbis omnibus subuenit: seminis & florum farina, larigna resina excepta, cum anthemidis floribus, procidentem sedem suffusa cohibet, & tenasium in dysentericis sanat, fœminæ radialis succus, anteaquam caulescat, duarum drachmarum pondere ex vino Cretico haustus, in ipsa accessionis hora, quartanam fugat, sed ter, quaterve id repetendum est. Succus tam folio tum, quam florum asperis verrucis illirus, eas delet. Folia tusa, cineribusque calefacta, sanant panos, quos bubones vocant: stillaritia florum aqua, oculis instillata, fluxiones cohibet, & illita faciei ruborem tollit: eoque magis si caphura tantillum adjicitur. Flores unà cum oui vitello, & mica panis, ac porri folijs illiti, perbellè præstant ad cohibendas tumentes, dolorificasque hæmorrhoidas.



VERBASCUM mas, sine secundum, Græcis, ἄλμυρ ἄψιλω λάδις. Italis, Tasso bar-
kasso maschia.

VERBASCUM II.



FORMA.

Oblongius est, albis folijs, DIOSC.
angustioribusque : tenuiore *Matth.*
caule. Floribus in cacumine
minoribus, pallido colore.
Radice minori, minusq; car-
nosa.

LOCVS.

Nascitur in campestribus, *Matth.*
exolato solo.

QUALITATES,
ET VIRES.

Iisdem præditum est viri-
bus, quibus & samina.

VERBA-

VERBASCUM TERNISUM, Græcis, *salpa* & *epithu palæa*. Italis, *Taffo barbasso minore*.

VERBASCUM III.

FORMA.

Matth. Folia profert nigriora, oblongiora, saluix ferè modo aspera, sed latiora; caulibus rotundis, robustis, tenuioribus; floribus in cacumine spicatis, aureo colore.

LOCVS.

Idem. Prouenit & hoc quoq; in campestribus.

QUALITATES,
ET VIRES.

E S S E V I D

Idem. Easdem cum alijs habet vires.



VERBA

VERBASCUM sylvestris, Grecis, *καμύρα άγία*. Italis, *Taffo barbasso selvatico*.

VERBASCUM SYLVESTRIS.

F O R M A.

Folia fert Salvia, atas vir. Diosc.
gas, & lignosas, & circa eas ca-
mules, quales marrubium, flo-
res luteos, auri æmulos.

L O C U S.


Nascitur in campestribus, *March.*
& apricis montibus.



Kkk

VERBA-

Verbasum aliud est, cuius
 folia corniculati papaveris
 modo procedunt per ambi-
 tum sinuata: Ideoq; recte Di-
 oscotides huiusce papaveris
 folia, verbasco similia fecit.



PRIMULA VERIS, *Donnellis*, *Brasche Cuculi*: Quibusdam Herba paralytica. *Irals*, *Fiore di Primavera*. Germanis, *Eschschkummett*. Gallis, *Prunelle*, seu *Bruges de Cocu*.

PRIMULA VERIS.



GENERA.

Duum est generum, alter *Marré*. rum odoratum, alterum inodorum.

FORMA PRIMÆ.

Folia profert lactuce qua- *Idem*. dantenus similia, oblonga, rugosa: Labii venetis ferè modo, humi iacentis, è quorum medio canaliculus exit dodran- ralis, atq; incurvus, è cuius fastigijs, flores, exeunt complu- res lutei, per ambiram sim- briati odoratique, vt in vris auricula, quam & radice quo- que imitatur.

LOCVS.

Pronem locus vias, pro- *Idem*. pter sepes, & in pratis.

QUALITATES, ET VIRES.

Tota planta articularibus *Idem*.

morbis auxiliatur. Radicum decoctum renum calculos eijcit: præstat idem additis Gluia, & amaro ad frigidos nervorum, & cerebri morbos: quare resolutis ac tremore affectis potum confert: eporus foliorum succus, ac etiam illicus fractis, luxatisq; ossibus confert. Stillatitia florentis plantæ aqua commen- datur ad animi deliquium. flores illinuntur aduersus scorpionum ictus. Herba ipsa, aut flores, aut radices, tritæ, & illis vulnera glutinant. Mulieres è floribus, & polygonati radicibus in albo meraco maceratis, stillatitiam aquam faciunt ad facies nitorem concilians dum.

Iisdem nominibus appellatur, quibus, & altera.

PRIMULA VERIS ALTERA.

FORMA.

Matth. Folia profert latoria, & in cacumine rotundiora, humi pariter accubantia, crispa, rugosaque, ac magis tenera; caule verò, floribus, ac radicibus, ab altera non differt.

LOCVS.

Idem. Nascitur iisdem in locis, & frequenter in syluis herbosis.

QUALITATES, ET
VIRES.

Idem. Easdem, quas altera possidet vires, imbecilliores tamen.



BLATTARIA, Dioscoridi verbascum aurei floris. Italis, *Blattaris*. Germ. *Mat-
ten* oder *Schabenkraut*; *Goldi Rudoffstut.*

BLATTARIA.

FORMA.

Herba est similis verbasco, *Plin.*
folijs minus candidis; caulicu- *Matth.*
lis pluribus, flore luteo. Se-
mine capitulo concluso lini
modo, sed durioribus.

LOCVS.

Nascitur in campestribus. *Matth.*

QUALITATES.

Sapore est amaro, exalifa- *Idem.*
ciens, & siccans.

VIRES.

Herba prostrata blattas in *Plin.*
se contrahit.

* Farctus quoq; viscerum,
mesaraicarumq; expedit. *



ÆTHIOPIS, Græcis, *αἰθίοπις*. Italis, *Etiops*, & *Etiopide*.

ÆTHIOPIS.

FORMA.

DIOSC. Folia habet verbasco similia, per quàm hirsuta, densâq; in orbē circa radicem imam redacta: caulem quadrangulam, scabrum similem apiastro, aut arctio, multis conevumulis. fermen erui magnitudine: geminum in vno conceptaculo: Radices ab eodem cespite numerosas, longas; crassas, gustu glutinosas, quæ seccæ nigrescunt, duranturq; vt cornua imitari videantur.

LOCVS.

Idem. Plurima nascitur in Ida, & in Messenia.

QUALITATÈS, ET
VIRÈS.

Idem. Auxiliatur purulentis excreationib*, Ischiadicis, pleuriticis, arteriq; scabritijs decocta radix, & pota, quin etiam cum melle Eclegmatis vicem præbet.



PERSONATA, Græcis, Ἀψίδα. Officinis, *Bardana*, Italis, *Lappola maggiore*. Germanis, *Groß Kletten*. Hispanis, *Bardana*, seu *Pogonacera mayor*. Gallis, *Gistron*, seu *Bardana*.

PERSONATA.



FORMA.

Folia habet cucurbitæ ma- Matth.
iora, nigriora, hirsutiora, cras-
sioraq; caulem crassum, angu-
losum, albicantem, sesquicubi-
ralem, atq; ramosum, fructu co-
piofo, echinato, non magno, a-
culeis repandis, vestibis perti-
naciter inhaerentibus. Floribus
purpureis, semine enici mino-
re. Radice longa, vegeta, intus
candida, foris nigra.

L O C U S.

Nascitur passim in agrorum
marginibus, secus itinera, & fe-
rè vbiq;

QUALITATES.

Difcutit simul, & deficcet, & mediocriter adstringit.

V I R T U S.

Radix drachmæ pondere, cum pinicis nucibus pota, prurulentis, & cruenta DIOSC.
extussientibus auxiliatur: eritã dolores à contritione arctuum contractos, illitu
sedat. Folia vtiliter antiquis vlceribus illinuntur. Semen potum calculosis au- Matth.
xilatur, Idem facit radicis decoctum infusum.

Gal. 6.
simp. me.

PERFOLIATA: *Italica, Perfogliata.* Germanis, *Dunckradts.*

PERFOLIATA.

FORMA.

Matth. Folia profert subrotunda, pinguis, sed in acutum deficientia, pili ferè modo: venis compluribus secundum longitudinem protensis. caulis illi est gracilis, glaber, rotundus atq; etiam ramulosus: folia, quæ in caule, & ramis sunt ab ijs umbilicotenus transiguntur, magno naturæ artificio: quare putarem ego, ut perforata magis, quàm perfoliata dici deberent: flores gerit aureos, è capitib⁹ quibusdam prodeuntes in stellæ modum: semen nigrum, paruum psyllij modo pellucidum.

LOCVS.

Idem. Nascitur in vineis, campis, & alijs quoq; locis, & in agrorum limitibus.

QUALITATES, ET
VIRÆ.

Idem. Gustu est subamaro, & adstringenti. Datur herbæ decoctum ex vino purum, aut folia in pulverem trita, ad internas affectiones, & ad rupta: quare bibuntur commodè ad umbilici eminentias, & enterocellas. illita firumas quoq; resoluunt.



ELLEBORINE, Græcis, *Ἠλεβορινή*. Italis, *Elleborina*.

EPIPACTIS SIVE ELLEBORINE.



FORMA.

Parva est herba, & exiguis fo- DIOSC.
lijs.

LOCUS.

In Asia, & Græcia nascitur. Idem.

QUALITATES
ET VIRE.

Loeinos vitijsvilis, & con- DIOSC.
tra venena pota.

APPENDIX.

* Difficile est coniectu, quæ-
nam sit Helleborine Dioscori-
dis, cum tantilla vel nulla ferè
ipsius descriptio habetur. Itaq;
substituta fuerat ab autore, eius
loco Herba quædam hoc nomi-
ne insignita, quod nigri veratri
quadantenus effigiem referret,
& similes quoque radices habe-
ret. Eacùm vna nobis nondum
cõspecta sit, ideoq; exactior de-
pingi haud potuerit, maluimus

elegantem hanc plantam hic apponere, eongenerem ei quam plures alij sub
Helleborines appellatione exhibuere, quæque nusquam non reperiri potest in
locis humidis. Hæc verò, cuius imago hic visitur, etiam palustria & lacus amar,
& præcis irrigulis familiaris est, flore Orchidû, sed ternis foliis ad seminis con-
ceptaculum annexo, suppurpureo, interdum pulcre rub ère, aut etiam penitus
albo, huic semina subnascuntur plantè vt in orchidibus: folijs & pene etiam ra-
dicum fibris Helleborum album imitatur, vnde vulgaris ei notio tributa fuit.*

FUMARIA, *Grecis, Καρβί. Officinis, Fumaria terre. Arabibus, Sebiteriy, farsa-
beteregi. Italis, Fumiferus. Germanis, Erdrauch, Raqantfled. Hispanis, Is-
melba. Gallis, Fumeteerre.*

G E N E R A.

Math. Duum est generum. Ma-
ius, & minus.

F O R M A M I N O R I S.

Diosc. Fruticosa herbula est, pre-
tenuera, comanдро similis, fo-
lijs candidioribus, vndiq; no-
merosis, cineracei coloris.
flore purpurea.

L O C U S.

Math. Nascitur in hortis, vineis,
& campis.

Q U A L I T A T E S.

Galen. 7. simp. iii. Acris simul, & amara qua-
litas est: nec tamē planē ex-
pers est acerbæ: quam obrem
vinam biliosam multam tra-
hit.

V I R E S.

Diosc. Oculis claritatem facit, delachrymationemq; succus instillatus. Manducata
Math. herba biliosam vinam trahit. Attenuat, penetrat, obstructions aperit, ac de-
lectoria est facultatis, cohibet, aggregat, & roborat. Aluum facile ducit, bilem
trahit, & adustos humores: vis eius non modo ad iecur, sed ad venas permeat,
quarē sanguinem expurgat: medetur elephantiasi, carcinomatibus, lichenis, &
cæteris cutis infectionibus: quin etiam omnib. ferè morbis ex viscerum infar-
ctu proueniens: venter, iecur, lienem, & cætera interna viscera robo-
rat, biliosusq; finit febres: & quæ à vasorum obstructione excitantur.



FUMARIA altera, Græcis, *Koxytis iriga*. Italis, *Fumoferno maggiore*. Germanis, *Delphinium*.

FUMARIA ALTERA.



F O R M A.

Planta est fruticosa, præter Martb. nera, folijs cordati, cineracei coloris: flore purpureo. Radice tuberosa, inani, buxeo intus colore: odore aristolochiæ.

L O C U S.

Provenit in hortis, & segetibus hordeaceis, & propter Idem. sepes.

Q U A L I T A T E S,
E T V I R E S.

Radix amara est, & ea omnia potest unâ cum herba, quæ altera Fumaria. Radix ex vino pota, venenis, & pestilentiæ medetur: sudorem, & urinâ ciet, & istericos inuat: semen bibitur aq̄ diuturna alui profusiva. Radicis fatina, manantia quælibet ulcera exicat, & mûdat.

C E N S U R A.

Non rectè sentiunt Germani medici, ac pharmacopœi, qui hæc plantam rotundam esse Aristolochiam putant. Alij verò pistolochiam.

CORYDALIS, Græcis, *Kopidaris*. Quibusdam sibi. Italis, *Ceridale*.

FVMARIA CORYDALIS.

FORMA.

Math. Foliagerit coriandri, sed minora, tenuioraque: canles exiles, compluribus tamusculis: floribus in summitate auicularum speciem referentibus: radicibus numerosis, tenuibus, prælongis, ac subalbican-
tibus.

LOCVS.

Idem. Prouenit in collibus cultis, & agris, * præsertim in Illyria.*

QUALITATES,
ET VIRES.

Idem. Præstat vniuersa planta ad colicos dolores, siue recens manducetur, siue sicca in puluerem sumatur ex vino pluri-
bus diebus.



LOTYSVRBANA, Græcis, *Ασπίς ἄσπυρος*: Italis, *Tribola*, seu *Trifoglio Casellino*. Germanis, *Stinffet*.

LOTYS VRBANA.



melle, oculorum argemas, nubeculasque, ac cæteras caligines discutit. Vfus: Matth. paratur tota planta vnguentarijs, quod odoratam ex ea faciãt aquam, in qua chirothecas macerant, ac lauant.

FORMA.

Caulès edit bicubitales, ac Diosc. etiam maiores, rectos, firmos, Matth. ramosos, & in his folia trifolij pratensis zemula, leuiter per ambitum denticulata, beneq; olentia: flores edit racemosos, tenues, pamosq; lacteo colore, aut albo, odoratosque.

LOCVS.

Nascitur in horris, pratis, Idem. agris, & ubique ferè locorum.

QUALITATES.

Vt mediocriter escocoquen- Galen. 7. di vim possidet, sic etiam exic- simp. me. candi in caliditate, frigiditateque coniugatione, media quodammodo est, & temperata.

VIRES.

Extractus succus, addito Diosc. Matth.

LOTYS

LOTUS sylvestris, Græcis, *Λοτὸς ἄγρος*. Italis, *Lotofolustus*. Arabibus, *Beledi choca*. Germanis, *Eibengeyrt*.

F O R M A.

Diosc. Folijs provenit trifolij pra-
Marsh. rensis, caule cubitali, & saepe
maiori, alis multis (floribus in
capitulis caeruleis) semine fen-
nogræci, sed longè minore,
odore medicato.

L O C U S.

Diosc. Plurimum in Lybia nasci-
Marsh. tur. Nasctur copiosum etiam
in Boemia.

Q U A L I T A T E S.

Galen. 7. Semen secundi est ordinis
simp. ms. excaesfacictium, habetq; non-
nihil absterforium.

V I R E S.

Diosc. Vitia cutis in facie, macu-
lasq; cum melle peruncta ex-
purgat: trita per sese, aut cum
maluz semine, bibitur apul-
simè cum vino, aut passo con-
tra dolores, qui vesicam malè habent.

L O T U S S Y L V E S T R I A.



CYTISVS: Græcis, Κίτις. Italis, Citiso. Germanis, Besslee.

C Y T I S V S,

F O R M A.

Frutex est albus, in totum vt **Diosc.**
Rhamnus, ramos spargens cubi-
tales, & maiores, in quibus folia
ternogreci, minora, dorso medio
prominente: Ea digitis trita, eru-
cam olent, gustatuque ciccr re-
sens sapiunt.

L O C V S.

Nascitur sponte in Campania **Matth.**
propè Neapolim.

F A C U L T A T E S.

Folia digerendi facultatem ob- **Gal. li. 7.**
tinent, aquæ temperatæ mistam, **simp. ve-**
ficat & maluz folia.

V I R E S.

Folia refrigerant, tumores in- **Diosc.**
ter initia discutiant, si cum pane
trita illinantur. Decoctum po-
tum, urinam ciccr: nonnulli, quod
apes alliciat, prope aluearia fe-
runt.

M Y R I O-



MYRIOPHYLLUM, GENUS, *Myriophyllum*. Italis, *Mirigifla*. German. *Juchkraut*.

FORMA.

Matth.

Myriophyllum, sine millefoliâ, caudiculus est tener, singularis, unica nixus radice, plurimis folijs, lævibus, ferniculo similibus, caulis flavescit, varius, ac veluti ex industria deliniatus.

LOCVS.

Idem.

Nascitur in palustribus.

QUALITATES.

Vsq; aded desiccatoriz est facultatis, vt vulnera glutinet.

VIRES.

Vulnera recentis ab inflammatione vindicat, si vel viride, vel siccum; ex aceto oblinatur, præcipitatis in potu cum aqua & sale datur.

MYRIOPHYLLUM.



MYRIO-

MYRIOPHYLLVM ALTERVM.

Si quis hanc Myriophylli
plantam nouerit. cuius hic
imago uisitur, is facillè Myrio-
phyllum Dioscoridis esse con-
sentiet. & præsertim cùm in
palustribus nascatur.



LII

MYRRHIS,

MYRRHIS, Græcis, *Μύρρις*. Italis, *Mirra*. Germanis, *Weyhen Kerd*.

MYRRHIS.

FORMA.

DIOSC. Simillima est cicuta, caule, folijsq; radix ei oblonga, mollis, rotunda, odosata, cibo non infusis.

LOCVS.

Idem. Nasclitur in hortis, & alijs cujvis locis.

QUALITATES.

Gal. 7. Radicem habet odoris in-
simp. m. cundi, & dulcis exalfacit ordi-
ne secundo, adiuncta qua-
dam partium tenuitate.

VIRES.

DIOSC. Radix in vino pota, pha-
langiorum moribus auxilia-
tur: cic menses, partus, & se-
cundas, purgatque à puerpe-
rio feminas: subuenit & ta-
bidis cocta in sorbitione. A-
iunt quoq; tandem bis die, ternè potam ex vino, in pestilentia salutarem esse. &
nè morbi contagia sentiantur obitare.


CENSYRA.

Non defant, qui vulgare Cerofolium Myrrhim faciunt. verùm tum crulis
cicutæ non sit, nec radice vsus, sed foliorum: is profectò subscribere nequeo.



ANGELICA, Italis, *Angelica*. Germanis, *Ängelica*. Gallis, *angelique*.

ANGELICA.



V I R I S.

Radix venenis mitificè aduersatur, manditur aduersus pestilentie contagia: *Idem*. per se sumpta, pituitosos, lentosq; humores digerit, & cruditates eoneoquit: *Idem* præstat radicis decoctum, & tussientibus ex frigore, celeriter auxiliatur. Eodem epoto dissoluuntur sanguinis grami: Radicis farina datur vtiliter in omnibus frigidis affectibus. valet ad rabiosorum; & venenatorum morsus; tam intus sumpta, quam exterius eum ruta imposta. mansa, & dentium eaus indita, dolores sedat. Anhelitum aded commendat, vt præsumpti allij odorem facillè occultare valeat.

G E N E R A.

Duum est generum, *faciuz*, *Matth.* & *syluestris*.

F O R M A S A T I V E.

Caulem edit genicularum, *Idem*. cubitalem altitudinem excedens, inanem: multis alarum canis: folia oblonga per ambitum serrata, vnbellam magnam, albis floribus tetetram: semine tenui, lentis modo compressos: Radice crassa, complurimis adhatis fibris longis, nigricanti colore, eximio odore præditis, sapore acris ac subamaro.

L O C V S.

Seritur, coliturque in Ger- *Idem*.mania in campis, præsertimque in Misnia, & Saxonia.

Q U A L I T A T E S.

Radix cuius est visus, acris *Idem*. est, atq; amariuscula. Quare manifestè excalfacti, & siccat, ordine secundo completo, aut tertio incipiente: proinde aperit, attenuat, discutit, penetrat, incidit, & flatas pellit.

ANGELICA sylvestris: Italis, *Angelica saluatica*. Germanis, *Wilder Angelik*. Gallis, *Angelique sauvage*.

ANGELICA SYLVESTRIS.

FORMA.

Matth. Pumilio est omnibus suis partibus, sed viribus longè præstantior: Radicem proferre minorem, paucis fibris, quæ secta liquorem subirentem mittit, acerrimi gustus, & qui lachrymas eient.

L O C U S.

Idem. Nasçitur plurima in altissimis montibus, in pratis, & pascuis, amœnis locis.

QUALITATES.

Idem. Cum acerrimi sit gustus, longè valentius, quàm domestica exalçat, & siccat. Quare ad quarti ordinis principium accedit.

V I R E S.

Omnia præstare potest, quæ domestica, sed longè valentius. ceterùm non adeo copiosius ea uti præstabit, quod nimis corpus cendat. mansa enim os, linguam, & fauces maximè urit, atque inflamat.



PSEUDOMYAGRUM, Italis, *Maggiro falso*. Germanis, *Lein-Dortel / Fincken-Samen*.

PSEUDOMYAGRUM.



FORMA.

Caulem edit cubitalem, *Mattb.* ramosum: & folia, quæ in eis sunt, glasti, aut thlaspi quadrantenus similia: floribus in summitate albis, & enuibusq; semine paruo, dulci.

LOCVS.

Nascitur in campis inter *Idem*. linum, & frumenta.

QUALITATES

Modicè exalfacit: atque *Idem*. humectat.

VIRES.

Accedit omnino ad sesami vires semen: paratur pariter ex eo oleum, ad similes facultatis. Semen quoque est auculis gratissimum.

*PSEUDOMYAGRUM ALTERVM & Tertium.

Plures species Myagri putati notari possunt è quibus duæ hæ notiores. Vna longe tenerioribus virgulis, quam vulgaris, nascitur, sed cultura fructuosior fit, & semen minus in vasculis vegetioribus ni profert, & quia rarior est, Myagri Turcici nomen sortitur ab hortulanis. Hæc inuenitur alia quædam exilior, vasculis rotundioribus, quæ alicubi in aruis sponte nascitur.*



CIRSIVM, Græcis, *Κίρσιον*. Italis, *Cirfia*.

CIRSIVM.



FORMA.

Caulis est tener, triangula-
ris, bicubitalisq; ab imò folijs
rose speciem referentibus,
angulis spinosis, per interva-
la mollibus. Folia ei buglosse
similia, longiora, subcandida,
modicè hirtuta, per extremi-
tates aculeata: cacumen cau-
lis orbiculatum, hispidum, in
quo capitula in summo pur-
purea, quæ in lanugines solu-
untur.

Locva.

Nascitur vltiginosis locis.

QUALITATES, ET
VIREB.

* Radix laboranti loco adal-
ligata, dolores varicum sa-
nat.

ASTER Atticus, siue Bubonium. Græcis, *Αστροδάρλυδα*. Arabibus, *Aflarion*, Italis, *Asterisco*. Germanis, *Stern Kraut*. Gallis, *Petite effarçoite*, seu *petit Magne*. Vergilio, *Amsilva*.

ASTER ATTICVS.

FORMA.

Matib.

Caules ab radice mittit rectos, solidos, ac lignosos, colore fusco lutescente; è quibus citra cacumen ramulicoriantur tenues, in quorū summitate flores spectantur, ut in Anthemide, & Belli: sed in medio lateri, & per ambitū purpurei. Folia profert oblonga, oliuz figura, minora tamen, aspera, hirsuta, nigricantia, alpero sapore, ac tubamato, radicem habet multifidam, odore non ingrato.



LOCVS.

Idem.

Nascitur in asperis, incultis, collibus, & conuallibus.

QUALITATES.

Gale. 6.

simp. mc.

Miltæ est facultatis, uti rosæ, verum id non adstringit.

VIRIS.

P103C.

Feruenti stomacho, oculorum inflammationibus, prociudæ sedi, ac inguinibus illius auxiliatur: tradunt quoque purpuream in flore, si ex aqua bibatur, anginis, & pueris comitialibus, opitulari. Herba ipsa recens illita, inguinum bubones, inflammationesq; curat. Cum æteri axungia tusa, imponitur villiter rabicolorum canum moribus: & incensa serpentes fugat.

Cratmeat.

✧ *ASTER Arcticus cæruleus alpinus.*

F O R M A.

Flores promit cæruleos ut prior, folia quoque prior non diffimilia, radice se propagat, sed tamen papposa quoque semina gignit, & interdum globuli tumentes villosi prope radicem adnascuntur foliis, estque omnino minor vulgari Astere.



LII 5

ASTER

ASTER ATTICVS ALTER.

FORMA.

Visitur facies, ex iconē suę
 ipsius plantę: nos tamē eam de-
 lineandam duximus, ut etiā a-
 liorum possit esse iudiciū: cę-
 terum nos priorem omnino pro-
 bamus. Et præsertim cum in hu-
 ius flore nihil purpurei habea-
 tur.



**ASTER* Luteo flore, alijs *Conyza* species.



F O R M A.

Caulis profert mediocres per quædam intervalla radicis repentis & se propagantis ab inferiore parte demissis fibris rectis, quæ aliquantulum odoratæ sunt, sapore aromatico modice ad cinamomi saporem accedente, subacti. In summis caulibus duos vel tres ramulos habet, quibus flores lutei disco in medio apicibus confertò insident, qui tandem in pappos abeunt. Folia per caules alterna hirsuta nullo pediculo duabus quasi alis eodem amplectuntur.

L O C U S.

Nascitur in saltibus.*

STELLA.

STELLARIA, siue pes Leonis, siue Alchimilla. Italis, *Stellaria*. Germanis, *Symmat*. Gallis, *Pie de Lyon*.

STELLARIA.

FORMA.

Matth.

Folijs pronenit malua similibus, robustioribus tamen, ac magis carinatis, octonis circumquaque angulis. Et per ambitum denticularis adeo, ut patet facta, stelle imaginem referant: caulis est tenuis, semicubitalis, lanuginosus, à quo cōplures exeunt rami, in quorum summo flores emergunt subpallidi, tenues, stellarum effigie. Radice cohaeret digitali crassitudine, sapore adstringenti.

LOCVS.

Idem.

Pronenit in montibus, in pratis, & pascuis.

QUALITATES, ET VIRES.

Idem.

Exiccac, cohibet, atq; conglutinat: pota efficax est ad interna vulnera, quin etiam externa illita glutinat. Acidæ farina in sui ipsius decocto hausta, enterocellis mederit. Conceptum adiuuat, & steriles fecundas reddit hausta continuis viginti diebus cochlearis mensura ex vino, vbi præsertim sterilitas ab vteri humiditate prouenerit. quare datur quoq; vtiliter ad alba vteri profluvia.



**STELLARIA argentea*, vel *Argentaria petraea*, vel *Alchimilla minor*, *Hepthaphyllum montanum*. Germanis, *Steyffinnat*; Sicilijs, *Steyffinnat*.

STELLARIA ARGENTEA.



FORMA.

Folia habet stellata radiataq̄, inferna parte argenteis pilis nitentia, ut plurimum septena in unius pediculi summitate cohzrentia, flores in corymbis pallidos, ut vulgaris Alchimilla.

LOCVS.

Elocis saxosis montium in hortum translata, quouis loco facillime diutissimeq̄e vivet.

QUALITATES.

Incompertæ facultatis est, nisi sit exiccantis & astringentis, atq̄ adeo ad vulnera conglutinanda efficax, ut prior.*

Viola purpurea, Græcis, *Ἰσώριον*. Arabibus, *Senesfig*. Sæpius, *Santrif*. Italiis, *Viola*, & *Viola Mammosa*. Germanis, *Witten-Rosen*. Hispanis, *Viola*. Gallis, *Viola*.

VIOLA PURPUREA.

FORMA.

DIOSC. *Viola purpurea* folium habet hederae manus, tenuius, ac nigrius, nec multo dissimile, cauliculus à radice medius prodit, in quo strobilus tenuissimè olens purpureus.

LOCVS.

DIOSC. Opacis, & asperis nascitur
Matth. propter sepes, & sec^o itinera.

QUALITATES.

Galen. 6. Folia aqueam, & subfrigidam substantiam superantem possident.
sim. me.

VIRES.

DIOSC. Refrigerandi naturam habet. Illuminatur folia per se, aut cum hordeacea farina aptissimè stomacho æstnanti, & oculorum inflammationibus, sediq; procedenti. Refrigerant, & humectant ordine primo, sed sicce minus.

Mesur. Humiditas, quæ superflua recentibus inest aluum emolliendo ciet, sicce verò deiectionis sunt facultatis, non quod emolliant, sed quod dissoluant. In summa soporifera sunt, calidos dolores mulcent, inflammationes extinguunt, leniant, & solvant. Bilem educunt, eiusq; feruorem mitigant, conferunt capitis doloribus, quos caliditas excitauit; somnum conciliant. Pectoris, & tracheæ arteriæ scabietiem leniant. Medenturq; anginis, & columnellæ vitij. Præcipuo a urem auxilio sunt pectoris, & lateris inflammationibus, sitimq; arcunt.



VIOLA arborescens, * vel potius erecta. * Italis, *Viola arborca*.

VIOLA ARBORESCENS.



FORMA.

Crescit hæc duorum cubi- *Mont.*
torum altitudine, pluribus
ab vna radice sublati canli-
bus, in quibus folia violæ pur-
pureæ angustiora, per ambi-
rum denticulata, atque pari-
bus internodiis distincta, flo-
res edit purpureos, consoli-
dæ regalis vocatæ haud absi-
miles, odore purpureæ violæ.

LOCVS.

Nascitur in Baldo monte *Idem.*
in agro Veronensi.

TACCEA,

IACCEA, seu herba Trinitatis. Græcis, *ἡ τριβέβητος*. Italis, *Iacca*, seu *Mina pensiferi*. Germanis, *Treyssamkraut/ Sibensfarben Dümmlin*. Gallis, *Pensée*, seu *Mennas pensées*.

IACCEA, SIVE FLOS TRINITATIS

GENERA.

Matth. Duum est generum, *Ma-*
ior, & Minor.

FORMA MAIORIS.

Idem. Folijs exit primo exortu
rotundis, per ambitum serratis, quæ tamen per incremen-
tum in longitudinem proten-
duntur. caulibus constat tri-
angularibus, quadantenus
stratis, inanibusque, quibus
genicula supereminent pari-
bus internallis, è quorum alis
ramuliculi exoriuntur, à qui-
bus flores exeunt violæ pur-
pureæ magnitudine tribus
referri coloribus. Sunt enim
superni purpurei, in medio
candidi, & ima parte lutei, sed
penitus inodori.

LOCVS.

Idem. Nascentur in campis, & pas-
sim feruntur in hortis, & vici-
ditijs.



QUALITATES ET VIRES.

Idem. Sunt qui hanc ad enterocellas pollere credant, atque ægrè spirantibus, & pulmonum inflammationibus opem ferre, quin etiam scabiecm sanare, & cetera cutis vicia delere.

JACCEA, sine herba Trinitatis altera. Italis, *Jaccea*, seu *Minuti penseri minori*.
Germanis, *Wild Freysam Kreuz* *Entschindertlin*.

JACCEA ALTERA.

F O R M A .

Crescit hæc minoribus, ac brevioribus *Matth.*
tum folijs, tum floribus, qui tamen non tri-
bus, sed duobus tantum constant coloribus,
caesio videlicet, & lutescente.

L O C U S .

Nascitur pariter iisdem in locis, & fertur
in horris.



Mmm

Evelos-

BYGLOSSVM, sine Borrageo, Græcis, *ἄσπ, ἀσπρον*. Mauritanis, *Lifendthaur*, sine *Lifendthaur*. Italis, *Borragine*. Germanis, *Burraich*. Hispanis, *Borraia*, *Borraiones*, *Borraies*. Gallis, *Borrache*.

BYGLOSSVM, SIVE BORRAGEO.

FORMA.

Matth. Folijs exit latis, atq; oblongis, asperis, eminentibus vbiq; bullis, tenuissimis armatis aculeis, qui totam plantam hispida ac rigida reddunt, aculeato vndeunque ambitu. Caule est cubitali, & quandoque maiori, pingui, concauo, aculeis vbiq; scatente, ramis multis brachiato, floribus in stelis modum radiantibus, cæruleo colore, & quandoque candido, nigro è medio prominente apice, semine nigro, striatoq;.

LOCVS.

Idem. Nasceitur per se passim in hortis.

QUALITATES.

Galen. 7. Humidæ, calidæq; temperici est. Itaque vinis iniectum lætitiæ, ac hilaritatis causa esse creditum est. Sed & his qui ob faucium asperitatem tollunt, coctum in mellicrato conuenit.



VIRIS.

Boisc. Herbam abscessibus vtilem esse volunt. Herbar, & radici vis sanè magis est, quin etiam & floribus ad animi deliquium, & cæteros cordis affectus, atque melancholicos morbos, & præsertim eorūdem de coctum ex vino, aut ex aqua potatum. Succus foliorum potus valet, contra lethalia pharmaca, & venenorum animalium ictus. Stultitiam totius plantæ aqua delirij, quæ cum febre sunt, mirifice subuenit, quin etiam oculorum inflammationes mulcet, tam interius, quam exterius imposita.

BYGLOSSVM vulgare, Italis, Buglosa. Germanis, Diefenung. Gallis, Buglose.

BYGLOSSVM VVLGARE.



V I R E S.

Duo eius sunt genera, Hort. Mart. tenſe, quod maius, & minus eſt, & Sylveſtre quod pariter duas habet ſpecies: Altera quidem minori hortenſi ſimilis, Altera flore nigro.

FORMA HORTENSIS.

Folia profert longa ſym- *Idem.*
phyti maioris modo, hirsuta,
aspera, hispidaq̃, tenuiſſimis
aculeis ſcatentia, caule ſeſ-
quipedali, rotundo, robu-
ſtoq̃, hiſpido, ac pungente, à
quo rami complures exeunt
ſurſum ſpectantes, in quorum
ſummis partibus flores emi-
cant purpurci borraginis mi-
noribus, ſemine nigro. Radix
illi eſt borraginis, craſſior, &
carnoſior, lentore quodam
prædita, ac craſſiori, pingui-
orūque libro. Minor autem fo-
lia oblonga profert, ſed lon-

gè anguſtiora, breuioraq̃ue, hirsuta, ſed aculeis vacantia, cætera ſimilia ſunt.

L O C U S.

ſeruntur paſſim in hortis.

Idem.

Q U A L I T A T E S E T V I R E S.

Eadem omnia præſtare poſſunt, quæ Borrago.

Idem.

BYGLOSSYM alterum sylvestre flore nigro, albo & purpureo. Italis, *Byglossa saluatica del fior negro, bianco & purpureo.*

BYGLOSSYM ALTERUM SYLVESTRIS
FLORE NIGRO.

FORMA.

Matth.

Exstat & sylvestre genus hortenfi minori per omnia simile, sed in omnibus agrestius,* & flore nonnunquam nigro, nonnunquam etiam albo exornatur, vtplurimum vero purpureos. habet flores.*

LOCVS.

Idem.

Nascitur in campestribus.

QUALITATES ET
VIRES.

Idem.

Viribus iisdem pollet, quibus ambæ hortensium species.



CYNOCLOSSVM vulgare, Italis, *Periter Cinoglossa, seu Lingua canina.* Germanis, *Hundeszung.* Gallis, *Lingua de chien.*

CYNOCLOSSVM VULGARE.



F O R M A.

Folia edit lara, longaq; hor- *Martb.*
tensis, ac maioris buglossi mo-
do, numerosa ab vna radice
prodeuntia, tactu subaspera,
ac pilosa, caulem cubitalem,
teretem, robustum, ac pari-
ter subasperum, & a medio
ramosum, flores purpureos
Echij æmulos, è quibus par-
uz procedunt lappæ, aculeo
quodam è medio prominente,
magno naturæ artificio,
quæ maturiscentes vestibus
pertinaciter adherent.

L O C V S.

Nascitur passim, ferè ubiq; *Idem.*
secus vias, & in agrorum mar-
ginibus.

Q U A L I T A T E S.

Manifesto refrigerat, & *Idem.*
siccit.

V I R I S.

Folia recentia imposita mirum in modum vulnèrum inflammationes ar-
cent, ac etiam alias quascunq;.

CALTHA. Italis, Fior rancio, sine Fior d'ogni mese. Officinis, Calendula. Germanis, Ringelblum. Gallis, Pousg.

CALTHA

FORMA.

Matth. Foliji exiit oblongis, minime acuminatis. Leucoij quadrantenus similibus, laticorib. tamen, ac longioribus, caulem editi singularem, subpinguem, setquidodrantalem, ramosum. Flores in caulium summitatibus aureos, speciososq; , odore cum gravitate haud inuicundo, è quibus semen provenit in capitulis appetis; quod si diducatur auricularum vnguib. quadrantenus simile spectatur. Radice nititur alba, rectaque.

LOCVS.

Idem. In tota Hetruria spontè per se nascitur, secus inuera. Atqui in compluribus Italiae locis, & in Germania in hortis ad coronamenta feritur.

QUALITATES.

Idem. Excalfacit, attenuat, aperit, digerit, & prouocat, quamuis gustu adstrictione non vacare deprehendatur.



VIRIS.

Idem. Constat, multis admodum seminariarum factis periculis, herbam vasere plurimum ad menses ducendos, epoto eius succo, aut herba ipsa recente diutius deuocata. Succus rancie pondere, cum drachma pulueris terrestrium lubricocum, poru ictericos inuat. Sunt qui dicant huiusce herbæ vsu sanari maxime oculorum aciem. Constat tamen inflammatione floridæ plantæ aquam oculorum ruborem, & inflammationem arcere, si in oculos instilleretur, aut lintecolis applicetur, in ea madefactis. Siccata puluis, densium esuernis impositus dolorem sedat.

HIPP OGLOSSUM, Græcis, *ἵππογλωσσόν*. Italis, *Bislingua*, *frus Barifacia*. Germanis, *Zapfen Kraut*. Hispanis, *Lengua de Camello*. Gallis, *Bislingua*.

HIPP OGLOSSUM.



enterocelis præstantissimum auxilium si diutius radicis pulvis selquidrachmæ pondere quotidie ex maioris symphiti decocto propinetur.

F O R M A.

Frutex est folijs rufci maioribus, polygonati similibus, secundum longitudinem frequenter striatis, è quorum medioligulæ quædam foliose asurgunt, sub quibus rubentes exoriuntur bæcæ, ut in rusco. Radicem habet albam, geniculatam, ac duram.

L O C U S.

Nascitur in syluosis, montibus. *Idem.*

Q U A L I T A T E S, E T
V I R E S.

Capitis dolorem, corona diosc. ex comis imposta minuit. *Martb.* Datur radix utiliter ad omnes vteri affectiones, & præteritum præfocatis ab utero mulieribus, cochlearis mensura. Est quoque ad pectorum

ANTIRRHINUM, * vulgo Caput canis & Caput vituli, Nates vituli. * *Græcis, Αρρίρρινος. Italis, Antirrhino. Germanis, Drant. * (Uvularia) Hungaricis, Drantenhaupf. * Hispanis, Cabeça de remera. Gallis, Meuron violet.*

ANTIRRHINUM.

G E N E R A.

Marth.

Quatuor nos obseruamus genera, quorum facies ex sequentibus iconibus patebant.

F O R M A.

Idem.

Folij omnes sunt oblongi, in altero latioribus, in altero verò angustioribus, caulis ramosis, floribus in quibusdam purpureis, in cæteris verò candidis. Semen profertur minutum nigrumq; receptaculis quibusdam inclusum, quæ vitulorum capita per quàm bellè referunt.

L O C U S.

Marth.

Nascitur in aruis, & in collibus. * In Italijs & Gallijs, præsertim provincialis & Narbonensis, in cret Oliueta. *

Q U A L I T A T E S.

Galen. 6.

Ad sanationes inutile est. *sim. me.* Ipsum adhmilis est cum Bubonis facultatis.



V I R E S.

Diosc.

Tradunt perunctos furias semine ex oleo verustiores fieri, nec villo medicamento lædi posse, si quis appetum gesserit. Quin etiam principum gratiam sibi concillari posse putant hoc tantum amuleto.

Marth.



* Floribus est conspicuum
ex purpura albicantibus seu
incarnatis vulgo dictis, rectu
luteo, leonini oris amulo.*

Mmm. 5

ANTIR-

*Rarissime cubiti altitudinem assequitur, cæteris partibus quoque minus est multo quam hortensia. flosculos gerit albos pusillos, & semen vituli nares referens sed admodum minus.

L O C U S.

Crescit in arvis & vineis. *



ANTIRRHINUM III.



* F O R M A.

Folia & flores prioribus sunt similia, sed minora omnia. Floresali non in summitate sed secundum foliorum exortus per intervalla prodeunt, purpurascetes, ex quibus fiunt capitula membranacea, vitulinæ, aut fimix caluariz figura, in quibus semen minutum, vt in reliquis.

L O C U S.

Vbiuis hortorum, incultorumque marginibus spontè plurimum innascitur.

A P P E N D I X.

Quibuldam placet esse Archigenis Orontium, quasi Aurantium, quod Antiginem morbum siue Icterus leuct.*

ADIAN.

ADIANTUM. Græcis, *Alharro.* Officinis, *Capillus Veneris.* Arabibus, *Bisfignascen, seu Bersausan, seu Chulbare albir.* Italis, *Capel venere.* Germanis, *Frauen-Har.* Hispanis, *Calantrillo de poço.* Gallis, *Capit venere.*

FORMA.

DIOSC. Pusilla gerit folia coriandri similia, in summo incisuris diuisa, calliculi quibus exoriuntur, nigro colore nitet, validi, prætenues, palmati alti, radice superuacua, neq; caulem, neq; stotem, neq; semen gerit.

LOCVS.

Idem. Umbrosus, & palustribus, circa parietum aspergines, & fontium specus enascitur.

QUALITATES.

Galen. 6. sim. wa. Adiantum in caliditate quidem, & frigiditate symmetricum est, verum desiccatur, & extenuatur, & discutit.

VIRES.

DIOSC. Decoctum herbarum potum prodest difficulter spiritantibus, suspensiosis, lienosis, felle suffusis, & vinarum angustis, calculos frangit, aluum silit, serpentium moribus auxilio est, contra stomachi fluxiones in vino bibitur. Menses, & secundas ciet, sanguinis reiectiones inhibet. Illinitur recens contra serpentium morsus. Alopecias desat, strumas discutit. Furfures, & manantia capitis vlcera ex lixiuo emendat, cum ladano, & myrthino oleo defluentes capillos continet. Idem præstat eius decoctum ex vino, & lixiulo patatum. coruarnices, & gallinaceos pugnatiores facit in cibis eorum additum. Aluum subducit, bilem, & pituitam deiecit, crassaque excrementa, quæ diu in interioribus inhaerent, sanguinem clarificat, artem dilatatur, & secatur, & ventriculum purgat præsertim si obstructione laborent. Decoctum eius feminas à partu purgat. Eius cinis zgilopas curat. Diluti libra epota commodissime aluum subducitur.


Mesur.

ADIANTUM.



TRICHOMANES, Græcis, Τριχομανής. Officinis; *Polytricum*: Italis, *Politrica*. Germanis, *Steinbrech*. Hispanis, *Politrica*. Gallis, *Polytricum*.

TRICHOMANES.



FORMA.

Est filici simile, sed exilius, *Diosc.* folijs lenticular, tenuibus, in ordinem utrinque digestis, in se aduersis, ramulis tenuibus, acerbis, subnigris, pellucidisque.

- LOCVS.

Nascitur eisdem in locis *Idem.* quibus Adiantum. Et præ *Matth.* fertim in puteis, & antiquis parietibus.

QUALITATES ET VIRES.

Eadem quæ Adiantum præ *Diosc.* stare posse constat.

XANTHIUM, siue strumaria. Officinis, *Lappa minor*. Græcis, *Ξάνθιον*. Indis, *Lappa minore*. Germanis, *Wettler-Leuſi* seu *Spitz Kletten* *Ugd Kletten*. Hispanis, *Lappa menor*. Gallis, *Petit Glantheron* seu *Grappella*.

XANTHIUM.

FORMA.

DIOSC. Caule exi cubitali, anguloso, pingui, crebris ex eo procedentibus aliis. Folia habet atriplicis, insecta, nasturtium odore imitantia, fructum grandis oliuz modo, & vt platani pilula aculeatum, qui contactu vestibus adherescit.



LOCVS.

Idem. Nascitur læto solo, & pingui, & læcubus exiccatis.

QUALITATES.

Gale. 1. Fructus discutiendi vim obtinet.
Simp. wt.

VIRES.

DIOSC. Fructus flavos facit capillos, si acetabuli instar tepida aqua madefcat, mox caput nitro ante perfrictum illinatur. Alij in vino tundunt, & ita afferunt. Semen apertissime rumocibus imponitur.



Ægilops, siue festuca, Græcis, *αἰγάλας*. Arabibus, *Dausfir*, *Dausfer*, siue *Dausfer*.
Italis, *Egilopa*, siue *Orzo salustico*.

ÆGILOPS, SIVE FESTUCA.



FORMA.

Folia habet tritici, sed molliora, in summo capite semina bina, ternaria, rubra, quibus ariste quasi capillaceæ ex-
cunt.

LOCVS.

Nascitur in agris inter se-
getes.

QUALITATES.

Digerendi vim possidet id *Gale. 6.*
quod ex gustu patet. leuiter *simp. me.*
enim est acris.


VIRES.

Herba cum farina illita *æ-
gilops* medetur, duritias dis-
currit. succus farinæ admixtus
siccat, & eorundem gratia
reponitur.

ÆGILOPS


ÆGILOPS altera, *Avena sterilis*. *Italis*, *Fena Fana*. *Ananienibus*, *Squale*
Gallis, *Avena sterile*.

ÆGILOPS ALTERA.



POLYGALA, Græcis, Πολύγαλον. Italis, Polygala.

POLYGALA.



FORMA.

Palmi altitudinem petit, fo- Diosc.
 lijs Lenticulæ, gustu adstricto.

LOCVS.

Prouenit in collibus apris- Matth.
 cis, & in culus locis.

VIRUS.

Pota lactis abundantiam fa- Diosc.
 cit.

NUM

OSYRIS.

OSYRIS, Græcis, *Ἐρπύσις*. Italis, *patiter*, & Hispanis, *Linaria*. Germanis, *Span-
frant*. Gallis, *Linaira*.

OSYRIS.

FORMA.

Diosc. Frutex est niger, ramulos fe-
rens tenues, lentos, fractuque
columaces, & in his folia qua-
terna, quina, senave, ceu lini,
nigra in initio, deinde colore
mutato rubescencia.

LOCVS.

Matth. Nasctur fere ubiq; in cam-
pis, & agrorum aggeribus.

QUALITATES.

Galen. 1. Amara illi inest qualitas, &
simp. me. obstructions expediendi fa-
cultas, quare & in iocinore,
consistentes obstructions ad
iuuat.

VIRE S.

Diosc. Decoctum eius potum iu-
uat arquatos.


APPENDIX.

Tametsi hoc loco Linariæ herbæ vulgo vocatæ imaginem appropinquamus vul-
gum secuti, non ob id tamen ipsam legitimum Osyridem facimus.



SMILAX ASPERA, Græcis, *Σουλὰ ἀστράγυλα*. Italic, *Rosa ceruina*, *sive Hedera spinosa*. Germanis, *Scharffe Winden*. Gallis, *Tan*, *sive Smilax aspre*.

SMILAX ASPERA.



FORMA.

Folia habet Periclymeni, *Diosc.* aut hederæ, aculeato dorso, *Matth.* firmamenta tenuia, multa, rubi, aut palmari modo aculeata. Arbores scandit ab imo ad summum perreptans, sese conuolvens cis. Fructum habet racemosam, qui maturus rubescit, gustuq; leuiter mordet. Clauiculis plena est, quibus arboribus se circumuoluit.

LOCVS.

Nascitur in palustribus, & *Galen.* asperis. Ac etiam in Syluis. *Matth.*

QUALITATES.

Folia gustata aliquid habent *Galen.* acrimoniae, & alioqui si illis v. *simp. me.* tatis calefaciunt.

VIRES.

Folia, & acini, ante, & post *Diosc.* et potius venenorum antidota sunt. Tradunt si infantibus nuper in lucem editis, quid ex his triticum propinetur, nulla postmodum venena nocitura. Admiscetur quoq; & *Alexipharmacis*.

SMILAX laevis, Graecis, *Σμύλαξιλαία*. Italis, *Vitacchio maggiore*. Germanis, *Weyden* aut *Zaunglöcklein*. Hispanis, *Correguel maior*. Galis, *Liffet*, seu *Campant*.

SMILAX LAEVI.

FORMA.

Diosc. Folia Hederae similitudinem habent, molliora, leniora, tenuiora, sarmenta habet asperę smilacis similia, sed nullis spinis horrentia, conuoluitur arboribus, ut prior. fructum parit lupini modo nigrum, exiguum, florib⁹ in cacumine perpernis, multis, rotundis, folia per autumnum decidua sunt.

LOCVS.

Idem. Nascurtur prope arbores quibus conuoluitur.

QUALITATES.

Galien. 7. Facultate quodammodo *snop. ut.* praedictae similis est.

VIRES.

Diosc. Semine cum dorycenio pototernis singulorum obolis, variis, & tumultuosa in somnis obuescari traduntur.



CENSURA.

Non ausifim ego affirmare an hec planta legitimam smilacem laeuem referat.

LUPULUS, Italis, *Lupolo*, *Brassandolo*, seu *Forancefo*. Germ. *Hopfen*. Gall. *Houblon*.

LUPULUS.



GENERA.

Duum est generum. Satiuum, *Marsh.* & sponte proveniens, at facie inter se non differunt, præterquam magnitudine, & exilitate. * Distinguitur etiam in marem & fœminam. *

FORMA.

Mas planta est arborescans, *Idem.* & cõtendens p̄gulis apertissima, folijs vitiginis, brioniz modo divisis, asperis cucumeris modo. Sarmenta habet p̄longa, aspera, hirsuta, & quadrantenus aculeata. Folliculos edit, racemosos & numerosos, exiles, cõpactili quadam serie dependentes, in quib* atrum, & amarum concluditur semen.

LOCVS.

Satiuum Germanis colitur in *Idem.* campis, sylvestre in septibus, & fruticis spontè nascitur.

QUALITATES.

Lupuli flores, folliculi, ac tã. *Idem.* dices exalfaciunt, siccant, extenuant, aperiant, abstergunt, expurgant, sanguinẽ mundant. Atqui turiones cum plus humi-

ditatis habeant parum quidem tum exalfaciunt, tum siccant.

VIRES.

Turiones alnum emolliunt in cibum sumpti, vbi p̄tius probè fuerint elixi. *Marsh.* Florem, & folliculorum decoctum datur potandum commodè contra hausta venena, scabiem, Gallicam luem, ac ceteros quosq; affectus, qui extimam cutim inficiunt. Datur idem contra diuinas febres ab infarctu provenientes. Semen tritum, & potui datum semidrachmã pondere interaneorum animalia necat. menfes prouocat, & vrinam pellit. Lupulus flammã bilem detrahit. *Meisur.*

F O R M A .

Fœmina differt à mare, quod flosculos edat subpallidos penè Cannabis fœminæ flosculis similes, sed maiores, inspidos aut subdulces, qui in pollinem subtilissimum luteum tandem abeunt & sine fructu pereunt, foliis quoque rotundiora nec tam profundis incisuris dissecta, ut mas, & iuxta radicem potissimum profusè sine incisuris spectantur, paulatim saltè per ambitum serrata.

L O C U S .

Nascitur in sepibus ut prior Lupulus, cui plerumq; etiam sociatur.

N O T A .

Non desunt, qui mare appellent Lupulum qui steriles habet flores, & fœminam cui folliculares fructus absq; flore nascuntur, id quod etiam in Cannabi & alijs herbis faciunt, fœmulo fœminino o sexui, masculino steriles adscribendo.*



RysevS, Græcis, *Myrtis alysa*, & *ἑμυρσίρα*. Italis, *Bryso*, & *Pangitopi*. Germanis, *Grusch*, *Wausdem*. Hispanis, *lus barba*, & *Gil barbera*. Gallis, *Brym*.

R Y S E V S.

F O R M A.



Folium fert myrti, lasius, in Diosc. formam lanceæ mucronatum. Baccæ per maturitatem rubescunt, rotundæ à medio folio dependentes, osseo intus nucleo cubitales rami ab radice exeunt, virilium modo lentis, fractu contumaces, foliosigradice graminis simili, acetba, & subamara.

L O C U S.

In asperis, & præcipitiibus *idem*. locis nascitur.

Q U A L I T A T E S.

Excalfacit radix, siccat, aperit, abstergit, extenuat.

V I R T U S.

Folia, & baccæ in vino potæ *Diosc.* urinam cient, menses pellunt, vesicæ calculos frangunt, stillicidio urinae medentur, dolores capitis sanant, & regium morbum. Decoctum radice in vino potum eodem præbet effectus. Cauliculi recentes asparagorum vice in cibo sumuntur; amari autem sunt, sed urinam movent.

LAVRVS Alexandrina, Græcis, Δάφνη Αλεξανδρική. Arabibus, Gar Alexandria.
Italis, Lavro Alessandrina. Gallis, Laurier Alexandrin.

LAVRVS ALEXANDRINA.

F O R M A.

DIOSC. Folio est Hippoglossi, paulò maiore, molliore, & candidiore, semine inter folia rubro, ciceris magnitudine, ramos spargit in terra dodrantales, interdum longiores. Radice Rusco simili, maiore, molliore, odorata.

L O C U S.

Idem. Invenitur in montosis.

Q U A L I T A T E S.

Galen. Temperaturæ euidenter est simp. me. calidæ, simul & gustantibus acris, & subamara.

V I R E S.

DIOSC. Difficiles partus accoletat, radice pota in vino dulci sex drachmarum pondere, & stillicidio urinae auxiliatur, sed sanguinem extrahit.



* C E N S Y R A.

Polygonati potius esse speciem rei herbariæ peritiores existimant.*

DAPHNOIDES, Græcis, Δασυμόριον. Arabibus, *Daphnoides*. Italis, *Lauresta*. Gal-
lis, *Laureste*. Germanis, *Groß Kellerspalß*.

DAPHNOIDES.

FORMA.



Cubiti altitudine fruticat, DIOSC.
ramis flexilibus, obsequiosis-
que multis à medio sursum
versus foliosis, cortex supra
modò viscosus ramos vestit,
folia lauri, graciliora, & mol-
liora, fractu còtumacia, quo-
rum gustare os, & fauces in-
cenduntur. Flores candidi. Bac-
ca cum ematurærit nigra. Ra-
dix inutilis.

LOCVS.

Nascitur in montosis. *Idem.*

QUALITATES.

Est viribus & ipsa pessimi- *Gal. li. 6.*
lis Lauro Alexandrinæ. *Swp. me.*

VIRES.

Pituitam extrahit foliis re- DIOSC.
ccens, vel aridum in potu, vo-
mitum, & menses ciet: caput
inanit commoueat, liber

cutamenta mouet. Baccæ quindecim parte alium resoluunt. Folia recentia *Matth.*
contusa illinuntur vtiliter ischiadicis, quousq; ruborem, aut veticas excident.

APPENDIX.

* Approximus vulgo dictum Daphnoides, cum nõ esset ad manus vna planta, cuius iconem autor exhibet. Profert illud coccum gnidium, quod in Officinis habetur contentum in bacis rubris. Flosculi vere primo emergunt copiose, purpurascens, odor enim spirantes non ingratus.*

CHAMÆDAPHNÆ. Græcis, Χαμαδάφνη. Italis, *Lauræ laninore*.

CHAMÆDAPHNÆ.

FORMA.

Diosc. Virgas emittit cubitales, singulari ramulo constantes, rectas, renues, leues, folia lauri similitudine, leuiora multò, ac viridiora, semen rotundum, rubens, annexum folijs.

Locus.

Marb. Prouenit in montibus, & in fyluis.

QUALITATES.

Gal. li. 6. Viribus & ipsa est Daphnoidis petisimilibus.

VIRES.

Diosc. Triter folia illinantur capitis doloribus, & stomachi ardores mulcent. Bibitur cum vino ad sedanda tormina, potus cum vino succus mentes, & vrinas ciet. Idem facit pello appositus.



* APPENDIX.

Reperi quidem similem aliquando plantam in montibus Silesiæ altissimis versus Morauiam, sed folijs crassis, duris, & caule satis denso, bacis nigris, quod propter verisimile est potius ad Daphnoidem referendam esse, nec immerito de hac stirpe tanquam incognita nonnulli dubitant.*

ELLEBORVM, sive Veratrum album. Græcis, ΕΛΛΕΒΟΡΟΣ ΑΛΒΟΣ. Arabib. Cherbachem, seu Cherbachoid. Italis, Elloboro bianco. Germ. Weiß Nieswurz. Hisp. Verde gambis blanco, seu Terna de balafia. Gallis, Versaire, seu Elloboro blanc.

ELLEBORVM ALBVM.



FORMA.

Folia fert plantaginis aut be **DIOSC.**
 te sylvestris similia, sed brevio-
 ra, nigriora, rubescentia, cau-
 lem cauum quadrantalem, tu-
 nicis comulosum, quas abdi-
 cat cum arefcere incipit. Ra-
 dicius nititur multis, tenui-
 bus, ab oblongo, & exiguo ca-
 pite cepacco excurrentibus. Flo **Martb.**
 ribus in toto fere caule spica-
 tis fuluo colore.

LOCVS.

Provenit copiosum in mon **DIOSC.**
 tibus & alpetis.

QUALITATES.

Elleborus vterque tum **Gal. li. 6.**
 bus, tum niger, extergentis si- **fau. ma.**
 mul & excafacientis est facul-
 tatis, quamobrem ad alphas,
 Impetigines, scabies, lepram;
 accommodati sunt, porro niger
 gusta calidior est, albus vero
 astarior.

VIRES.

Radix vomitione varios **DIOSC.**
 trahit humores. Melle simpo-
 stru pellit. Sternutamenta ex-
 citat. Mures interficit. Vom-

itiones concitant subditi ex oleo balani cum aceto. Mortiferu est medicam-
 tum, quod sepe homines stragulet. Cæterum ptisci medici album elleborum **Majur.**
 propinabant comitialibus, melancholicis, vertiginosis, in sanientibus, lymph- **Martb.**
 ticus, cœnulis, podagricis, resolutis, hydropticis, elephantiasisque, sed iam eius
 exolevit vsus, vt in paluere propinetur. Eius autem diluto quamplurimi sine
 incommodo videntur. Radix in lixiulo decocta pediculos, & lentes necat. De-
 coquitur in lacte ad mufcas perimendas. Mures quoque necat, & gallinas. Pa-
 ratur à radicum succo in Hispania venenum, quo venarotes sagittas illinunt,
 quibus qui feriuntur, breui repace pereunt, nisi cydoniapoma vorauerint, aut
 eorundem biberint succum.

ELLEBORVM NIGRUM, Græcis, *Ελεβορος* & *μαύρα*. Arabibus, *Cherbatum*, seu *Cherbatum*. Italis, *Eleboro nera*. Germanis, *Christmurg*. Hispanis, *verde gauli nera*, seu *Eleboro*. Gallis, *Viraire*, & *Eleboro noire*.

FORMA.

DIOSC. Folia eiviridia, platani similia, minoratamen, subaspera, nigriora, plurib. diffusis incisa, caulisasper, flores in purpura albicantes, racematim coherentes, semen enici. Radicibus coheret nigris, tenuibus à capitulo cepaceo cōsistatis.

LOCVS.

Idem. In collibus asperis, & siccis locis nascitur.

QUALITATES.

Gal. li. 6. Extergentis simul & excalsimp. *me.* faciēris est facultatis, est enim ex tertio ordine excalfacientium, & desiccantium, gustuque albo calidior habetur.

VIRES.

DIOSC. Ventrem purgat, bilem detrahit, piritamque: prodest morbis comitialibus, melancholicis, insipientibus, articularijs doloribus, & resolutis. Menses inditum trahit, partus necat, fistulas purgat impositum, & tertis die detractum. Demittitur in aurem contra grauratem auditus, & vsq; in alterum, sextertium diem finitur. Scabiem illitum sanat, vitiligines, lepras, impetigines, ex aceto medetur. Dentium dolores collatione mitigat. Imponitur vtiliter hydropicorum ventribus farina hordeacea & vino exceptum.

ELLEBORVM NIGRVM.



ELLEBORVM alterum, Nobis Elleborum femina, seu pseudoelleborum.

ELLEBORVM NIGRVM ALTERVM.

FORMA.



Folia gerit digitis nouē ad *Matth.* pediculum vsque dissecta, acorniti Cynoctoni ferē modo, sed longiorib. diuisuris, nigricantia, digitis circumquaq; serratis. Caulem edit vegetū, subsperumque. Flores alterius similes, sed herbaceo colore, aut quadstenus subpallefcentes, quinque, aut pleribus emergentibus è medio corniculis acuminatis, vtrinq; compressis, in quibus semen continetur. Radicib. cohaeret numerosis, tenuib^s, palmari longitudine, ac per omnia alterius similibus, odore graui, nauseam commouente, sapore amato.

CENSYRA.

Sunt qui putent hanc plantam Plinij esse Consiliginem, cuius sententię est clarissimus, ac doctissimus Fracastorius,

quietiam eiusdem Plinij Ennesaphylon eandem facit. Verūm nos nec hęc, nec illam esse paramus, quod nullus sit autor qui ne vna tantum nota consiliginis faciem & historiam describat, quodq; Plinius nusquam meminerit Ennesaphylon consiliginem Latinis vocari, eamq; vrentis facit facultatis, & lumborum, coxen dicumq; doloribus vtilem: consiliginem verò ad Pulmonis tantum morbos valere scribit.

PSEUDO-

PSEUDOELLEBORVM, Græcis, Ψευδοελεβορος. Italis, Eleboro falso.

PSEUDOELLEBORVM.

FORMA.

Matth.

Affurgit hæc planta ad duū palmorum altitudinem. Canaliculos emittit tenues, ac molles, folia longiuscula tenuia, Abrotani quadantenus æmula. Flores Euphthalmi, paulo tamē maiores, è quibus capitula prodeunt oblonga, tuborum moris similia. Radicibus cohæret nigris, nigrum veratrum æmulantibus, tenuioribus tamen, & nigrioribus.

LOCVS.

Idem.

Plurimū provenit in Boemia, in Pragensi præsertim agro.

QUALITATES,
ET VIRES.

Huiusce plantæ radicibus tum Medici, tum pharmaceuti, qui Boemiam incolunt, vruntur passim pro legitimo nigro veratro, *non sine errore,* ac privatim ad suorum pecorum morbos.



OPHRIS, *Italia, Eleboro bianco falso.* Germanis, *Switzblatt.*

O P H R I S.



F O R M A.

Duo tantum hæc folia pro- *Marsh.*
fect, albi veratri quadantenus
similia, inter quæ caulis erum-
pit tenuis, calyculis oblongis,
parvisque refertus, balustio-
rum effigie, è quibus flosculi
exeunt candidi parvarum lin-
guarum faciem referentes. Ra-
dice nititur gracili, compluri-
bus tamen adnatis, alba, & o-
dore præstanti.

L O C U S.

Nascitur in montibus, & in *Idem.*
conuallibus.

Q U A L I T A T E S.

Manfa radix glutinosum len *Idem.*
torem reddit, subdulci sapo-
re, Quare calida fuerit, & hu-
mida.

V I R E S.

Præfertur vniuersa planta ad denigrandos capillos, fracturas sanandas, &
vulnera glutinanda.

SESAMOT-

SESAMOIDES parvum, Σεσαμίδης μικρὴ, Græcis dicitur.

SESAMOIDES PARVUM.

FORMA.

DIOSC. Cauliculos edit dodranta-
les, folia coronopi minora, hir-
sutiora, & in cauliculorum ca-
cumine capitula florum penè
purpureorum, medio eorum
albo, semen sesamæ, folium,
amarum, Radix tenuis.

LOCVS.

Idem. Nascitur in asperis.

QUALITATES,
ET VIRES.

Idem. Semen bilem, pituitamque
destruit ex aqua multa potum
dimidio acetabulo, illitum ex
aqua tumores, ac tubercula
discurit.



* SESAMO-

*SESAMOIDES paruum flore magis completo.



Ad intybacea potius ego referrem hanc plantam, cum radix lacte non pauco turgeat & multis quoque doctis & herbariæ rei peritissimis hæc sententia ardeat Flores Cachorio figura respondent & alij simplicis foliorum textura constant, alij densius stipantur, colore eleganti caeruleo, stamina in medio lutea habentes, è quibus relinquatur semen subnigrum angulosam pusillam, squammatis capitulis inclusam, quodan parigandi vim obtineat, neminem experiendo cognouisse arbitror, Vnum hoc scio in parua quantitate exhibitum nihil efficere, sapore est omnino dulci nihil vel minimum amaritudinis obtinente.*

CYCVMIS sylvestris. Græcis, *Σίωρον*. Officinis, *Cucumer spinosus.* Arabibus, *Chofe alimmar*, *Kate albheni*, seu *cheta albanar.* Italis, *Cocomero spinoso.* Germanis, *Wilder Cucumer*, seu *Efels Cucumer.* Hispanis, *Cogombilla espartosa.* Gallis, *Cogombere sauvage.*

CYCVMIS SYLVESTRIS

FORMA.

Math.

Folia illi sunt sativo cucumeri similia, sed radiosa, his furiosa, asperioraq; , aversa parte subalbescunt. Flores ex alarum cavitatibus, quæ in firmentis habentur, prodeunt: ut rei, stellarum figura, retro extuberante fructu, facies cucumeris modo, qui tandem auctus, & oblongus factus, glandis magnitudinem superat, sur dactylos æquat. Is hispidus adeo est, ut quasi aculeatus sentiat, qui maturus factus candicat, & sponte, aut leuiter impulsus non sine impetu, à pediculo disiungitur, & tormenti instar, nigrum, maturumq; , semina unâ cum succo in legitiâ manus euiccularur. Radicem habet dorsivalem, ac etiam longiorem, brachiali crassitudine, candidam, succosam, & insigniter amarâ, quemadmodum planta est tota, & fructus.

LOCVS.

DIOSC. Nasctur in sabuletis, & ruderibus.

Math.

Incultis & vlginosis locis.

QUALITATES.

GALL.
simp. me.

Vniuersa planta in usu est. Succus summè quidem amarus est, leuiterq; , calidus, ut ex secando sic ordine exalfaciensium. Digerendi etiam vim possidet & subtilem est partium. Radix similem succofacultatem obtinet. abstergit namq; , digerit, & emollit. Porro cortex es potentius & sicca.



VIRES.

DIOSC. Infillatus foliorum succus, variis dolori obuenit. Illis ex potents radix veterem ortem tumorem discutit. Impolita cum Resina ter obthinis, tubercula rampit, Ichthiodici insidatur. Acidæ farina impetigines, lepras & vitiligines abstergit, nigris citricibus colorem reddidit, & maculas in facie desert. Radicis succus sesquiboli ponderis, & sic cortex acerbulli quæta parte bilem, pleuramq; , deiciunt, presertim in hydropicis. Deicitiones autem circa stomachi iniuriam mouet. Elaxerium verò è fructuum succo paratum menses ciet, partus erant in pello subditum, variis enim lacte infusum morbo regio modetur, & diurno capitis dolore liberat. Efficacissimè anginis illinirur, cum veteri oleo, melle, aut felle turuio.

STAPHISAGRIA, seu herba pedicularis, Græcis, *Staphis Agria*. Arabibus, *Siberas*, *Mula Zegi*, sine *Mula Zegi*. Italis, & Officinis, *Stafosaria*. German. *Wismuth*, Hispanis, *Fabraz*, & *Paparra*?, Gallis, *Herbe aux poux*.

STAPHISAGRIA.



FORMA.

Folia habet Labruscæ diu- DIOSC.
la, & cauliculos rectos, mol-
les, nigrosq;. Florem fert Gla-
sti, & folliculos virides, simi-
les cicerci, & in his nucleum
triangulum, scabrum ex ni-
gro subfuluescentem, intus
album, gustu acrem.

LOCVS.

Nascitur in opacis. Copio- Pliniv.
sissima autem provenit in *Mattb.*
Dalmatia, Istria, Apulia, &
Calabria.

QUALITATES.

Vehementer acrem obri- Galen. r.
net facultatem, sed & vrendi *simp. me.*
vitali quam habet.

VIRES.

Pots quindecim seminis DIOSC.
grana trita ex mellicrato cras-
sum humorem per vomitum
purgant, at qui sementes ambulare debent, & aquam mullam continuo pota-
re, quoniam pericula strangulationis inferunt, & fauces adurant. Trita, & ex o-
leo illita phthiriali prodest: item prurigini, & pforis. cit commanducata pluri-
mam piritam coquitur in aceto, eoq; in dolore dentium os vtiliter colluitur.
reumatismum gingivarum sistit. vlcera oris manantia cum melle sanat.

THAPSIA, Græcis, *Θαψία* Italis, *Tbassia*. Manritanis, *Hientom*, *San Dris*. Gal-
lis, *Turbidiane*.

THAPSIA.

FORMA.

DIOSC. Tota natura ferulæ similis est, graciliore caule, folijs ferniculi umbella anethi in cacumine à singulis furculis erumpente, flore luteo, semen quale ferulæ latiusculum, sed aliquanto minus. Radix foris nigra, intus candida, magna, acris, crassiore libro vestita.

LOCVS.

Matth. Nascitur plurima in Apulia Gargano monte.

QUALITATES.

Galen. 6. Acrem habet, & vehementer exalfacientem facultatem cum humiditate. Quamobrem ex alto vehementer extrahit, & quod extraxit digerit, vis eius post annum multum resoluitur.

VIRES.

DIOSC. Tam cortex radices, quam succus purgandi vim habet, & lacteus succus in aqua multa potus, nam utrinque bilem extrahunt. Radices quaterni oboli cum tribus seminis anethi drachmis, succi terni oboli, lactis obolus vnus propinquantur. Quod eo amplius assumitur periculosum est. Conuenit hæc purgatio suppuriosis, & diuturnis laterum doloribus, retentionibusq; succus illitione, antridix recens afflicto alopecias expleat Radix, & succus cum thuris, & ceteris æquis portionibus sugillata, ita oresq; tollunt. Vitis entis in facie emendant. Cum melle illitus succus lepras tollit, & tubercula discutit, cum sulphure perantius



SPARTIUM, Græcis, Σπάρον. Italis, Sparto. Germanis, Spinnen. Hispanis Sparrin. Gallis, Genêt de Espagne.

SPARTIUM.

FORMA.

Frutex est longas ferens vir Diosc.
g25, sine folijs, firmas, fractu
cōtumaces, quibus vires vin-
ciuntur. Semen Lenticule in
foliculis phasolorum modo
nascentis. Florem, ut albae vio-
lae luteum.

LOCVS.

Plurimum provenit in Hi- Meth.
spania, aridis, & siccis locis.

QUALITATES.

Semen, & virgarum succus Galen. J.
non instrenuè trahentis est simp. me.
facultatis.

VIRES.

Purgant per superna vehe- Diosc.
menter elleborivice citra pe-
ticularum flores, & semina qui-
nis obolis in aqua multa po-
ta. Semen deiectionem mo-

uet. Ramis in aqua maceratis, mox tuis extractus succus, ischiadicis auxiliatur,
si cyathi medium ieiunii bibant. Quidam marina aqua macerant, & infundunt
Ischiadicis clyster castigmenta autem elicit cruenta.



GENISTA, Italis, *Ginestra*, Hispanis, *Genestra*, *Giesla*, sive *Giestrina*. Germanis, *Ginsf*. Gallis, *Geneste*.

GENISTA.

FORMA.

Mezot. Arbor est montana, è cuius caudice complurimæ oriuntur virgæ, rectæ, flexiles, fractu contumaces, acuminatæ, quibus vites & fasciculi ligantur. Flores edit flanos lunari figura, è quibus siliquæ procedunt oblongæ vicæ modo, in quibus semen illi quoq; simile.



LOCUS.

Matth. Oritur in montibus, & colibus.

QUALITATES.

Mezot. Planta tota perturbat, provocat, incidit, attenuat, cordiq; & ventriculo nocet.

VIRES.

Idem. Epotum semen pituitam vtrinque valentissimè purgat, & ab articulis quoq; humores trahit. Renum excrementsa pellit, vrinam diet efficacissimè, & calculos disrumptam in renibus, quàm in vesica, prohibet; ne in posterum renascantur calculi. Flores contriti strumas auferunt, sicut melle rosaceo aut sorbili ovo fumantur. Fit ex ijs oximel, cuius vrinæ durities resoluuntur. Profunt ischiadicis, podagricis, calculosisq; si postquam sumptierint euomant.

NARCISSVS, Græcis, Νάρκισσος. Arabibus, *Narcis*, seu *Nargies*. Italis, *Narciso*. Germanis, *Hörnigsblumen* / *Narciffen* Köpfen. Gallis, *Narcisse*, *Campanette*, seu *Lanette*.

NARCISSVS.

GENERA.

Complura narcissi visuntur *atthm.* genera, vt ex appictis hic iconibus feriatim palam fiet.

FORMA PRIMA.

Folia profert porro similia, *Diosc.* sed multo minora, & angustiora, caulis vacuus, & sine folijs supra dodrantem attollitur, flos albus, intus croceus, in quibusdam purpureus, radix intus alba, rotunda, bulbosa, semen velut in tunica nigra longum. Flores suauisunt odore.

LOCVS.

Nascitur in montibus, & *Diosc.* feritur in hortis. *Matth.*

QUALITATES.

Radix vsq; adeo exsiccandi *Galen. 2.* facultate pollet, vt & maxima *simp. me.* vulnera conglutinet, vel ad

incisiones vsq; que circa tendones accidunt. Habet verò quiddam absterforium, & attraheorium.

VIRES.

Radix cocta, siue estur, siue bibitur vomitoria est, ambustis igni prodest cum *Diosc.* exiguo melle trita, præcisos neruos illitu glutinat, vitia cutis in facie, vitiliginesq; cum semine vrticæ, & aceto emaculat, cum eruo, & melle vlcera fordes expurgat, ab scellus concoctioni repugnantes rumpit, infixæ corpori extrahit, illita cum lolij farina, & melle.

NARCISVS II. * Narcissus flore pleno, Græcis, Νάρκισσος πλήθος. Germanis, Gefüllte Narzissen Νάρκισσ. Arabibus, Madeph.

NARCISVS II.

FORMA.

Non differt hic à priore, neque facie, neque viribus, sed tantum floribus, quos admodum speciosos promit, candidos quoq; sed quorum medium habent foliola.*



NARCIS

NARCISsus III. * Narcissus totus luteus. Hispanis, *Campanilla*. Gallis, *Campanule*. Germanis, *Selt Josephsstab/ Hornungsblumen*.

NARCISsus III.

F O R M A.



Flotes promit luteos speciosos, nolæ effigie, folijs luteis, sed pallidioribus circumdatos, qui interdû duplices vel triplices etiam spectantur, quibus decidentibus relinquitur capitulum semina intus nigra asseruans, quæ principio latiuscula, tēporis progressu rotundiora fiunt. Folijs & radice à priore parum discrepat.

L O C U S.

Seant hoc flore nemorosa prata. Inuenitur etiam in montibus procius luteus serius florens.

NARCISVS III. * Græcis, *λινθόρυζον* & *αλωάνθη*. Italis, *Hyacintho del padre nostro*. *

FORMA.

Flores speciosos plures, lactei candoris, folijs lenis constantes, Ornithogali floribus ferè similes, sed maiores perfecti, insidentes pediculis suis longis, in quos dividitur summas caulis, qui emergit inter folia oblòga Narcissi. Radix est Ornithogali pluribus bulbulis adnatis se propagis.

Locvs.

Rarus est, ideoq; horti cultiores hùc sibi vendicant. *

NARCISVS III.




NARCIS.

NARCISSVS V. *Lilionarcissus, Turcis, *Indipen*, *Cafe Late*, *Zampul*.

NARCISSVS V.

F O R M A.



E bulbo Colchici amulo folia nascuntur Liliacea, aliquantum cœcaux carinatae, oris sinuatis, ex horum medio caulis affurgit assumisq; folia, quib. vestiatur, plerumque terna. Eius summitas ornatur flore venustissimo, lilij effigie, colorū varietate mire discrepante. Nam vel purpureus, vel coccineus, vel violaceus, vel aureus, vel fuscus, ce reusq; vel proflus candidus habetur. Sunt qui cœruleum se vidiſſe affirmant. Quin & varij colores in vnico flore spectantur, quorum diuersitates omnes describere non est huius loci, præsertim cūm indies augeat ista varietas. Subnascitur semen foliaceum aurei coloris, vt Lilij rufi, clausum oblongo membraneoq; folliculo.

L O C V S.

Habetur in hortis.*

NARCIS

NARCISSVS VL. **Leuconarcissiflorum bifolium*. Germanis, Schneeyffel.


F O R M A.

Palmasi cauliculo Vere pro-
dit inter folia gemina, flore
exili lacteolo, tribus tantū fo-
lijs constante, aut senis si tria
exigua illa herbacea medium
flores obtinentia simul nume-
rentur. Bulbosā nititur vt re-
liqui Narcissi, sed parua radi-
ce.

L O C U S.

Nascitur in pratis & salti-
bus vmbrosis.*

NARCISSVS VL



NARCIS

NARCISSEUS VIL.* *Leucanarcissiflorum* vulgare, *Viola alba* Theophrasti aut
eiusdem Opinion. Germanis, Weiß-Pornungsbium, Metzenblumen.

NARCISSEUS VIL.

FORMA.

Floribus præcedēti cognata
est, vt & reliquis partibus,
sed per omnia maior & vege-
tior.

Locvs.

Nascitur sponte in nemo-
ribus Germaniæ copiosè, nec
non alibi, vt in Salena monte
& agro Aurelianensi.*



NARCIS.

NARCISSVS VIII. ⁹ Lilionarcissus Bononiensis. Tulipa minor. *Crocus, etc.*
μαθήζανος & *ακρίδαρος*.

FORMA.

Inconditam quandam effigiem hoc loco exhibuerat autor sine descriptione, quæ tamen videbatur esse Tuliparū Bononiensium (ut appellantur hoc nostro tempore) Diuariantur enim harum nonnunquam caules, sicutq; triplices & sæpe quadruplices, sustinentes in summo flores stellaros, luteos, odoratos, qui tandē abeunt in triquetra capitula continentia semen latum, rufum, ut Lilium. Bulbus nucleum oblongū allij æquat, sed membrana lutea nitidaq; tegitur.

Locys.

Apud nos in hortis inueniuntur, & sponte nascitur in montibus circa Bononiam. *

NARCISSVS VIII.



RICINTA.

RICINVS, *Garcis, Eudiaspiron.* Italis, *Mirafale, & Girafale.* Arabibus, *Chirus.* Germanis, *Wunderbaum / Rixetischer Hanff.* Hispanis, *Figuera dell inferno.* Gallis, *Palma Christi.*

RICINVS.

FORMA.

Provenit parva ficus alti- **DIOSC.**
tudine, folio platani, maiore,
leuiore, & nigliore, ramis,
caudicibusq; canis in arundi-
nis more, semine in vis alpe-
ris, quod corticib. exutū, ri-
cinum animal representat.

L'OCVS.

Scrunt in hortis, & in viri- **Martb.**
darijs. In *Egypto* spontena-
scitur.

QUALITATES.

Semen quemadmodū ex. **Gal. li. 7.**
purgat, detergit, & digerit, *simp. ma.*
sic quoque folium, sed vnde-
quaq; debilius. Oleum quod
ex semine conficitur, tum ca-
lidius, tum renuorū partiū
est, quam oleum commune,
ac proinde etiam discutit.

VIRIS.

Grana triginta numero **DIOSC.**
purgata, trita, potaq; pitui-
tas, bilem, aquamq; per alud
extrahunt, vomitionesq; mo-
uent, sed iniucunda admodū
est, & molesta purgatio, sto-
machum vehementer subvertens.

Tusa & imposita vitia cutis in facie, varosq;
expurgat. Folia cum hordeacea fatina trita inflammationes oculorum, tumo-
resque leniunt. Turgentes mammas cohibent. Eadem ex aceto illita ignes sa-
cros restinguunt. Confert semē coli, & articulorum doloribus si ex veteris
galli iure hauriatur. Oleum quod ex semine elicitur infunditur commodē ad
colicos cruciatos, inunctum autem sup scabiem, tum capitis vlcera sanat. Me-
derur sedis inflammationibus, & conuersis, ac preclusis feminarum locis. In-
ungitur vtiliter indecoris cicatricibus, & aurium doloribus.

Mesae.

A P P E N D I X.

Suspicio in Dioscoridis exemplari subesse mendam. Grana enim triginta se-
minis non sine periculo vitæ dari possunt. Quo sicut cum Orisatio legam tris
grana, non triginta.



TITHYMALVS, Græcis, *Thýmaz*. Arabibus, *Layfer*, seu *Erbula*. Italis, *Tima*.
la, & *Tortameglia*. Germanis, *Wolffstümlich*. Hispanis, *Lece trifolia*, seu *Loume*
ga. Gallis, *Tithymale de montagne*.

DIOSC.

G E N E R A.

Septē tithymalorū habent
genera, nēpe Characias, Myr
tires, seu Myrsinites, Paral^o,
Helioscopius, Cyparissias,
Dendroides, & Platyphyllos.

F O R M A C H A R A C I A E.

Idem.

Caules supra cubiti altitu
dinē attollunt, rubri, lacteo
succo, atq; acri mēdētēs, fo
lijs oleæ circū ramos, angu
stiorib; & lōgioribus, radice
crassa lignosa. Pender in cau
lium cacuminib; coma jun
ci, sub qua caueolæ foliolis
balnearum similes, in quib;
semen continetur.

L O C U S.

DIOSC. Nascit in asperis, & mōtib;.

Q U A L I T A T E S.

Gal. li. 3. Vincentem habent oēs a
siup. mē. creē, calidamq; facultatē, in
est verò & amaritas. Validissi
mus itaq; est eorū liquor. Se
cundū locū tenēt, semē & fo
lia. Radix verò distarū facul
tatū particeps est, sed non ex
æquo adurunt, & exulcerant
quamvis corporis partem.

DIOSC.

Sucus alium purgat, trahit punitā, bilemq; binis obolis in postea sumptis,
& cum aqua multa vomitiones mouet. Recens lac perunctum in sole capillos
ex oleo euellit, renascen resque flauos & exiles efficit, denique omnes perimit.
Dentium cauernis inclusum leuat dolores. Tollit illitu imperiginēs, tunican
tes verucas, & thymos. Valēt aduersus preangia, carbunculos, vlcera, phagede
nas, gangrenas, fistulasq; Semen, & folia lactici succi effectum præbēt dimidio
acetabulo pota. Radix drachmæ pondere in hydromelite pota, per infernata
bit, Acerum in quo decocta fuerit, collutione dentium dolores mulcet. Omnia
genera cordi, iocinori, & vetriculo maximè nocēt, vasa distripunt, intestina ab
radant, vniuersum exalfaciunt corpus, ad eò vt in de febrēs facillè concitant.

Mesur.

V I R T U S.

TITHY-



TITHYMALVS Myrthnites, Græcis, Τίθημαλος μυρθίνης, ἢ Μυρσίνης. Italis, Tithimale Mirfinite.

TITHYMALVS MYRSINITES.



FORMA.

Folijs crescit myrti proxi-
 mis, sed maioribus, firmis, in
 cacumine acuris, & pungenti-
 bus. Ramulos ab radice mit-
 tit dodrantaes. Fructum fert
 alternis annis, nuci similem,
 mordaci gustu.

LOCVS.

Nascitur in asperis. *Idem.*

QUALITATES, ET
 VIRES.

Succus, radix, semen, folia *idem.*
 consimilem antedicto sortun-
 tur facultatem, sed ad citan-
 das vomitiones validior, atq;
 efficacior est.

PPP TITHY-

TITHYMALVS PARALIOS, Græcis, Τιθύμαλος παράλιος. Italis, Tithimab maris.

TITHYMALVS PARALIOS.

FORMA.

BIOSC. Ramis nascitur subrubentibus, didrantalibus, rectis, quinis, senive à radice exeuntibus, folijs lini, angustis, parvis, oblongis, in vertus quosdam digestis, capite in cacumine orbiculato, denso, in quo semen, ut etruum vario colore emicat. Flos albus. Frutex totus cum radice lacteo succo turget.

LOCVS.

Idem. Provenit in maritimis.

QUALITATES, ET
VIRES.

Idem. Similes ad usus reconditur.



TITM.

TITHYMALVS Helioscopius, Græcis, Τίθυμαλος ἠελιοσκοπός. Italis, Tithymale
Helioscopio. Germanis, Sonnenwendt Wolfsmilch.

TITHYMALVS HELIOSCOPIVS

F O R M A.

Folij3 provenit Portulacæ diosa-
tenulioribus, rotundioribus-
que, ramalis prodeuntibus
à radice quaternis, aut qui-
nis, rubensibus, dodrantali-
bus, tenuibusq; lactis copio-
si plenis, capite anethi, semi-
ne in capitibus incluso.

L O C U S.

Circæ oppida nascitur, po- *Idem.*
tissimum in ruderibus.

Q U A L I T A T E S, E T
V I R E S.

Eadem illi quæ superiori- *Idem.*
bus sunt vires, non tamen vî-
que adeo validæ.



TITHYMALVS cyparissias, Græcis, Τίθυμαλος κυπαρισσίας. Italis, Efsalemita.
Germanis, Cypressen, Wolfsmilch.

TITHYMALVS CYPARISSIAL

FORMA.

erosc. In caulem exit dodranta-
lem, vel maiorem, subru-
brum, ex quo folia pini simi-
litudine exoriuntur, molliora
tamen, & tenuiora, in to-
tum nascentem pinum emu-
lent, candido succo madet.

LOCVS.

Marth. Nasctur ferè vbiq; circa
oppida, & secus vias.

QUALITATES, ET
VIRES.

idem. Eadem illi vis quæ supe-
rioribus.

ANNOTATIO.

Mihi profectò mirum vi-
derar, quòd Dioscorides hoc
tithymali genus *κυπαρισσίας*
appellauerit, cum pinum nõ
cyparissium, referat.



TITHYMALVS Dendroides, Græcis, Τίθημαλος Δενδρῶδες. Italis, Tithymalo er-
forco.

TITHYMALVS DENDROIDES.



FORMA.

Ampliter opacat, in cacu- DIOSC.
cumine frondosam spargens
comam, succo lacteo præ-
gnantem, cauliculis rubenti-
bus, folijs myrti tenuioribus,
fructu Characiz.

LOCVS.

Nascitur in petris.

QUALITATES, ET
VIRES.

Eiusdem est effectus, cuius idem.
superiores.

Ppp 3

Τίθημα.

TITHYMALVS Leptophyllos, Græcis, τὴθύμαλος λευκοφύλλος. Germanis, Die
heilige Weystuthe.

TITHYMALVS LEPTOPHYLLOS.

FORMA.

Math. Paret eius facies ex hâc
appicta figura.

LOCVS.

Idem. Nascitur incultis locis, &
asperis.

QUALITATES, ET
VIRÆ.


Idem. Facultatibus ijsdem pollet,
quibus & reliqua genera.



PITTTA.

PITYUSA. Græcis, Πιτυσσα. Arabibus, *Seebra*, & *Pithia*. Officinis, *Efala maior*. Italis, *Efala maggiore*. Gallis, *Turbit noir*.

PITYUSA.



FORMA.

Caulis supra cubiti altitudinem assurgit, genicularis, folijs spini, acutis, exilibus, flore paruo, velur purpureo, semine instar leniculae laro. Radice crassa, candida, succo referta. Quibusdam in locis prægrandis reperitur.

LOCVS.

Nascitur in montibus, ac *Matth.* etiam in campesribus.

QUALITATES.

Purgat similiter, vt *Tithy. Gal. 3.* mali, cæterisque viribus illis *Simp. me.* est adsimilis.

VIRES.

Dettabit per alnum radix *Diosc.* drachmis duabus data in aqua multa. Item seminis

drachmar succi cum farina subacti cochlearium in caraportio datur, modus fohorum drachmae tres. Multa verò sumentibus affert incommoda.

Messe.

LATHYRIS, Græcis, *Λαθύρις*. Arabibus, *Mendana*, seu *Melendane*. Italis, *Casa parva minore*. Officinis, *Clerus minore*. Germanis, *Springkraut* *Römische Treibkörner*. Hispanis, *Tarrago*. Gallis, *Ephurge*.

LATHYRIS.

FORMA.

DIOSC. Caulem emittit, cubitali altitudine, digitali crassitudine inanem. Gignuntur in cacumine alæ, & folia i#caule oblonga amygdalinis proxima, latiora, & læviora, quæ autem in summis ramulis extierunt minora cõspiciuntur, aristolochiæ, aut oblongæ hederæ figura. In cacumine fructus in summis furculis gerit, triplici localamento insignè, rotundum, ceu capparin, in quo grana intercurfantibus membranis inter se distincta continentur, prulis maiora, rotunda, quæ dum corticibus eruntur candida sunt & gustu dulcia. Radix illi tenuis, & nullius usus. Totus frutex lacteo succo turget, uti Tithymalus.

LOCVS.

Matth. Naseditur passim in hortis, & secus itinera exoluto solo.

QUALITATES.

Galen. 7. sim. me. Sunt qui dicant hanc esse Tithymali speciem, tum quod similem illis succum habeat, tum quod eodem illis modo purget tota quæ illis facultate similis sit, nisi quod semen gustantibus videatur dulce, quod sanè cum maxime purgatoriam vim obtinet.

VIRIS.

DIOSC. Grana sex, aut septem in cataportio, aut cum ficis, aut palmulis demorata, alium purgant, sed aqua frigida postea sorbenda. Trahunt autem bilem, pituitas, & aquas. succus Tithymali modo potus, eosdem effectus præbet. Decem duodecimve seminis grana à putaminibus delibrata, vomitum potenter citant. Itaq; iij; vtiliter propinantur qui philtrea deuorant, aut alia veneficia.



PEPLVS, Græcis, Πέπλος. Italis, *Pepla*. Germanis, Hundsmilch.

PEPLVS.



FORMA.

Frutex est lactei succi ple- **Diosc.**
nus, folijs parvis, vt rotæ, pau-
lò rarioribus, torunda coma
ferè dodrantali, humi resper-
sa, semine sub folijs paruo, ro-
tundo, minore quàm candidi-
papaueris. Vnicam habet ra-
dicem, ipsamque superua-
cuam.

LOCVS.

Nascitur inter vites, & in *Idem*.
hortis.

QUALITATES.

Succum habet similem *Ti- Galen. 2.*
thymalis, cùm in alijs, tum *sim. me.*
quia purgat ceu illi.

VIRES.

Semen acetabuli mensura **Diosc.**
ex hydromelitis cyatho po-
tum, bilem, ac pituitam pur-
gat.

Pepl. 5 Peplis,

PEPLIS, Græcis, Πέπλος, Italis, Pepto.

PEPLIS.

FORMA.

Diosc. Frutice est latè opaco, succi candidi pleno, folijs satius portulacæ, rotundis, infernè rubentibus, semine sub folijs rotundo, uti in Pepto, feracè in gustu, radice singulari, tenui, supervacua.

LOCVS.

Idem. In maritimis maximè nascitur.

QUALITATES.

Gale. 1. Succum obrinet, velut *Tithymali* validum, non tamen *admodum* vtilem.

VIRES.

Diosc. Vires habet *Pepto* similes.



SCAMMO.

SCAMMONIA, Græcîs, Ξασμαρία. Mauritanis, Scammonea. Italis, Scammonea.

SCAMMONIA.



FORMA.

Ramos ab radice mittit DIOSCOR. trium cubitorum, multos, pingues, & nonnihil crassitudinis præferentes, folijs helvæ, seu hederaceis, mollioribus tamen, & triasgulis, flore candido, rotundo in calathi modum cauo, graecolente. Radice prælonga, crassitudine cubitali, candida, grani odore, succo prægnante.

Locvs.

Nascitur in Myfia Aliz Idem. regione, quin etiam in Syria & Iudæa.

QUALITATES.

Exupetat in ea æredo, Mesue. quare corporis spiritus accendit, flatus mordaces gignit, immoderatas alui fluxiones facit, intestina abradit, tormina, & dysenteriam excitat.

VIRIS.

Succus per inferna bilem & pituitam extrahit. Illinitur vilitet Ischyadicis DIOSCOR. Radix in aceto decocta, & cum hordeacea farina trita. Succus eum melle, aut oleo illitus tubercula disolvit. Decocto in aceto perunctæ lepræ abiguntur. Diurni capitis dolores ex aceto perfunduntur.

*SCAMMONIA Monspelienſium, vel marina, Periploca repens.

SCAMMONIA MONSPELIENSIVM.

FORMA.

Folijs & floribus Apocyno ſimilis eſt, ſuperficie duorum cubitotam & fortalſe multo altior alicubi, radice cubitali, craſſitudine mini- mi digiti, intus ſubſana, foris fulca, ſubrufa modice, friabili, inter mandendum crepitante parum, & ſi diu- tius ori teneatur actis eſt cum aliqua dulcedine. Ner- uus intus eſt flavus, qui fra- ctus minimis foraminibus plenus eſt, caules ſive rami cœcaui, qui primo ortu ſunt erecti, poſtea repunt & in volubili.

QUALITATES.

Calida eſt ultra tertium gradum.

VIRES.

Quidam vultur huius herbæ ſucco, vbi Scammo- nio deſtituantur, & Maſſilienſes ferunt eodem & colophonia Scammonium adulterare tam exacte vt vix cognoſci queat.*



CHAMÆLEA, Græcis, Χαμαίλα. Mauritanis, *Mezereon*, seu *Alme* Græc. Italis, *Chamelea*. Germanis, *Zylandt*. Gallis, *Boys gentil*.

CHAMÆLEA.



FORMA.

Suteulosa fruticax, ramis do dranta- Diosc.
libus, folia oleæ similitudinem habent,
tenuiora, & amara, quæ gustata lin-
guam mordent, & arteriam deradunt.

LOCVS.

Nascitur in montibus.

Matth.

QUALITATES.

Vincenrem habet qualitatem ama- Galen. 2.
ram, quamobrem admodum sordida *flu. me.*
vlcera, & quæ maximas habent crustas
cum melle purgare potest.

VIRES.

Pituitam, bilemque detrahât, folijs Diosc.
in catapotio deuoratis. Folia cum mel-
le trita sordida vlcera, & crustosa re-
purgant. Cauendum ab eius vsu, nisi Matth.
ea admista fuerint, quæ eius deleteri-
am facultatem superare possunt, de
quibus scripsit Mehus.

* CENSYRA.

An sit Arabum Mezereon non parum adhuc dubitatur, cum Mehus hoc
dicat esse ex herbis lactarijs.*

THYMELÆA, Garcis, *Guajacum*. Italis, *Timela*.

THYMELÆA.

FORMA.

DIOSC. Virgas ædit pulchras, multas re-
nues, binum cubitorum, folijs Cha-
melez, angustioribus, & pinguiori-
bus, viscosis, gummosisque si morde-
antur. Flore candido. Fructu myrri
modo rotundo, qui inter initio vitet,
& tandem rubescit. Involucrum fru-
ctus durum, foris nigrum, intus al-
bum.

LOCVS.

Idem. Provenit in altis montibus, & aspe-
ris.

QUALITATES ET
VIRES.

Idem. Semen per inferna bilem, pituitas,
aquasque detrahit, si viginti grano-
rum pars interna bibatur, verum fan-
ces adurit. Itaque cum hordeacea fa-
rina, aut in vix acino dati debet. Her-
ba stomacho infesta.

CENSURA.

Decipiuntur qui Cneoron Theo-
phraſti, cuius duo ab eo produntur genera. Alterum quidem Chamelzram, al-
terum Thymelzram esse contendunt.



SAMBUCVS, Græcis, Ἀσπὴ. Arab. Jafāhī. Italis, Sambuco. Germanis, Heider. Hispanis, Sabuco, seu Caminero. Gallis, Suseau, seu Seyer.

SAMBUCVS.

GENERA.

Quatuor habet genera. Do- *Marb.*
 mesticum, Montanum, Aqua-
 ticum & Minus, quod Ebulus
 vocatur.

FORMA DOMESTICI.

Arbor est sarculos mittens *DIOSC.*
 arundinaceos, teretes, cauos, *Marb.*
 radicantes, proceros, medul-
 la intus candida, ac fungosa,
 folia luglandis terna, quater-
 nave ex intervallis circa ramos
 exeunt graecolētia, minutim
 in ambitu secta, & in ramulo-
 rum cacuminibus cauliculisq;
 circinate spectantur umbellę,
 quę florę candidum pariunt,
 odore non ingrato, mox æli-
 num in nigredine subpurpu-
 reum racemosum, succo ma-
 dentem, vinosumque.

LOCVS.

Nascitur passim, vbique in *Marb.*
 sepibus, & circa vrbes.

QUALITATES.

Desiccandi, conglutinandi, *Gale. 6.*
 modicęq; digerendi facultas-
 tem obtinet. *simp. me.*

VIRIS.

Vis illi detrahens aquam, stomacho inutilis. Folia olerum modo decoquan- *DIOSC.*
 tur ad pituitam, bilemque detrahendam, caules teneri in patinis cocti eadem
 efficiunt. Radix in vino decocta, & in cibis data hydropicos adiuvat; prodest, &
 viperarum moribus, eodem pota modo. Vulus emollit insidentium deco-
 cto. Patefacit eorum spiracula, & vitia corrigit. Acini in vino decocti eodem
 funguntur munere. Præterea folia ex hordæaces farina illita inflammationes
 mitigant, ambustis, & canum moribus illita profunt. Ulcera que dehiscunt in
 fistulam agglutinant. Illinuntur vtiliter podagricis cum seuo taurino, aut hie-
 cino. Stillantia è floribus aqua fronti, &incipiti illita, capitis dolores mulcet, *Marb.*
 succus è radicis cortice expressus, vomitum valentissimè commouet, & aquam
 intercutem pellit.



SAMBYCYS montana, Græcis, *Σαμβύκη*. Italis, *Samburo montana*.

SAMBYCYS MONTANA.

FORMA.

Metrb.

Virgis folijsque urbano similibus est, sed minori longè proceritate adolescit. Flores non in umbellis, sed racematim coherent. Quin etiam baccæ in vuz modum dependent, rubro perpetuo colore, vinoſæ ac ſucci plenz.

LOCVS.

Idem.

Nascitur in montosis, & algentibus locis.

QUALITATES, ET
VIRES.

Idem.

Vires illi urbano per omnia similes, imbecilliores tamen.



SAMBY-

SAMBUCVS aquatica, Italis, *Sambuco aquatico*. Germanis, *Schwelecken*.

SAMBUCVS AQUATICA.

FORMA.

Virgis est sambuci domesti- *Mattb.*
ci æmulis, genicularis, albo in-
cus medulla, sed caduca, & fra-
gili marerie. Folijs vitigineis.
Flore albo Sambuci modo,
odore non injucundo, à quo
baccae prodeunt rubentes,
oxyacanthæ magnitudine, vi-
noso, ac amaro succo refertæ.

LOCVS.

Nascitur in aquosis, & vli- *Idem.*
ginosis locis.

QUALITATES, ET
VIRE.

Baccae deuoratæ vomitio-
nes citant. Succovis est abster-
soria.



FRANGULA, *Italia, Frangola.* Germanis, *Fränbäum.*

FRANGULA.

F O R M A.

Matth.

Arbor est mediocris pœciritatis, folio ferè corni, aut virgæ sanguineæ, cortice Alni, albis maculis exterius resperſo, interius verò adeo flaveſcente, ut ſi mandatur croceo colore inficiat, Rhabarbari modo. Flores edit albos, fructum parvum piſi magnitudine, per medium diviſum, ad eò ut duabus ſimul baccis conſtare videatur. Is primo exortu viret, deinde ruſeſcit, poſtremò verò nigricat. Duo intra ſe habet ſicula lupinorù figura, ſed lenitibus paulò grandiora. Ligni materies omnino fragilis, imbecillaq; eſt.

L O C U S.

Idem.

Nafeitur paſſim in Boemiz ſylvis, & nemoribus.

Q U A L I T A T E S, E T
V I R E S.*Idem.*

Corticiſ vis ineſt cum alium exoluens, tum quoq; adſtringens. Quare Rhabarbari modo operatur, quæ in extimo ranti cortice habetur, exolvit. in intimo verò adſtriſtoria viget facultas. Bilem eſt decoctum, & pituitam expellit. Quinetiam hydropicorum aquas ducit. Deo-

quitur cortex cum aperientibus medicamentis ad cachexiam, iſteritiam, & aquam intercutem. Daturq; potandum decoctum quatuor unciarum pondere per quam commodè. Sed prius corpus expurgari debet. Soluit alium abſq; incommodo, belle iecur expurgat, & roborat, aperit omnium viſcerum obſtrictiones, & vaſa à crallorum excrementorù inſarctu expedit. Delibrantur cortices in ipſo veris principio, & in umbra ſiccantur. Recentium enim nullus debet eſſe uſus, quod vomitiones moueant. Decoctù quod ex iſis paratur quietat prius oportet, anteaquam propinetur duobus, aut tribus diebus, quouſq; ſtans color niger fiat. alias vomitiones mouere quandoq; ſolet.



EBVLVS. Græcis, *Kapadista*. Arabibus, *Kameallia*. Italis, *Ebula*, seu *Nobbia*. Germanis, *Ättich*, seu *Ättichhölzer*. Hispanis, *Huez guos*, seu *Sabugo pequeno*. Gallis, *Huelle*.

EBVLVS.

F O R M A.



Sambuco longè humilior Diosc. est, magisq; herbaceo generi assignandus, caule quadrangulo geniculato, folijs amygdalæ ex intervallo longioribus, geniculatim expansis, pinnatisq; graueolentibus, in ambitu serratis, muscario sambuci, flore & acino eiusdem. Radice nititur longa crassitudine digitali.

L O C V S.

Nascitur in plateis, & arcibus, Matris, is, secus vias, & in templorum claustris.

Q U A L I T A T E S, E T
V I R E S.

Ea omnia præstat, quæ VI-DIOSC. bana sambucus.

APIOS, Græcis, *ἄπιον*. Italis, *apisa*.

APIOS.

FORMA.

DIOSC. Inæcos ramulos duos, sive tres spargit, rubros, tenues, qui à terra parum attolluntur, folijs ræte sylvestris, oblongioribus tamen, & angustioribus, herbæcis. Semine paruo. Radice in formam pyri turbinata. Succo fecunda, cortice exterius nigro, intus vero candida substantia.

LOCVS.

Theoph. Nascitur in montibus.

*lib. 9. c. 10.
de p. hist.*

QUALITATES.

Idem. Datur ad expurgandū corpus, quod altera radice parte superius, altera inferius purget.

VIRES.

DIOSC. Superior eius pars vomitione bilem, pituitamque extrahit, inferior per aluum. Tota utraq; purgationes mouet. Purgat utraq; parte succus sesquibolo potus.



PIREDO

PSEUDOAPIOS. Italis, *Apie falsa*. Germanis, *Erdrüß*.

PSEUDOAPIOS.



FORMA.
 Multiplici crescit caule, en- *Merck.*
 bitali, ac sæpè maiori, humi
 procumbente, pisi ferè mo-
 do, folijs oblongis, & subasperis.
 Floret Iunio præsertim
 mense floribus panicis, pisi
 æmulis, odoratis, racematim
 coherentibus, è quibus filiea
 læ oriuntur, in quibus semen
 concluditur. Radices habet
 fici, aut pyri figura ternas, qua
 ternasve è staminibus depen-
 dentes, filipendulæ modo, ni-
 gra exterius cute, & alba in-
 tus pulpa, nulla purgatoria vi
 prædita.

LOCVS.

Nascitur cum in campis, *idem.*
 tum in vineis.



COLOCYNTHIS, Græcis, *Κολοκύνθη*. Arabibus, *Chandel*, *Handel*, seu *Halendal*, Italis, & Officinis, & Hispanis, *Coloquintida*. Germanis, *Coloquint* / seu *Wurdt Kärbiß*. Gallis, *Coloquinte* / seu *Courge saunage*.

FORMA.

COLOCYNTHIS.

Martb. Folia, & samenta emittit Anguria vulgo vocata, per terrâ repeta, diuisa, fructum in speciem mediocrius pilæ conglomeratum, vehementer amarum.

LOCUS.

Idem. Scribitur in hortis.

QUALITATES.

Galen. 6. Colocynthis gustu amara est, *simp. m.* sed quæ amarissimo medicamento epoto adstant opera, ea euidenter efficere nequit, ob purgatoriam facultatem, quam validam in se se continet, nimirum cum ipsa quæ expurgat, ante & ipsa per aluum excreni præuertens.

VIRES.


Diosc. Medulla fructus purgatoriam vim habet, si quatuor obolis in aqua mulla, melle cocto, myrrha, & nitro excipiantur, & cogatur in cataportium. Arefacta pilæ puluis clysteribus infusus prodest nervorum resolutioni, coxendicæ doloribus, & coli vitij, ut quæ bilem, pituitâ, & strigmenta, interdum etiam cruorem eliciunt. Forus ad mota pila enecat, si aqua mulla, aut passum, in eadē incoquatur, & sub die refrigerat. pora crassum humorem, & alui strigmenta detrahit. Stomacho supra modum aduersatur, subditæ pro balano alui excrementa efficit. Virentis succo vtilissimè ischiadici perfricantur. Ponderedrum, & nervos expurgat, quin etiâ musculos, thoracem, & pulmonem. Quæ re vertiginosis, comitialibus, resolutis, convulsis, hemicranis, diurnoq; capitis dolore affectis, asthmaticis, & agrè spirantibus vtiliter in cataportijs exhibent. Collachrymantibus adiuuat oculos, & diuina ruffi laborantes. Est præterea vis eius efficax ad omnes frigidos articulorum dolores. Pelliraquasitâ pora, quam clysteribus infusa. Firè fructu oleum ad retardandam canitiem, demigrandos capillos, & eorum desinuium cohibendum, si exempta è fructu pulpa, canitas oleo repleatur, & in cineribus calidis coquatur. eo mulcentur aurium dolores, ut quæ sonitus discedunt. Quin etiam oleo ipso, & felle bubulo, Interaneorum vermes necantur, si calida umbilico illinantur.

Mesur.



EPITHYMV. Græcis, *Επιθυμα*. Mauritanis, *Epithimo*, seu *Epithemo*. Italis, *Epithimo*. Hispanis, *Cabellos*, seu *fleres del Tomillo*. Gallis, *Teigne de Tym*.

EPITHYMV.



FORMA.

Capillamenta sunt Epithy. *Matth.* mum tenuiora, quæ thymo ad nascuntur flavo colore, floribus, & capitulis, perinde ac in cuscuta vocata.

LOCVS.

Nascitur, & vivit super thy. *Idem.* mi plantas apricis præsertim locis, & ab austro perflata.

QUALITATES.

Thymi facultatem habet, *Galen. 6.* ad omnia tamen efficacius est. *simp. me.* Desiccatur enim & exalfacit ordine tertio.

VIRES.

Potum cum melle pituitam *Diosc.* bilemque; atque per inferna detrahât. Præsertim prodest melancholicis, & inflatis acetabuli mensura, ad quatuor

drachmas cum melle, sale, & acetæ exiguo. Valentius cæteris alijs medicamentis atram bilem expellit, citra ullam molestiam. Efficax est ad cerebri morbos, nempe melancholiam, Epilepsiam, diurnos capitis dolores, aliasque atrabiliaris ægritudines. Cõfert cordis tremoribus, & animi deliquijs, opitulatur eam ob causam omnibus lienis affectibus. Item renum vitijs, & hypocondriaca melancholia vexatis optimè confert Epithymi vsus. Datur quoque; vtilissimè aduersus carcinomata, Elephantiasim, & vicera maligna, & atra, & quartana febre affectos liberat.

CYSCYTA, *Italica, Cuscuta*. Germanis, *Blafsfäden*. Gallis, *Couche de vie*.

CYSCYTA.

FORMA.

Matth.

Eius est natura, vt in frutices, & herbas Epithymi modo, profiliat, & viuat, earum admitticulo fulsa, nulla radice nixa, sed velut ab alarum sinu procedentibus cirris capillamentisve longissimis. Hæc statim ab exorta plantis sese implicat, & adeo crebris inuoluctis his se circumuoluit, vt breui plantas ipsas strangulet, atque enecet. Folijs nullis vestitur, flores tamen edit albos complurimos, quibusdam in capitulis, à quibus semen tenne prodit, sed supernacuum cirri rufescunt, vitium espreolis crassitudine, & facie pares.

LOCVS.

Idem.

Nascitur scè vbiq; atq; in sepibus, aut propè eas frequens videtur varijs, ac diuersis plantis connexa.

QUALITATES, ET VIRES.


Idem.

Excalfacit ordine primo, siccatq; secundo, abstergit, & quadam cum adstrictione roborat. Iecotis obstructiones aperit. Infarcti lienis vitia expedit, venas pituitosis, atq; biliosis exonerat excrementis, vrinas pellit, & regium morbum sanat. Pectorum febribus auxiliatur, sed diuturno vsu ventriculorum grauatur, quæ tamen noxa tollitur admisso Anisi semine.

GENERA.

Non esse sentiunt qui Plinij Cuscutam in Syria nascentem nostratam Cuscutam faciunt.

ALBUM.



ALYSSUM, Græcis, ἄλυσσος. Italis, *aliso*.

ALYSSUM.

FORMA.

Sarculosa herba est, subru- diosc.
bra, gracilibus ramulis, tenui-
bus folijs, flore molli, leui, &
copioso, radice betæ, tenui a-
tri succo referta, semine Epi-
thymi.

L O C U S.

Gignitur in maritimis ma- *Idem.*
ximè Libiæ quàm largissima,
quanquam alibi quoque plu- *Matth.*
rima provenit.

QUALITATES,
ET VIRES.

Semē arram bilem deijcit, *Idem.*
si mēsurā Epithymo pari cum
sale, & aceto sumatur. Verūm
interanea leuiter exulcerat.



VITIS sylvestris, vulgo Dulcamara. Græcis, *ἄμωσα* & *ἄμωλα*. Italis, *Vite silvestre*. Germanis, *Ze lenger je lieber*.

VITIS SYLVESTRIS.

FORMA.

DIOSC. Sarmenta mittit prælonga vitis viniferae modo, aspera, lignosa, folijs hortensis Solani longioribus, ac laevioribus, racemoso flore, & capillaceo, fructu exiguis vvis simili, post maturitatem rubente, totunda acinorum facie.

LOCVS.

Marb. Nascitur in dumetis, sepibus, sylvis, & montibus.

QUALITATES.

Gal. li. 6. Racemi abstergendi vim habent, sed & adstrictione quantumdam extrema germina tenent.

VIRIA.

DIOSC. Feruifaceta radix in aqua, & in ciathis duobus vini aqua marina dilui pota, humore alui ciet. Ideo hydropicis datur. Vix eius vitia cutis in facie, & maculas omnes expurgant. Enascentes viticulae cibi gratia sale conduntur.



VITIS alba, fruce Bryonia. Græcis, ἀμύριον ἢ ἀμύριον. Mauritan. Fesfo, Alfesfo, Fesfo-
ra seu Alfesfera. Italis, Bryonia, seu zacca salustica. Germa. Steckmury seu Uay
schlurth. Hispanis, Neuxa, siue Anorca. Gallis, Calabrine, seu Couarree.

VITIS ALBA.



FORMA.

Folijs viticulis, pampinisq; **Diosc.**
sariam vitæ imitatur, sed hir-
sutiore sunt omnia. Ea quos
prope nata frutices, suis cla-
vuculis completur. Fructus
rubens in vna dependet, quo
coria pills spoliatur. In Ger- **Marr.**
mania, & Vngaria fructu ferr
nigrum.

LOCVS.

Prouenit passim secus vias, **idem.**
& propter sepes.

QUALITATES.

Prima germina adstringit
modicè cū quadâ acrimonia,
& subamarore. Radix abster-
gentem, desiccantem, & te-
nulum partium, ac moderatè
calidam vim obtinet, corym-
bè depilatorij sunt.

VIRÆ.

Folia, fructus, & radix vlce- **Diosc.**
rum phagædenis, cancrenis,
chironijs, putrennium tibiard
tædio efficaciter cum sale illi-
nuntur. Radix corpus abster-
git, & curæ erogar. vitia cutis

in facie varosque, lentigines, & cicatrices nigras emendat: cum Erugo, Creta
Chia, & fano græco, saggillata rollit, & redudulas cõmittit, suppurationes rum-
pît. In fracta olla extrahit trita, & imposita. Darur comitialib. in potu drachmæ
pondere quotidie anno toto. Prodest artonitis, vertiginosisq; eodem modo
sumpta. Auxiliarur contra viperarum ictus pota duarum drachmarum ponder-
re: subposita partus, & secundas trahit, & pota ciet vrinam. Lienem confomit,
renis obolis triginta diebus ex aceto bibita. Illinitur ad eadẽ cum fico, ad mu-
liebres quoque infelsus decoquitur, siquidem vulvas purgat, sed abortum fa-
cit. Succus cum aqua mullâ potus pituitam extrahit. Ad ploras & lepras, semem
efficaciter illinitur. Idem vrinam trahit & cerebrum mundat, vûcerum ob-
structiones aperit, renes à calculis expedit.

VITIS nigra, Græcis, *ἄμπελος* & *πλάρα*. Arabibus, *Fesire* seu *amih* & *abfeseftu*, seu *Fesirfu*. Gallis, *Vite nera*, seu *Tamara*.

VITIS NIGRA.

FORMA.

Matth. Folia fert hædere, sed maiora, simlacis prima, caules etiam cognatos, capreolis suis arbores, quasi admicula comprehendit. Fructus racematim coherent, qui inter principia vident, & post maturitatem rufescunt, & quandoq; nigrescunt. Radix foris nigra, intus buxco colore nitet.

LOCVS.

Idem. Nascitur in dumetis, in sepibus, & in syluis.

QUALITATES.

Gal. B. 6. Viti albe ad omnia similis, *fup. me.* nisi quæd imbecillior.

VIRES.

Diosc. Viticule quæ primo germi-
nata erumpunt in olera reci-
piantur, menses pellunt, vri-
nam cient, lientem absumunt, vertiginosis, comicialibus, & resolutis profunt.
Radix eadem quæ vitis alba præstat, sed inefficacius. Folia cum vino exulceratis
lumen fororum ceruicibus commodissime illinuntur. Quin etiam hæratu articu-
Matth. lis. Nihil eius radice sineo valentius fuerit ad strumas sanandas, si cum viticæ
mellis æquali portione is hauriatur. Præstat ad idem quoque eadem radix, si tu-
sa, & melle excepta illinatur.



MOMORDICA, seu Viticella. Italis, Balsamina, Viticella, Momordica, seu Fava di Gerusalem. Germanis, Balsamtraut Rännstia. Gallis, Marsilles.

BALSAMINA, SIVE MOMORDICA.

F O R M A.

Planta est, quæ prælogis, te- *Match.*
noibusq; viticulis vitro, citro-
que reptantib. proximas plan-
tas cõprehendit, folijs vitis al-
bx, aut viniferæ similibus, sed
longè minoribus, magisq; per
ambitum diuisis, capreolis te-
nuibus ex alarum sinu prode-
untibus, quibus sese appositis
implicat admioiculis. Florem
promit cucumeri similem, par-
uum, sublateum. Fructû vtrin-
que turbinatum, gallinæ fe-
rè cui magnitudine, cute car-
nosa, a cutis tuberculis scareo-
te. Huic maturo puniceus co-
lor, qui præterea facillè dissilit
vltimam maturitatè adeptus.
Semen includit Angurix vo-
cate simile, minus tamen, con-
textum cute crassâ pingui, lu-
brica, & perquam rubente.

L O C V S.

Nusquam nisi sata in Italia *Idem.*
prouenit, vbi in hortis, & ficti-
libus colitur.

Q U A L I T A T E S,
E T V I R E S.

Folia vulnera recentia glutinant. Fructu in oleo immaturo insolato, paratur *Idem.*
oleum præstantissimum ad arcendas vulnerum mammillarumque inflamma-
tiones, & dolores mulcendos. Valet idem Siphone infusum ad exulceratos, in-
flammatosque vteros. Dolentibus hæmorrhoidum quoque mirificè auxiliatur,
in quem vsu Fructus oleo Amygdalino dulci, aut de semine lini macerantur.
Idem medetur ambustis tam igne, quàm aqua: punctis, facicistisque peruis vti-
liter illinitur: quin etiam vuloerum cicatrices delet, & vesparum scus sanat. Fo-
liorum puluis co-chlearis mensura ex equiseri decocto potum, iorethioorum
vulneribus medetur.

BALSAMINÆ altera. Italis, *Balsamina maggiore, sua fenina*. Germanis, *Salmfrut Weibst*.

BALSAMINÆ ALTERA.

F O R M A.

Marth. Caulis illi est crassus sesquicubitalis, pinguis, & succo pregnans, ramis multis abundè vegetibus. Folia profert Salicis modo longa per ambitū fertata, flores prægrædes purpureos retro inflexè caudicatos. È quibus poma suboriuntur, alacrius Balsaminæ haud admodum dissimilia, turbinata, bifida, viridi primū còlote, & per maturitatem lutescente: internum semē lenticule faciem exprimit. Radice nititur numerosa, crassa, robustaque.

L O C U S.

Idem. Scitur in hortis, & ficilibus.

● Q U A L I T A T E S,
E T V I R E S.

Idem. Purè quidam (id quod etiam scribunt) & hancisdem esse cum altera viribus. Verùm nos nullam eius experientiam habemus.



FILIX, Grecis, *Πτέλις*. Arabibus, *Sarax*, seu *Sarachs*. Italis, *Felce*. Germ. *Waldfarn*. Hispanis, *Helictis yersa*. Gallis, *Osmunda Regale*, seu *Fengiere maffe*.

FILIX.



GENERA.

Duo eius habetur genera, *Diosc.*
Mas & *Fermina*.

FORMA MARIS.

Filici folia, sine caule, sine *Idem*.
fructu, sine flore ex vno pediculo cubitali longitudine exant, multifida, è laterib. priuata, & expansa velut ala, subgrau odore. Radice per summa cespitum nigra, oblonga, filices multos fundente, substringenti gustu.

LOCVS.

Nascitur in montibus, & *Idem*. saxosis. Quia etiam alibi vni *Matth.* brosis locis.

QUALITATIS.

Mas radicem habet maxi- *Gal. li. 8.*
mè vtilem: larem enim lunis- *simp. mt.*
bricum interficit. Est enim a-

marata, paulum habens adstrictionis, valentem desiccandi facultatem obtinet, nec tamen mordax est.

VIRIS.

Radix ex aqua multa pota quatuor drachmarum pondere latas vètris tincas *Diosc.* excutit. Laborantes lienis in cremèto recreat. Radix cum pota, tam cum arungia illita, vulneribus sagittis arundinea factis, medetur. Est enim inter eam, & *Matth.* arundinem non parua inimicitia.

FILIX fœmina, Græcis, *Θασάλις*. Italis, *Felie fœmina*.

FILIX FŒMINA.

FORMA.

Diosc. Filix fœmina folijs est alterius filicis, furculosis, altioribusq; , & quæ non singulis, vr illa pediculo falciantur. Radicibus longis, pluribus, obliquis, quæ ex nigro in luteum flavescent, aliæ etiam nãm rubræ inveniuntur.

LOCVS.

Matth. Nasçitur in syluis, & in montibus, & ferè vbique, maximè frigido solo.

QUALITATES,
ET VIRES.

Diosc. Radices pellunt cum melle sumptæ lata interaneorum animalia: cum vino aut drachmis tribus teretes tinea ejciunt. Datæ fœminis sterilitatem faciunt, & prægnantibus abortum, si supergrediantur. Farina humidis vice ribus, & cicatrici repugnantibus inspargitur. Iunécorum ceruicibus medetur. Folia recentia in oleibus cocta manduntur vr ventrem emolliant.



FILICVLA, Græcis, *Πλάουδισον*. Mauritanis, *Bâberg*. Sibeig, *sive Boffaigi*. Italis, *Polypodia*. Germanis, *Engelstûß*. Baurenarv *sive Droppfwarz*. Hispanis, *Filipodia*. & *Polypodia*. Gallis, *Polypode*.

FILICVLA, SEV POLYPODIUM.

FORMA.



dum desiccantis, citra mortem tamen.

Palmari altitudine assuet. Matth. git, filici similis, subhirsutis, & robustioribus folijs, aduersa parte fulvescentibus, maculis resperis. caulē, florem, fructumq; nullum profert. radicibus nititur per summa cespitum vagantibus, polyptorum piscium citris similibus, vnde illi nomen, fibris, pilisq; propè innumeris refertus, colore exterius subfulnescente, interius verd viridi, sapore dulci, & austero simul.

LOCVS.

Nascitur in muscosis pe- DIOSC. rris, & vetustis arborum caudicibus, præsertim Quercuum.

QUALITATES.

Dulcem simul, & austeram Galea. f. habet vincentem qualita- sup. me. rem, vt facultatis sit admo-

VIRES.

Purgandi vim habet, coquitur cum gallina, aut piscibus, aut beta, aut malua, DIOSC. ad aluum solvendam. Aride facinaeque mullæ inspersa detrahil bilem, & pituitam. Trita luxatis efficaciter illinitur, & aduersus rimas quæ inter digitos sunt. Bilem præsertim atram extrahit.

RES

DRY-^{actuari-}m.

DRYOPTERIS, Græcis, *Aspidoptera*. Italis, *Felce Quercina*. Germanis, *Quercus*. Gallis, *Fuchiere des chèvres*.

DRYOPTERIS.

FORMA.

DIOSC. Filici similis, sed multo minori foliorum incitura. Radicibus in vicem implexis, hituris, gustu acerbis in delectationem vergentibus.

LOCVS.

Idem. Nascitur in veterum Quercuum musco.

QUALITATES.

Gal. 6. Gustu mistam facultatem præfert, dulcem, acrem, amarâ, in radice vero item acerbam, facultatem habet septicam.

VIRES.

DIOSC. Psilothrum est cum radicibus trita. Illisitur enim postquam corpus exudauctit, mox sudor abluatur, & recens imponitur.



CNICUS, *Græcis, Ξυδι. Mauritanis, Kartan, seu Chariben. Italis, Zafferano Saracinesco. Officinis, Cartaxum. Germanis, Wader Saffran. Hispanis, Alcor, & semente de Pappagais. Gallis, Saffran kastard, & safran sauvage.*

CNICUS.

FORMA.

Singulare in emittit caulem Matth. sesquipedalem, & quandoq; maiorem, teretem, rectū, sub albicante, striatumq;, firmū, atq; lignosum, ramis à media caute copiosis dodrantalibus. Folia oblōga, crassiuscula, robusta, glabra, in mucronē desinentia, infirmis aculeis circumnallata, & sine pediculis è ramis p̄deuntia. Spectantur in ramorū summitatibus a canacea capitula in larū turbinem fastigata, oblōgis ac spinosis squamis radiantib⁹ circūquaque, ima parte foliolis, aculeis pariter rigentibus, & syderis faciem referentib. Flores medijs è capitibus erumpunt, capillacei, ac graciles, vt in cæteris acanactis, aureo colore, ad rubrum inclināte, crocinis staminibus æmuli. Semē inest album, angulosum, leui putamine ac duro, alba intus medulla. Radice nititur oblōga, fibrata, sēd superuacua.

L O C U S.

Seritur in hortis & campis. *Idem.*

QUALITATES.

Semine ductaxat ad purgationem vimus, tertij est ordinis exalfacientium, *Galen. 7. simp. mc.* si quis foris eo vti volet.

V I R E S.

Seminis tui & defibrati medulla ex aqua mulsa aut inre gallinacci alio pur- **Diosc.** get. pota. seminis succus lac cogit, & magis ipsum resoluenē ætui facultate donat. Idē pituitam, & aquas extrahit, quo fit vt coli dolore affectis, & hydropicis opē mirificè præster nō modo haustum, sed etiā clysmate infusum. Seminis medulla, à putaminibus repurgata, & saccharo ecleymaris modo excepta pectus, & pulmones abstergit, vocem clarificat, & prolificum semen auget.

MERCVRIALIS, Græcis, *Αυρομορ*. Italis, *Mercorella*. Germanis, *Singdhaut*. Hispanis *Mercuriale*, & *vrtriga morta*. Gallis, *Mercuriale*.

MERCVRIALIS.

G E N E R A.

Diosc. Duum est generum, Mas alterum. Alterum foemina.

F O R M A M A R I S.

Idem. Frutex est dodrantalis, aut maior, folijs Ocimi, hebetinae cognatis, sed minoribus, ramis duplici geniculorum modo cinctis, alarum caulis multis; fructu è foliorum sinu pendente, paruo, rotundo, cœn binis testiculis vnà coherentibus.

L O C U S.

Matth. Nascitur in hortis, vineis, vrbium plateis, & inter tuderia.

Q U A L I T A T E S.

Gal. 7. Mercuriali vtuntur omnes ad ventris purgationis duntaxat. vt tñm eam resup. me. ro, si quis eius facere periculum voler in cataplasmate, sanè eam digerentis admodum facultatis esse experietur.

V I R E S.

Diosc. In oleribus manditur ad aluum ciendam, cocta in aqua epotoiure bileni, aquamq; detrahit. Constat, vt mares gignantur, hunc facere, vt femina illam si à purgatione bibantur, & rita folia genitalibus admoueantur. Obsertum quoque est tolli verrucas omne genus illitis vtrinque folijs, aut eorum succo. Malis item quæ serpunt succus cum aceto medetur. Fœmineis locis supposita menses ciet.



MERCVRIALIS foemina, Græcis, *Αριζοσαρβάνα*. Italis, *Mercurella femina*. Germanis, *Wingeltraut Weib*. Gallis, *Mercuriale femelle*.

MERCVRIALIS FOEMINA.



FORMA.

Caulis, ramis, folijs per o- *Matth.*
 mnia alteri similibus pro-
 uenit. verùm fructu dis-
 fert, quod in hac racemo-
 sum spectetur & semine co-
 piofo.

LOCVS.

Nascitur simul eum ma- *Idem.*
 re ijsdem locis.

QUALITATES, ET
VIRÆ.

Ad simili Mari facultate *Idem.*
 præstat, nisi quod hæc à
 purgatione bibita femi-
 nas gignat. illa mares.

CYNOCRAMBE, sine Canina brassica. Græcis, Κινοράμβη. Italis, Mercurialaba-
barda. Germanis, Wild Vigelstrauf. Gallis, Mercuriale sauvage.

CYNOCRAMBE MAJ.

FORMA.

DIOSC. Cauliculum binū dodran-
 tum altitudine emittit, mol-
 lem subalsidum, folia mer-
 curiali, aut hederæ similis,
 certis interstitijs, subalbida,
 fermen folijsa dharer paruum
 rotundum.

LOCVS.

Marb.

Nascitur omnibus ferè lo-
 cis in vineis, campis, & pro-
 pter urbium mœnia. * frequen-
 tissima vero in syluis proue-
 nit. *

QUALITATES,
ET VIRE.

DIOSC. Folia cum caulibus potsal-
 um cient, oleribus commen-
 dantur. Jus decocti & pitui-
 tam, & bilē, & aquas detrahit.



*CYNOCRANBE FŒMINA.

FORMA.



Tenerior est & mollior quam mas, quum prodit ve ris initio flosculos racemosos vt Mercurialis vulgaris fœmina proferens. Temporis ptogressu decidentibus flosculis euadit multo durior, & foliorum longitudine tantum à mare discernitur.

LOCVS.

Locis montosis & syluis annascitur.*

Rer 4

Herbo-

HELIOTROPIVM MAIUS, Græcis, *Ἡλιότροπος μέγας*. Officinis, Ferrascaria. Ita-
lis, *Elotropio maggiore*.

HELIOTROPIVM MAIUS.

G E N E R A.

Diosc. Heliotropium duō est ge-
nerum, Maius, & Minus.

F O R M A M A I O R I S.

Idem. Folia habet Ocimi, hirsu-
tiora, candidiora, & maiora,
ramuli à radice terni, quater-
ni, aut sæpe quini exiliunt,
multis alijs concavi. Flos in ca-
cumine candidus aut subful-
vus, incurvatus, ut scorpionis.
canda. Radix tenuis est, & in-
utilis.

L O C Y S.

Diosc. Nascitur in asperis. Quin-
etiam in ædificiorum placis,
Martb. in hortis, & agris incultis, &
fabulosis.

Q U A L I T A T E S, E T
V I R E S.

Diosc. Herbz ex aqua decoctum
fasciculo manus plenz, potu
pituitam, bilem q, per alium
extrahit. Prodest in vino potum, quin etiam admotum, ad scorpionum ictus.
Adalligatur ad conceptus accendos. Aiunt per horam unam ante accessiones
seminis grana quatuor cum vino pota quartanas finire, tria verò tertianas. Illi-
tum semen formicantes verrucas, penfiles q, & thymos excicat. Folia podagri-
cis, Jaxaris q, ue vellissimè illinuntur. Menses cient, partus rira, & imposta pel-
lunt. Eporum horum decoctum unà cum crumino renem calculos pellit, ac
Martb. frangit, & intestinorum animalia necat. Formicæ quoq, necantur earum fota-
minibus Heliotropio obrutatis. Foliorum succus carcinomatibus, ac contuma-
cibus ulceribus mirificè auxiliatur illitus.



HELIOTROPIVM MINVS, Græcis, *Ἡλιότρονον μικρὸν*. Italis, *Heliotropis minor*.

HELIOTROPIVM MINVS.



FORMA.

Heliotropium paruum fo- **Diosc.**
 lio est antedicto proximis, ro-
 tundioribus, semine acrochor-
 donum, verrucarumq, modo
 pensili, rotundo.

LOCVS.

Nascitur in palustribus, & *idem*.
 iuxta lacus.

QUALITATES,
ET VIRES.

Herba cum suo semine po- **Diosc.**
 ta adiecto nitro, hyssopo, na-
 sturtio, & aqua laticineas, te-
 retesque excutit. Pensiles ver-
 rucas, quæ acrochordones vo-
 cantur, cum sale illita tollit.

*Huius herbæ baccis vtun-
 tur infectores lanarum in Gal-
 lia Narbonensi, vocantque *la*
Morilla.*

RIT §

SCORPIO-

SCORPIOIDES, Græcis, *Σκorpionίδειον*. Italis, *Scorpioide*.

SCORPIOIDES.

FORMA.

Marth. Herbula est folijs paucis,
semine caudæ scorpionis ef-
figie.

LOCUS.

In hortis tantum hæc plan-
tam fatam vidimus.

QUALITATES.

Idem. Exalfacit ordine tertio,
deliccat verò secundo.

VIRÆ.

G. d. li. l. Illita scorpionum ichibus,
simp. mæ. præsentaneo est auxilio.



VITIS

VITIS VINIFERA, Græcis, *ἄμπελος* & *ἄμπελος*. Italis, *Vite vinifera*. Arabibus, *Harin-Karin*, seu *Karim*. Germanis, *Beiturb*. Gallis, *Vigne*.

VITIS VINIFERA:



F O R M A.

Vitium omnium genera, ac formas ad eâ tam claris, quam obscuris vitis, tam nobilibus, quam ignobilibus, tam domiq; urbanis, quam rusticis innotuerunt, ut nemo forte sit, qui nō de vitium generibus, eandemq; historiam sciat, ac distinet loqui possit.

Q U A L I T A T E S.

Folia refrigerant, & adstringit. DIOSCORIDEM præstant & capreoli.

V I R E S.

Folia & tritici capreoli capitis dolores illius mitigant, & inflammationes stomachi, ardentesque cum hordeacea farina. Potus eorū succus dysentericis, sanguinem excrementibus, stomachicis, & gravidarum malacis medentur. Eadem efficiunt madefacti in aqua capreoli, & poti. Lachryma que velutir gummi in caudicibus concretis, ex vino pota calculos pellit, illius lichenas, & psoras, leprasque nitro prius perfrictas sanat. Eadem cum oleo pilis sepius illis psilorbri effectum habet, maximeque farices que ex recentis fermentis exsurgunt, qua perunctæ verrucarum infectiones extrahantur. Vinaceorum & fermentorum cinis ex aceto illitus deactis in sede condylomatis & thymis medetur. Prodest luxuris, & viperarum moribus, & contra lienis inflammationem illinitur, cum rosaceo, ruta, & aceto. Acerbe vix succus admiscetur villis reosiacorum & dysentericorum cibus, quæ tiam medicamentis que ad sanguinis reiectiones parantur. Id quod etiam præstant acinorum nuclei in sasinam triti, & ventri, stomachoq; illiti. Vix pensilis matura, manibus confracta, & illita, recentibus ambullionibus misceat auxiliatur, itacim enim dolorem mulcet. Vix probe maturæ inter fructus autumnales principatū in cibus obtinent. Itaque sagacibus omnibus magis mueriunt, minimūq; pravi succi habent. Pensiles si prius maturæ sunt, & dulces, cæteris minus ventriculam inflant, & aluum conuenienter emolliunt.

Ment.

Gal. 2. de alim. fac.